Central BAPTIST
THEOLOGICAL SEMINARY
presented by
ALUMNI OF
CENTRAL BAPTIST SEMINARY
KANSAS CITY, KANSAS

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

PARISIIS

PROSTAT APUD C. KLINCKSIECK, BIBLIOPOLAM

VIA DICTA DE LILLE, N° 11

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM

AB

ACADEMIA INSCRIPTIONUM ET LITTERARUM HUMANIORUM

CONDITUM ATQUE DIGESTUM

PARS QUARTA

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICAS ET SABÆAS CONTINENS

TOMUS I

PARISIIS

E REIPUBLICÆ TYPOGRAPHEO

M DCCC LXXXIX

PROŒMIUM.

Titulos ḥimyariticos et sabæos in Corpore inscriptionum semiticarum complectendos esse Academia inscriptionum et litterarum humaniorum ab initio, anno 1867, statuit. Quum, quindecim abhinc annis, hujus partis tractandæ munus et officium mihi primum obvenerunt, statim intellexi me grave negotium suscipere. Etenim, si æra circiter triginta ʿAmrâni reperta et Londinii in Museo Britannico servata, ac paucissimos lapides illuc etiam advectos omittas, epigraphia Ḥimyaritica et Sabæa, natu minima inter cognatas epigraphiæ semiticæ disciplinas, tunc temporis nulla indagatoribus præsidia suppeditabat nisi exemplaria ex archetypis calamo descripta, quorum nec fidem explorare, nec menda corrigere valebant. Laudes et grates interpretibus agendæ sunt, qui, omni ope sic destituti, desperata aggressi, in studium perarduum incubuerunt et miro ingenii acumine obscura nonnunquam illustraverunt.

Exinde novam quotannis materiam optimam nancisci peropportune contigit. Aliquot æramenta, plurimi lapides Musea Europæ ita auxerunt ut prisca inopia prorsus evanesceret. Nec defuerunt ectypa chartacea, neque imagines luce solis expressæ. Quæ divitiæ nuperrime collectæ quum in medio ponerentur, rerum oculis et cogitationi subjectarum cognitio pariter crevit, et quid sibi valerent tituli paulatim planius dispicere licuit. Quin, occasione data libenter arrepta, viri ingeniosi simul ac docti, ut sæpe fit, exstiterunt qui hanc viam minime tritam munirent et magis expeditam, ipsi multo cum labore procedentes, ceteris facerent. Qui inveniendi et interpretandi duplex progressus in præsenti uno tenore continuatur, et, dum fervet opus, quotidie opperimur quorsum hæc omnia sint eruptura. Exempli causa, descriptionem titulorum ab urbe Ṣanʿâo, hodierno Yemeni capite, incipimus, quum comperiamus Maʾribum, antiquum regni Sabæorum caput, a quo exordiri oportuit, demum in eo esse ut arcana sua curiosis tradat largisque copiis proventus epigraphici egentes instruat.

Ejusmodi rerum improvisæ mutationes non sinunt amplam præfationem verbis multis nunc adjici, qua historiam epigraphiæ Yemenensis persequamur. Hæremus incerti in tanto studiorum concursu. Verum non longe ab eo tempore nos abesse auguramur quo peregrinatores et docti non jam fines domiti imperii promovere, parta autem colligere et componere imprimis curabunt.

Sed hæc hactenus. Superest ut summo cum gaudio fatear quam dulce patri fuerit filium Hartwigium Derenbourg assiduum laboris consortem sedulumque operis adjutorem sibi adjunctum habuisse.

Scribebam Parisiis anno M DCCC LXXXVIII, die vicesimo mensis decembris.

JOSEPHUS DERENBOURG.

CORPUS
INSCRIPTIONUM SEMITICARUM.

PARS QUARTA.

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICÆ ET SABÆÆ.

CAPUT PRIMUM.

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICÆ ET SABÆÆ IN URBE ṢANʿÂ ET IN REGIONE URBIS ṢANʿÂ REPERTÆ.

ARTICULUS I.

ṢANʿÂ.

In tabula populorum qua constat caput decimum Geneseos memorantur inter filios Yoḳṭâni, versu 27°, Ḥâdôrâm (הֲדוֹרָם) et Uzâl (אוּזָל). In versu primo fragmenti lapidei inediti, quod noster sodalis, vir doctissimus Carolus Schefer, Bibliothecæ Maximæ Parisiensi nuper donavit, legitur nomen proprium hominis vel tribus ΗΟΛΑΥ, הדרום, quod plane congruit cum traditione cujus Genesis in vocabulo הֲדוֹרָם memoriam servavit.

Nempe in Arabia meridionali Ḥâdôrâm et Uzâl quærendi. Quis fuerit prioris situs incertum. Quod ad posteriorem attinet, Josephus Halévy (*Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, Paris, 1872, p. 11) negat Ṣanʿâ hodiernum Uzâlo biblico respondere; ceteri omnes rerum yemeniticarum indagatores, veteres et recentiores, Arabes et Europæi, peregrinatores et eruditi, consentiunt sub Uzâlo nomen antiquum urbis Ṣanʿâ, nunc provinciæ turcicæ, quæ *wilâyet* Yemeni dicitur, capitis, latere. Ita etiam nos censemus, atque, ut cetera testimonia taceamus, hic saltem verba quæ Al-Hamdânî et Al-Bakrî usurpaverunt afferre sat putamus.

Abû Moḥammad Al-Ḥasan ibn Aḥmad ibn Yaʿḳûb ibn Yûsuf ibn Dâwud, a tribu Hamdân Al-Hamdânî cognominatus, anno Hegiræ 334, Christi 945, mortuus, duo opera præcipue de antiquitatibus et geographia Yemeni scripsit : 1° الاكليل فى انساب حمير وحروب ملوكها «Corona de genealogiis Ḥimyaritarum et eorum regum prœliis», cujus decem sectionum (اجزاء) duæ solummodo, octava et decima, ad nos pervenerunt, ut bene jam docuerat vir inclytus, A. von Kremer, in libro suo eximio : *Culturgeschichte des Orients unter den Chalifen* (Wien, 1875-1877, 2 vol.), II, p. 421-422, et ab erudito professore vindobonensi, Davide Henrico Müller, magna ex parte communicatæ vel translatæ

(Impressum mense augusto 1887.)

fuerunt (cf. *Südarabische Studien*, Wien, 1877; *Die Burgen und Schlösser Südarabiens nach dem Iklîl des Hamdânî, erstes Heft*, Wien, 1879; *zweites Heft*, Wien, 1881, et in ejusdem permultis dissertationibus); 2° صفة جزيرة العرب «Descriptio peninsulæ arabicæ», ex qua optima libaverat vir inter principes studiorum arabicorum numerandus A. Sprenger in *Die alte Geographie Arabiens* (Bern, 1875), et cujus textum arabicum integrum D. H. Müller extremo anno 1884 publici juris fecit, ita ut non jam ex codicibus manuscriptis, sed ex editione critica locos ad propositum nostrum spectantes afferre deinceps liceret. Statim et nunc latine versa ea subjiciemus, quæ pagina 55 laudatæ editionis leguntur: «Deinde urbs Ṣanʿâ, et ea est metropolis et centrum Yemeni, quia in media regione posita est. Distat ab ʿAdeno sicut distat a finibus Yemeni, ad terram Nadjdi et Ḥidjâzi versus. Nomen urbis Ṣanʿâ in tempore ignorantiæ erat Azâl (*vel* Izâl), et Syriæ incolæ eam nominant Ṣanʿâ castellum (صنعاء القَصَبة).» Qui vocalium semiticarum debilitatem et mobilitatem animadverterit non mirabitur illic Uzâlum, hic Azâlum (cf. etiam *Al-Iklîl* in Müller, *Burgen*, 1, p. 45) et Izâlum quoque memorari.

Vocalis *u*, vocis Uzâl biblicæ Massoretarum lectioni peculiaris, ex ea nescio an in glossarium geographicum Al-Bakrîi manaverit. Aboû ʿObaid ʿAbd Allâh ibn ʿAbd al-ʿAzîz Al-Bakrî, ortu Hispanus, mortuus est ætate provectus anno Hegiræ 487, Christi 1094. De ejus vita vide clarissimum Dozy, *Notice sur les Becrites, seigneurs d'Huelva et de Djezîrah Schaltîsch, et sur la vie et les ouvrages du célèbre géographe Abu ʿObaid el-Becrî*, in prima editione sui operis *Recherches sur l'histoire politique et littéraire de l'Espagne pendant le moyen âge* (Leyde, 1849), p. 282 et sqq. Al-Bakrî multos de geographia et historia libros confecerat, inter quos eminet lexicon alphabeticum geographicum, cui titulum inscripsit معجم ما استعجم «Lexicon alphabeticum vocum quæ non liquent», et quod ab indefesso litterarum arabicarum cultore amantissimo et studiosissimo Ferdinando Wüstenfeld manu solerti ita descriptum est ut inde numerosa exempla ejus autographo similia excuderentur (Göttingen, 1876-1877, 2 vol.). Quatuor manuscriptis usus est; adde nunc quintum escuriale, de quo Hartwig Derenbourg, *Les manuscrits arabes de l'Escurial*, I (Paris, 1884), p. 524. Illic habes, p. 605 et 606, s. v. Ṣanʿâ: «Urbs in Yemeno..... Et fuit primus qui eam habitavit Ṣanʿâ, filius Udhâli (*lege :* Uzâli).....; et ab eo nomen duxit. Alii contendunt Abyssinos, quum in urbem intravissent et eam vidissent lapidibus ædificatam, dixisse : Ṣanʿa, Ṣanʿa, quod in ipsorum lingua significat castellum, et inde nomen ei inditum esse. Dixit Al-Hamdânî : Et in tempore ignorantiæ Udhâl (*lege :* Uzâl) nuncupabatur.» Ex eodem fonte similia in lexicon geographicum Yâḳûti (ed. Wüstenfeld, III, p. 421) manaverunt.

Et revera voce æthiopica ጽንዕ, *Ṣeneʿe*, munimentum, græce ὀχύρωμα, significatur. In inscriptionibus Yemeni quoque, si nomen proprium urbis Ṣanʿâ adhuc non apparuit, radix tamen hoc sensu usurpata non semel occurrit.]ዕሃሕ[, מצנעם, sub]ዕሕ[, מצעם, Hal., 49, v. 4, latere suspicamur. Titulus 14us ex iis quos Academia nuper emit (cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 75-84) substantivum ዕሃሕ], מצנע «castellum», in versu 14°, et formam verbi quæ Arabum quintæ respondet, ፀዕሃሕX, תצנעו «se muniverunt», in versu 6° exhibet. Alterum exemplum verbi צנע afferendum : in inscriptione prima Ḥuṣni Gurâbi, v. 8 (Fresnel, *Pièces relatives aux inscriptions himyarites découvertes par M. Arnaud*, p. 94; J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Gesellschaft*, XXXIX, 1885, p. 231), legitur ፀYB | ፀዕሃሕXሐ, כהו | כסתצנעו «quum in eo se corroboraverunt». Nomen ipsum certum etiam est in titulo 14° Langeri (cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 74 et 80), ubi ሃXዕሃሕ], מצנעתן = المصنعة «castellum», reperies.

Memoria hujus notionis vocî مصنعة (cf. plurale مَصانِعَ in *Corano*, XXVI, 129) apud Yemenenses subjectæ non solum apud Al-Bakrî, sed etiam apud ceteros Arabas permansit. Cujus testimonia afferunt Al-Hamdânî apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 269 et 270, annot. 2ª, et apud D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., I, p. 85, 89 et alias; Ḥamza Ispahanensis, *Annales* (ed. Gottwaldt), p. 127 (cf. J. H. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 56 et 57).

Nulla appellatio melius quam صَنْعاء *Ṣanʿâ* «urbs munita», cum hodierno provinciæ Yemeni capite, quale fuit, convenit, ita ut cognominis non secus ac nominis speciem præberet. Etenim descriptiones et ruinæ testantur hic permulta castella, in locis editioribus posita, incolas sub eorum tutela degentes, ab incursionibus hostium protexisse. Inter hæc castella, arx Gumdân ceteris excelsior eminebat. Al-Hamdânî (*Al-Iklîl* apud Müller, *Die Burgen*, etc., I, p. 53; cf. p. 13) docet eam «ex adverso portis primæ et secundæ inter orientales mosquitæ maximæ portas frontem obtulisse» (فهى قبالة الباب الاوّل والثانى من أبواب الجامع الشرقيّة). Si delineationem urbis Ṣanʿâ, ab Eduardo Glaser anno 1883 designatam et quam hic exprimendam curavimus, inspexeris, agnosces arcem Gumdân,



ut mos erat in antiquis civitatibus, ad securitatem et ornamentum urbis Ṣanʿâ tantum valuisse quantum Acropolim Athenarum, Sionem Hierosolymorum. Plura, non meliora, præbet delineatio urbis Ṣanʿâ quam Renzo Manzoni anno 1879 descripsit, et quam libro suo inseruit dicto : *El Yèmen. Tre anni nell' Arabia felice* (Roma, 1884), p. 90.

Ed. Glaser, opera et auspiciis Academiæ inscriptionum et litterarum humaniorum in Yemenum missus, hoc modo in relatione sua sexta inedita ea narrat quæ ad confirmanda verba quibus Al-Hamdânî usus est comperit : «Revera in loco designato ingentem ruinarum collem inveni. Ad cujus ima multifariam occurrunt lapides quadrati pulchri, graves, glomerati perinde ac rudera murorum. Species, amplitudo, color horum lapidum (pulli sunt omnes, genere quod *ḥabaśî*, id est abyssinum vocant) manifestum faciunt vicinam mosquitam *Al-Djâmiʿ al-kabîr* ex materiis arcis Gumdân constructam esse.» Placet hic delineationem exhibere qua Ed. Glaser opinionem suam illustrare tentavit.



In tabula nostra prima habes sedem quam Glaser arci Gumdân assignavit, ab ipso ex latere septentrionali occidentali mosquitæ maximæ solis luce expressam, et ejusdem originis monumentum quod *Gurḳat al-Ḳalîs* dicitur ex vicino ruinarum aggere ab ipso luce solis quoque expressum.

1

Langer, 12; Glaser, 2, 3, 24.

(Tab. II.)

Initium facimus a titulo bipartito, qui nunc in ipso *Al-Djâmiʿ al-kabîr* servatur. Fama est hunc titulum ex vicino palatio Gumdâno in mosquitam allatum fuisse. Ejus exemplaria imperfecta jam diu in Europa enotuerant sub nomine inscriptionis Ṭhafâri (ظفار), de qua urbe, Ṣanʿâo proxima (Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 576 et seq.), infra (cf. titulum 15) agetur. Vide Osiander, in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XVII (1863), p. 791; XIX (1865), p. 180. Archetypum vicissim Siegfriedus Langer et Eduardus Glaser, ignari alter alterius, ille Vindobonæ D. H. Muellero, hic

Parisiis nobis communicavit. Habes in delineatione quam hic inseruimus designationes locorum ubi Ed. Glaser titulos suos 1-15 et 17-19 positos animadvertit, in tabula autem secunda, ad mensuram



rei ipsius, imaginem ectypi chartacei, quod, adjuvante viro humanissimo, wâlî assecla, Sewkî Efendî, Ed. Glaser sibi et nobis comparavit.

Duæ exstant tabulæ, ligneæ si Glasero credas, æreæ si Langero confidas, quibus conjunctis titulum integrum adepti sumus, altæ $0^{m},40$, latæ separatim $0^{m},25$. Superpositæ sunt valvis ambabus portæ ferreæ *ṭâḳa* (طاقة) dictæ, quæ nunc nemini aperitur nisi imâmo, quum ad *miḥrâbum* pergit ut precibus publicis præsideat.

Versus tituli sex integri, nisi quod in medio versus sexti tres characteres desiderantur, quibus faber manubrium portæ substituit. Sed, ut videbis, studia rerum ḥimyariticarum jam non tali facultatum inopia laborant ut hujusmodi damna resarciri nequeant.

Titulum tractaverunt : Osiander in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XVII (1863), p. 791. — M. A. Levy ex schedis Osianderi, *ibid.*, XIX (1865), p. 180, not. 2. — Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, in *Journ. asiat.*, 8ᵉ série, t. II (1883), p. 250, not. 1; separatim excusum (1884), p. 57, not. 1. — D. H. Müller, *Sabäische Inschriften entdeckt und gesammelt von Siegfried Langer* in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXVII (1883), p. 379-390; separatim excusum in *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 61-72; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Erklärung* in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXVIII (1884), p. 152.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris sic transcribe, expleta lacuna versus sexti :

1 והבעתת | יפד | וב ניהו | רתדתון | א
2 זאד | והופעתת | י השע | ווהבאום | י
3 רחב | וסעדתון | ב נו | גדנם | שמו | מ
4 צרעי | פנות | צר חתהמו | תפץ | במק
5 ם | מראהמו | כרבא ל | ותר | יהנעם | מל
6 ך | סבא | בן | והבא [ל | י]חז | מלך | סבא

Verte ergo :

1 *Wahbʿathat Yafîd et ejus filii Rathadthûn A-*
2 *zʾad et Haufʿathat Yuhaśiʿ et Wahbʾawwam Ya-*
3 *rḥab et Saʿdthûn Gadanenses posuerunt val-*
4 *vas geminas areæ turris suæ Tafuḍḍ per poten-*
5 *tiam domini sui Karîbʾîli Watar Yuhanʿim, re-*
6 *gis Sabæ, filii Wahbʾî[li Ya]ḥûz, regis Sabæ.*

Versus 1. והבעתת, nomen proprium nusquam alibi repertum, «donum ʿAthtari», ut v. 2 והבאום «donum Awwami», v. 6 והבאל «donum Îli»; cf. nomina tribuum arabicarum وهب الله, وهب اللات apud Wüstenfeld, *Register zu den genealogischen Tabellen*, p. 458; de وهب اللات, cf. etiam Ibn Doraid, *Kitâb al-iśtiḳâḳ* (ed. Wüstenfeld), p. 315. — יפד, imperfectum verbi ופד, cognomen quod «legatus» significat; cf. وَفَدَ, يَفِدُ et exempla ḥimyaritica ejusdem radicis apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 93. — רתדתון «consecratum Thûno». Nominibus propriis compositis, quorum in partem venit deus Thûn et quæ in *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 56 et 57, enumeravimus, adde, auctore Muellero in *Langer's Reiseberichte*, p. 63, אמתון = אמתתון «serva Thûni», *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXVI, p. 432; XXXI, p. 86.

Versus 2. אזאד, cognomen, cujus sensus, ni fallimur, «venerandus»; exempla collegerunt Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 64. Adde titulum nostrum 24, v. 2, et forsan idem vocabulum ut nomen proprium adhibitum in Halévy, 88, v. 2, ubi pro אבאד legendum אזאד. — הופעתת = הופי + עתתר «perfecit ʿAthtar», nomen usitatum. — Cognomen יהשע = يُشِيعُ «adjuvat»; cf. inscriptionem 4am Academiæ, v. 1, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 78; appellationem Śîʿitarum, id est fautorum ʿAlîi; לשוען «ad adjuvandum» in titulo 2, v. 11; שוע «socius» in Hal., 169, v. 1; 202, v. 2; שעת «socia» in inscriptione 6, v. 1, et Hal., 63, v. 1. — Wahbʾawwam «donum Awwami»; cf. titulum 4, v. 1; O. M., 6, v. 4.

Versus 3. ירחב «amplus», cognomen etiam in O. M., 6, v. 3. — סעדתון «favor Thûni»; cf. Hal., 43, v. 1. — De Gadanensibus, quorum posteri provinciam Mikhlâf Aḳyân dictam incolebant, vide D. H. Müller ad hunc locum et confer ذو جدن الحميرىّ apud Naśwân (Müller in *Zeitschr. d. d. morg. Ges.*, XXIX, p. 621 et 623); Nöldeke, *Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden, aus der arab. Chronik des Tabari* (Leyde, 1879), p. 192. In inscriptione Halevyana 679, דגדנם pro דדנם legimus. — שמו «posuerunt», tertia persona pluralis masculini verbi שים; cf. in cognatis linguis ሠመ *sêma* æthiopicum; שׂום et שִׂים hebraica; ܣܡ syriacum et probabiliter arabicum سامَ «pretio venditare».

Versus 4. צרחתהמו | פנות | מצרעי = مِصْراعَىْ فِناءِ صَرْحِهم «valvas geminas areæ turris suæ»; cf. מצרעי צר[ח]ם, Hal., 353, v. 3. De voce פנות, vide quæ ad hunc locum fuse disseruit D. H. Müller; vide etiam quæ fusius Ed. Glaser disputavit in suis *Mittheilungen über einige aus meiner Sammlung stammende sabäische Inschriften* (Prag, Juli 1886), p. 43-50. Quæ de usu vocis פנות, sæpius præpositionis «ad, versus» locum tenentis, Glaser proposuit, ad multa exempla quadrant. Hic autem status constructus pluralis מצרעי aliam viam ingredi nos suadet. — D. H. Muellero assentimur quum nomen turris תפץ

enuntiat *Tafuḍḍ* = تَفُضّ «ea frangit», collato ביתהמו | יפץ «domus sua *Yafuḍḍ*», Os. 32 = B. M. 30, v. 2. *Tafîd* (تفيض) et *Yafîḍ* (يفيض) fortasse legenda esse non pernegamus. — במקם sicut in Os. 20 = B. M. 19, v. 9; Hal. 686, v. 4; O. M. 18, v. 1; 20, v. 3.

Versus 5. Rex Sabæ יהנעם | ותר | כרבאל, qui in inscriptione 54ᵃ Fresneli, v. 1, memoratur (cf. de eo D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., II, p. 31), non idem est cujus hic mentio facta. In titulo Osianderi 32° = B. M. 30 Müller recte conjecit filium Wahb'îli Yaḥûz (in fragmento nomen filii deest) non alium fuisse quam nostrum Karîb'îlum Watar Yuhanʿim; vide *Langer's Reiseberichte*, p. 69.

Versus 6. Origo tituli sabæa, imo Ma'ribensis, ex hoc versu patet. — De Wahb'îlo Yaḥûz, rege Sabæ, cf. Os. 32 = B. M. 30, v. 3; Miles, 6, v. 7, in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 679; XXXII, p. 205. — Cognomen יחז arabico يحوز «colligit» æquiparamus.

Quo tempore Karîb'îl Watar Yuhanʿim Sabæ regnaverit elicere non possumus. De tituli tempore hoc solum compertum habemus eum secundæ rerum Sabæorum ætati assignandum. Si paulo longius progredi audemus, titulum tertio vel secundo ante J. C. seculo super «valvas geminas areæ turris Tafuḍḍ» delineatum esse judicamus.

2

Glaser, 16; Louvre, 10.

(Tab. III.)

Lapis Parisios ab Eduardo Glaser allatus est, qui eum Ṣanʿâi invenit et nostra gratia acquisivit. Exstat nunc in museo Luparensi. Monumentum optime servatum $0^m,44$ altum, $0^m,25$ latum, $0^m,103$, ubi maxime, crassum. In summo lapide, tres quadrati lineæ cernuntur, vestigia cavi, unde infixa surgebat statua dei «Ta'lab Riyâm, domini Turʿati»; cf. infra versus 3 et 4. Quæ statua quum sublata sit, tanquam omnes aliæ similes (cf. O. M. numeri 5-12), solita idoli forma nos latet.

Titulus 19 versibus constat, nec quidquam deest nisi vocabulum unum in versu 18° et, tum finis vocabuli, tum vocabulum alterum in versu 19°, quas rimas explere non arduum. Litterarum notæ, $0^m,019$ altæ, æquales, spatia inter litteras æqualia, ita ut ordo certus et tenor idem in toto titulo possint notari, nec ulla in scripti sensu versetur controversia.

Haʿân Aśwaʿ et ejus filii publicas gratias agunt atque ob beneficia accepta statuam vovent «patrono suo Ta'labo Riyâmo, domino Turʿati». Designatione patroni (שים) uti solent qui Ta'labum Riyâmum commemorant, ut recte animadvertit D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 20; cf. *ibid.*, p. 31. Ex quo patet Ta'labum non inter gentiles Yemeni deos de communi sententia consecratum fuisse, sed, quasi «patronum» aliquot urbium et tribuum, oppida et eorum incolas in fidem clientelamque suam recepisse.

Omnia Ta'labi templa angustis terminis circumscribuntur : colebatur apud Bataʿenses et Hamdânenses (infra, versu 12°), in regione Arḥabo, quam, versus septentrionem et occidentem Ṣanʿâi sitam, descripsit Ed. Glaser, *Meine Reise durch Arḥab und Ḥâschid* in *Petermann's Mittheilungen*, 1884, p. 170-183, 204-213; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, II, 1, in *Journ. asiat.*, 8ᵉ série, t. IV, p. 327-328 (separatim excusum, p. 8-9). Inter locos ubi sacraria Ta'labi, notandus pagus Riyâm, in summo montis Itwa porrectus, cujus nomen cum nomine dei ita apte cohæret ut תאלב | רימם «Ta'lab Riyâm», decurtatum ex תאלב | שים | רימם «Ta'lab patronus Riyâmi» plerumque dicatur; cf. D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 21. Huc Arabes propter pietatem conveniebant, ut testatur Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. ٣٨٩. De varia vocabuli רים in titulis Yemenensibus significatione, vide etiam Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigra-*

phie du Yémen, I, p. 28 et 29. Ceteræ urbes, quæ secundum inscriptiones Ta'labi adyta continebant, sunt Tur'at (infra, versu 3°), Ukâniṭ (O. M. 5, v. 3; 6, v. 6; 7, v. 3); Ḳadumân (O. M. 10, v. 5) vel plenius Ḳadumân Dhû-Damhân (infra, in titulo 19, v. 3; O. M. 11, v. 4; 12, v. 3).

De nomine Ta'labi non dubitamus quin D. H. Müller rectam viam ingressus sit quum, in *Sabäische Denkmäler*, p. 21, Djauharîum in *Ṣaḥâḥ*, Fîrûzâbâdhîum in *Ḳâmûs* sequitur. Utrique تَأْلَبٌ nomen plantæ, ita ut cultus Ta'labi ad anteislamicam arborum religionem pertineat, quam nuperrime illustravit Paul de Lagarde in *Mittheilungen* (Göttingen, 1885, in-8°), p. 58-81. Nisi compertum esset Ta'labo divinitatem masculinam non femineam tributam, vocabulum a radice أَلَبَ «collegit» duceremus et תאלב imperfectum esse tertiæ feminini personæ, idem significans ac תפץ. تَفَضَّ (inscr. 1, v. 4), censeremus. Quod longe secus est. Virilis dei Ta'labi natura J. H. Mordtmanno prius opinionem injecerat eum, principio heroem vel regem, serius in deos repositum esse; vide *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX (1876), p. 37-39; de sua sententia postea decessit. Quæ apud scriptores Arabum de Ta'labo deo memoria manserit iis docemur, quæ citantur apud Alfred von Kremer, *Ueber die südarabische Sage* (Leipzig, 1866, in-8°), p. 59; A. Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens* (Bern, 1875, in-8°), p. 220 et seq.; D. H. Müller, *Südarabische Studien* (Wien, 1877, in-8°), p. 24-28; eumd. in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler* (Wien, 1883, in-4°), p. 20-22.

Sed ad interpretationem tituli, unde digressi sumus, revertamur. Nemo adhuc de hoc titulo egit, nisi Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen. Les monuments sabéens et ḥimyarites de Paris.* I. *Le Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, I (1885), p. 58-61; separatim excusum, p. 9-12. Lege certo :



Quod hebraicis litteris transcribimus, additis necessariis versuum 18 et 19 complementis :

1 הען ׀ אשוע ׀ ובניהו ׀ כרבעתת ׀ ו
2 חיום ׀ ולחיעתת ׀ בנו ׀ ידם ׀ הקניו
3 שימהמו ׀ תאלב ׀ רימם ׀ בעל ׀ תרעת ׀ דן
4 צלמן ׀ חגן ׀ וקה ׀ תאלב ׀ אדמהו ׀ בני
5 ידם ׀ במסאלהו ׀ לופיהמו ׀ וופי
6 אולד ׀ חמרהמו ׀ תאלב ׀ רימם ׀ עדי ׀ בי
7 ת ׀ בני ׀ ידם ׀ וופי ׀ אדמהמו ׀ והמו ׀ פח
8 מדו ׀ חל ׀ ומקם ׀ תאלב ׀ רימם ׀ בדת
9 הופיהמו ׀ בכל ׀ אמלא ׀ סתמלאו ׀ ב
10 עמהו ׀ ובדת ׀ הופיהמו ׀ בן ׀ כל ׀ מס
11 בא ׀ סבאו ׀ לשוען ׀ מראהמו ׀ עלהן ׀ נה
12 פן ׀ בן ׀ בתע ׀ והמדן ׀ ול ׀ סעדהמו ׀ ת
13 אלב ׀ פרע ׀ דתא ׀ וחרף ׀ עדי ׀ ארצה
14 מו ׀ ומשימתהמו ׀ ול ׀ סעדהמו ׀ תאלב
15 אפקל ׀ ואתמר ׀ צדקם ׀ עדי ׀ ארצהמו ׀ ומ
16 שימתהמו ׀ ול ׀ סעדהמו ׀ חטי ׀ אמראהמו ׀ ב
17 ני ׀ המדן ׀ ושעבהמו ׀ חשדם ׀ ווצע ׀ ותב
18 ר ׀ וצרען ׀ כל ׀ צרהמו ׀ [ושנאה]מו ׀ ודישצי
19 ן ׀ בהמו ׀ בתא[לב ׀ רימם]

Sic ergo verte :

1 *Ha'dn Aśwa' et ejus filii Karîb'athat et*
2 *Ḥaiw et Leḥî'athat, nepotes Yadûmi, voverunt*
3 *patrono suo Ta'labo Riyâmo, domino Tur'ati, hanc*
4 *statuam, quia exaudivit Ta'lab servos suos, nepotes*
5 *Yadûmi, propter preces ad eum ut protegeret ipsos et protegeret*
6 *liberos, quos largitus est ipsis Ta'lab Riyâm intra do-*
7 *mum nepotum Yadûmi, et protegeret servos ipsorum. Ipsi vero lau-*
8 *daverunt vim et potentiam Ta'labi Riyâmi, quod*
9 *tuitus est ipsos in omnibus votis quæ ut explerentur petiverant ab*
10 *eo, et quod tuitus est ipsos in omnibus expedi-*
11 *tionibus quas susceperunt ad auxiliandum principi suo 'Alhâno Nah-*
12 *fâno, nepoti Bata'i et Hamdâni. Et concedat ipsis Ta'-*

(Impressum mense augusto 1887.)

13 *lab optima veris et autumni intra terram ipso-*
14 *rum et agros ipsorum, et concedat ipsis Ta'lab*
15 *messes et fructus eximios intra terram ipsorum et a-*
16 *gros ipsorum, et concedat ipsis favorem principum suorum, ne-*
17 *potum Hamdâni, et tribus suæ Ḥâśidi; et deprimat, et fran-*
18 *gat, et comprimat omnes adversarios ipsorum [et hostes ips]orum, et quicumque offen-*
19 *det ipsos. Nomine Ta'[labi Riyâmi].*

Versus 1. Nomen proprium הען (arabicum أَعانَ «adjuvit») in titulis Constantinopolitanis perspicuum; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 48 et 87; reperitur etiam in duabus inscriptionibus inter eas quas vir artium ingenuarum cultor, immatura morte præreptus, Albert Goupil, Bibliothecæ Maximæ Parisiorum donavit; cf. Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 290, n° 3, v. 3; p. 291, n° 8, v. 1. Imperfectum יהען ut nomen proprium viri adhibitum in titulo nostro 37, v. 1, in Os. 33 = B. M. 34, v. 1; nescio an in Hal. 668, v. 1, ubi fieri potest ut perfectum הען sit legendum. — Cognomen אשוע (cf. יהשע in 1, v. 2, et לשוען infra, v. 11) «maxime adjuvans», pernotum est, vide titulum 8, v. 1; Müller, *Südarabische Studien*, p. 30; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 67; Fresnel, 45, v. 1 = Hal., 657, v. 1, etc. — כרבעתת «pollens ʿAthtari», nomen proprium apud Hal. 615, v. 15 et 27; Reh. 7, v. 2 et 7; O. M. 5, v. 1; 6, v. 3.

Versus 2. ידם (in versibus 5 et 7 quoque) tribum Hamdânitarum (cf. v. 17) designat, quæ in hoc titulo primum occurrit, nisi jam invenitur in Hal., 393 :

ידם | בעתתר | שר[קן

Transcribimus Yadûm = يَدُومُ «permanet». Sitne urbs ذو يَدُوم comparanda, quam Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 1013, yemenensem, in provincia Sinḥân sitam, profert, ambiguum.

Versus 3. שים «patronus», vox ex eadem radice oriunda quam שמו (inscr. 1, v. 3), proprie de Ta'labo Riyâmo adhibetur; vide supra, p. 7. — בעל | תרעת, epitheton Ta'labi, Arabibus antiquarum rerum peritis fidem fecit Ta'labum maritum (بَعْلٌ; cf. בעל in omnibus semiticis linguis) Turʿati fuisse; cf. D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 25 et 26. Revera Turʿat nomen urbis, ubi adytum Ta'labi.

Versus 4. צלמן «imago», forma hebraica et aramaica hujus vocabuli, quum in arabico sermone صَنَمٌ «idolum» adhibeatur. — אדם nomen collectivum, ut animadvertit Joseph Halévy, *Études sabéennes*, p. 148; cf. etiam Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 32. Vertimus «servos» potius quam clientes; nempe modo submissos deo, modo, ut in versu 7°, submissos hominibus אדם, tanquam עבד, designat.

Versus 5. במסאלהו non «rogatu ipsius», sed «rogatu ad ipsum» vertendum.

Versus 6. עדי præpositio nec arabico, nec æthiopico sermoni cognita, quæ apud Hebræos (עַד, poetice עָדֵי) et Aramæos «usque ad» tempus vel terminum, apud Yemenenses «intra» significat.

Versus 7. Copula פ in lingua ḥimyaritica usurpatur, sicut in arabica فَ post أَمَّا; cf. Os. 4 = B. M. 5, v. 19; 13 = B. M. 12, v. 7; O. M. 8, v. 12.

Versus 8. Orthographia manca חל pro חיל «vis» (cf. Os. 20 = B. M. 27, v. 9; 26 = B. M. 22, v. 8; 27 = B. M. 16, v. 8) nescimus annon sit jam manifesta in Hal. 26, et in Langer, 6, v. 8. Nostrum exemplum, ubi ומקם | חל legitur, quum nihil habeat dubitationis, deficientis orthographiæ facultatem firmissime demonstrat.

Versus 9. Primam litteram ה conjectura potius quam oculis assequimur. — De locutione סתמלאו | אמלא cum præpositione בעם = hebraico מֵעִם, vide Os. 16 = B. M. 20, v. 8; 30 = B. M. 29, v. 7, etc.

Versus 10. כל | בן = בכל versus præcedentis.

Versus 11 et 12. מסבא | סבאו; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 52. — Verbum שוע «adjuvare» (cf. annotationem ad titulum 1, v. 2) sic vocabulo מראהמו præpositum in Os. 8 = B. M. 11, v. 7. — Nomen et stirps «principis» mirabilia. Idem ʿAlhân hic qui in O. M. 8, v. 20. Nomen proprium notum erat ex Os. 21 = B. M. 21, v. 1; Wrede (Obne), v. 2; Hal. 385, v. 2; 515; Wüstenfeld, *Register*, p. 59. Quod in nostro loco eximium est animadvertas, ʿAlhânum cognomine Nahfânum appellari, sicut legitur in versu poetæ yemenensis Asʿad Tobbaʿ (vide D. H. Müller in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 695) :

وشمّر يرعش خيرُ الملوك وعَلْهانَ نَهْفانَ قد اذكر

«Et Schammir Yurʿiś optimus regum, et ʿAlhânum Nahfânum non omittam.»

Naśwân hunc versum in suo lexico شمس العلوم «sol scientiarum» affert, de quo opere ad cognoscendas res et linguas Yemeni utilissimo vide Hartwig Derenbourg, *Les manuscrits arabes de l'Escurial*, I, p. 25 et 413. Dein addit Naśwân hanc versus interpretationem : اراد علهان ونهفان فحذف الواو «Sibi voluit ʿAlhânum et Nahfânum, omisit autem copulam *wâw*.» «ʿAlhânum et Nahfânum, filios ambos Bataʿi, filii Hamdâni» (cf. v. 12), fratres fuisse Abû 'l-Ḥasan Al-Hamdânî et ipse existimavit; cf. musnados Nâʿaṭi in *Al-Iklîl* apud D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 22 et 23; et apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 44. Titulus autem noster probat poetam non erravisse, sed meliora accepisse et tradidisse, quum eumdem hominem علهان نهفان appellat. Nam difficile est credere copulam temere et fortuito a scalptore juxta atque a poeta omissam esse. Genealogia בן | בתע | והמדן «filius Bataʿi et Hamdâni» omnino congruit cum علهان ونهفان ابنا بتع ابن همدان, quem Nâʿaṭi musnadum modo indicavimus et vertimus.

Versus 13. De דתא | פרע | והרף et iis quæ sequuntur, vide O. M. 8, v. 10 et 11, et quæ allata sunt in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 33, præcipue locum Plinii et ejus interpretationem in *Zeitschrift der d. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 324. Videtur annus Sabæorum in duo tempora tunc divisus fuisse : scilicet ver (דתא; cf. hebraicum דֶּשֶׁא «prima terræ germina») et autumnum (חרף; cf. arabicum خَرِيفٌ et hebraicum חֹרֶף «autumnus»). Sic apud veteres Hebræos קַיִץ וָחֹרֶף integrum annum constituunt; cf. *Gen.*, VIII, 22; *Ps.* LXXIV, 17; Zach., XIV, 8. Nec tamen negligas quæ de دثا *Dûthâ* et خريف *Kharîf* Ed. Glaser aliter monuit in *Die Sternkunde der südarabischen Kabylen*, apud *Sitzungsberichte der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften in Wien*, II. Abth., p. 89. De quibus infra, quum de titulo Glaseri 158 agetur, plura dicemus.

Versus 14. משימת (cf. v. 16) plurale formæ مَفَاعِلَةٌ, ut primus docuit D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104.

Versus 15. אפקל | ואתמר | צדקם; similia vide in inscriptione 14ª Academiæ, v. 18; cf. אפקל | ותמר | צדקם in inscriptione 11ª ejusdem, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 64 et 76.

Versus 16. חמי «favor»; cf. Os. 20 = B. M. 27, v. 5; inscriptionem 8am Academiæ, v. 7 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 54); O. M. 8, v. 18.

Versus 17. De magna tribu Ḥâśidi Hamdânensibus obediente, vide J. H. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 4 et seq.; Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, II, 1, p. 10; Ed. Glaser, *Meine Reise durch Arḥab und Ḥâschid* in *Petermann's Mittheilungen*, 1884, p. 206 et seq. Cognatio inter Hamdânenses et Ḥâśiditas ad verbum ut in titulo nostro enuntiatur in O. M. 7, v. 7; 8, v. 20 et 21; 9, v. 16 et 17. — ותבר | וצע sic conjunguntur in Os. 31 = B. M. 32, v. 5.

Versus 18. Sensus humilitatis et dedecoris, qui radici צרע inhæreret, non solum titulis Hal. 62, v. 13; 681, v. 7; 682, v. 9, sed etiam arabica radice ضرع comprobatur; vide imprimis lexica quæ viri clarissimi Lane et Dozy scripserunt. — Vox quæ post צרהמו non legi potest restituta est ad imitationem tituli Os. 31 = B. M. 32, v. 5, quem jam per occasionem versus 17i contulimus. Ceterum vestigia vocabuli ושנאהמו in lapide adhuc supersunt; partem superiorem litterarum ש et ה cernere licet, etsi non tam clare appareant quam ultimæ duæ ם. — בהמו | דישצין; cf. Os. 17 = B. M. 18, v. 11.

Versus 19. Titulo absoluto, hic versus in medio interruptus stetit; cf. titulum 14um Academiæ, v. 19, in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 76 et seq. Non tamen versum integrum, qualis fuit, possidemus; facile autem ea quæ desunt resarcire. Lege ergo בתא[לכ | רימם, collatis versibus 3, 6, 8.

3

Glaser, 1.

(Tab. V.)

Titulus ineditus, in tabula ænea incisus, circa $0^m,15$ alta, $0^m,06$ lata. Summa humanitate possessor in urbe Ṣanʿâ degens Eduardo Glaser ectypum chartaceum sumere permisit, quod in tabula nostra quinta habes imagine photographica expressum.

Hæc leguntur :		Vertimus :	
1	ሰ ᎾᏃᏅᏀᏂᏅ	סעדשמס	*Saʿdšams,* 1
2	ᎿᎾ | ᏅᏁ | ᎾᏃ	ם ו בן ו מל	*filius Mâli-* 2
3	ᎾᏅᏂᏅ | ᎾᏃ	כם ו הקני	*ki, vota vovit* 3
4	ᎾᏃ | ᏁᎿᏃᏅᏗ	תאלב ו רי	*Taʿlabo Riyâ-* 4
5	ᎾᏅᏂ | ᎾᎾ	מם ו עדי	*mo, intra* 5
6	ᏅᏃ | ᏃᏂᎾᎾ	מטור ו אה	*septa (?) Ah-* 6
7	ᏂᏂᎿ | ᏅᏃᎿ	גרן ו לוף	*guri, quia pro-* 7
8	ᎾᏅᏂᏅᏂ | ᎾᏂ	י ו קניהמ	*texit opes ipso-* 8
9	ᏃᏗᎾ | ᎿᏂ | ᏂᏂ	ו ו ול ו יזא	*rum; et utinam per-* 9
10	| ᏅᎾᏂᏂᏅ | ᏅᏂ	ן ו הופין ו	*gat tueri* 10
11	◎ | ᏂᎾᏅ	המו ו ◎	*ipsos.* 11

Versus 1. Nomen proprium סעדשמסם «favor deæ Šams», id est deæ Solis, sic cum mîmatione reperitur in titulo 9° et in titulo 8° Academiæ, v. 2; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 54-56; forsan quoque in Langer, 1, v. 1, ubi Müller ערבשמסם legit; cf. *Langer's Reiseberichte*, p. 8.

Versus 2. מלכם = مالِكٌ (cf. Wüstenfeld, *Register*, etc., p. 281-285), certus in Langer, 14, v. 1, ambiguus in Hal. 611 (ubi מללם); 615, v. 24 (ubi מלדם).

Versus 3. Animadverte verbum הקני hic, ut aliquoties, solummodo accusativum dei regere, cui consecratio fiebat, non alterum rei oblatæ accusativum; cf. titulos 1um et 9um Academiæ in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 38 et 59.

Versus 6 et 7. מטור obscurum. Hebraicis טור (Ez., XLVI, 23) et טִירָה, arabicis طَوْرٌ, طَوازٌ et طِوازٌ collatis, existimamus מטור plurale esse, quale foret arabice مَطاوِرُ, et «septa» vertere ex inopia meliorum suademus. — אהגרן (etiam in Hal. 344, v. 8), plurale vocis הגר «urbs magna» (vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 99, annot.), cum *nûn* determinativo. Suspicamur, non tamen contendere audemus, hoc plurali tractum quemdam definitum exprimi, ut diversas antiquitatis et medii ævi πενταπόλεις, ut المدائن, *Al-Madâʾin* (plurale vocis مدينة «urbs») nomen urbis ʿIrâḳi inclytæ. J. H. Mordtmann, in litteris die 5° decembris 1885 scriptis, nos monet urbem yemenensem الأَهْجُر *Al-Ahdjour* a geographis Arabum memorari. De hac urbe, confer annotationes marginis in codice Lindsayano libri *Al-Marâṣid* dicti apud Wüstenfeld, *Jacut's Geographisches Wörterbuch*, V, p. 13. Si auctori clancularioredas, reges Ḥimyari in Al-Ahdjuro habitabant. אהגרן «Ahgur», cum nûnatione determinativa, plane scripturæ arabicæ الأَهْجُر, cum articulo, respondet.

Versus 8. קניהמו «opes ipsorum» (cf. Os. 10 = B. M. 9, v. 8; Miles, 1, v. 6) ex radice קני «acquisivit», de qua vide D. H. Müller in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXIX, p. 602.

Versus 9. Legimus יזאן, et litteram Ꮓ non varietatem litteræ Ꮓ = ת, sed ḥimyariticam semitici *zayin* repræsentationem esse censemus, secuti Fr. Prætorium, in *Literaturblatt für orientalische Philologie*, I (1883), p. 29-30. De sensu radicis nihil anceps, quum in titulis hæc formula sit frequentissima; carere ea ceteræ linguæ semiticæ videntur, nisi eam remota cognatione cum زادَ «crescere, augeri» junctam credas.

Versus 10 et 11. Verbum a suffixo eadem nota separatur qua voces dividi solent. Nulla hujus exceptionis causa, nisi calligraphica : aliquid erat in spatio vacuo collocandum. Tale discidium inter verbum et suffixum verbo additum intervenit etiam in moabitica regis Mešæ inscriptione; cf. .ואסחב.הם «et eos traxi», v. 18.

4

Halévy, 10; Glaser, 4.

De hoc titulo Ed. Glaser, in sexta ad Academiam relatione inedita, sequentia exposuit : « Titulus exstat supra lapidem in muro septentrionali ædificii quadrati rudis, quod ex septentrione fonti *Maftûn* dicto (vide delineationes Ṣanʿâi, p. 3 et 5) adjacet et mosquitæ speciem gerit. In eodem latere muri apparent octo alii ḥimyaritici sine dubio lapides, quorum inscriptiones muro inclusæ latent. Titulus noster, quum insereretur, inversus fuit. »

Duorum versuum, quibus constat titulus, apographa Halevyana et Glaseriana omnino consentiunt, nisi quod ultimam versus prioris litteram Glaser recte *nûn* pro *rêsch* Halevyi scripsit.

Hæc leguntur, auctore Glasero :

ᎿᏁ | ᎺᎸᎸᎿᏁᎺ | ᎾᎺᏗᏁᎸᎺ | ᎾᏁᎸᏗᏁ | ᎿᏗᏗᏗᏗᎸᎺ | ᎺᏗ

Quæ transcribimus :

בנ | וכנ[יהו] | והבאום | ב

ביתהמו | והשקרן | או

Hæc certa sunt :

. . . . . Wahb'awwam, et ejus filii, ṇepo. . . . .
derunt et texerunt domum suam. . . . . .

Versus 1. A dextra superest initium versuum; nam signum ᎾᏁᎸᏗᏁ, cujus significatio non liquet (Hal. 187, 255, 257, 478, 486; O. M. 20), nusquam nisi in principio titulorum figuratur. J. H. Mordtmann, *Neue ḥimyarische Funde* in *Wiener numismatische Zeitschrift*, XII, p. 300 (separatim excusum, p. 12), hoc ornamentum inane putat. — והבאום; cf. titulos 1, v. 2; 24, v. 1; O. M. 6, v. 4. — Post וכנ[יהו legebatur בר[| . . . . . | ו]בנ, id est : « nepotes . . . . . i condiderunt »; cf. titulum 6, v. 3; Fresnel, 45, v. 2; Hal. 686, v. 2 et 3 (de quo vide Prætorium in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXVI, p. 417); O. M. 3, v. 1; 20, v. 2; Langer, 1, v. 3.

Versus 2. Post ביתהמו nomen proprium « domus » deest; cf. titulum 6, v. 3; O. M. 20, v. 2.

Sic ergo titulum restituere et vertere licet :

בר | . . . . . | בנ[ו | וכנ[יהו | והבאום

. . . . . | ביתהמו | והשקרן | או

Wahb'awwam et ejus filii, nepo[tes. . . . . .i condi-]
derunt et texerunt domum suam. . . . . .

5

Cruttenden, 4; Fresnel, 1 et 2; Halévy, 1, 2, 31; Glaser, 5 et 8.

(Tab. IV et V.)

Ed. Glaser, in sexta ad Academiam relatione inedita in hunc modum de titulis suis 5–9 loquitur : « Versantur in vestigiis muri mosquitæ, quæ in oblivione jacet, inter ruinas quas *mansiyyât* (منسيّات) vocant proximas mosquitæ Ṭalḥæ (cf. delineationes, p. 3 et 5). Ordinem inscriptionum hic repræsentare operæ pretium duximus. Tituli omnes plus minus deleti aliquot damna ex tempore Halevyi passi sunt, quum litteras quasdam ab Halevyo visas jam non agnoscere potuerim. 5, 7 et 9 inversi; 6 et 8 stant recte. »



Quum, anno 1836, Ch. J. Cruttenden et doctor Hulton primi hunc titulum invenerunt, lapis nondum in duas partes divisus erat; vide Ch. J. Cruttenden, *Journal of an excursion to Sanaa, the capital of Yemen*, 1836, in *Proceedings of the Bombay Geogr. Society*, nov. 1838, p. 39-55; plenius in *Journal of the London Royal Geogr. Society*, VIII (1838), p. 267-289; cf. E. Rödiger, *Versuch über die himyar. Schriftmonumente* (Halle, 1841, in-8°), p. 42-45; J. R. Wellsted's *Reisen in Arabien, Deutsche Bearbeitung*..... von E. Rödiger (Halle, 1842, 2 vol. in-12), II, p. 384-385, et in tabula ejusdem voluminis III, 2, quam tabula nostra V^a sole expressam invenies. In tabula IV^a aspice partem muri titulis tectam, qualem Glaser ipse solis luce expressit. Separatim, ut de duabus inscriptionibus, egit de hoc titulo J. Halévy in *Études sabéennes* (Paris, 1875), sub n^is 59 et 60, p. 202-204. Verumtamen Fresneli titulos 1 et 2 conjungendos jam anno 1856 Osiander in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, X, p. 71, declaraverat. Quod nec Halévy, nec Glaser curaverunt. Cruttendeni, Rœdigeri, Osianderi, tandem J. H. Mordtmanni (in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 3) exemplum secuti, duo fragmenta casu dissociata iterum connectimus.

Hæc in apographo Glaseri leguntur :

5 8



Hebraicis litteris sic transcribimus :

5 8

ונשאכרב | ות עאל | ודדכרב | ובנהמו | ו

עת | ומרבצן | וע תר | דראס | ערן | דמדרמ

Cruttenden, Fresnel et Halévy non ורן, sed ערן legunt (cf. etiam fragmentum Hal. 31, de quo infra); Fresnel et Halévy post ultimam litteram ע addunt 𐩪 = ת.

Versus 1. Primum nomen proprium recte Halévy in עאל[יד restituit; quod frequentissimum biblico יְדִיעֵאֵל I *Chr.*, VII, 6, 10, 11, respondet. — דדכרב = עמכרב; in priore hebraicum דוד «patruus» (syriace ܥܡܐ) eumdem locum tenet quem in posteriore arabicum عَمّ, quod idem valet; vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 28. — ובנהמו pro ובניהמו «et ejus filii», ut sæpe; cf. titulum 8, v. 1. — Si quis ad configurationem litteræ himyariticæ 𐩠 attendat, intelliget eam facile in duas dirimi posse; propterea credimus duos *wâw* Fresneli, Halevyi et Glaseri in unum *wâw* Cruttendeni redigendos. — נשאכרב; cf. Fresnel, 47; Rehatsek, 7, v. 6 et 11; Hal., 51, v. 18 et 19; 48, v. 13 (ubi scriptum נשאכרים); O. M. 6, v. 2; 11 *a* et *b*, v. 1; 49. — ות principium sive cognominis ות[ר (cf. אותר | נשאכרב, O. M. 11 *a* et *b*, v. 1) sive quarti nominis proprii cum conjunctione *wâw* : ות[בעכרב «et Tobba'karib», ut proposuit J. Halévy, *loc. cit.*

Versus 2. Litteræ תר sive ex cognomine תר[ו, sive ex deo עתתר manserunt. Mentio dei 'Athtar probabilior, quum inscriptio votum numini cuidam summo a pluribus susceptum exprimere videatur, ita ut verbum הקניו «voverunt» sit inter geminas lineas supplendum. — Ea quæ sequuntur sine dubio edisserunt quis sit 'Athtar peculiaris erga quem pietatis documenta præstantur. Noli hunc 'Athtarum quærere inter eos quos D. H. Müller in *S. Langer's Reiseberichte*, p. 58, annot. 1, copiose enumeravit. Appellatur דמדר | ערן | דראס, si nostram vocabulorum divisionem (cf. D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 59) probes. דמדר clarum : ut בעל מדר, Hal., 172, v. 2 (cf. עדי | מרד, O. M. 9, v. 4, et מדר | בעלת, O. M. 13, v. 1) «dominum Madari» indicat, id est vici مَدَر dicti, de quo Al-Bakrî, *Mu'djam* (ed. Wüstenfeld), p. 516 : وفي اكثر بلد هَمْدانَ قصورا بعد ناعط «In regione Hamdâni castellis maxime abundat post Nâ'aṭum.» De ædificiis Madari vide Al-Hamdânî, *Al-Iklîl*, apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 221. Nobis ערן | ראס videtur unum ex quatuordecim castellis designare, quæ Al-Hamdânî in vico Madar exstitisse narrat. In Arabia vox رأس de colle vel tumulo, sicut تلّ in Syria et Africa adhibetur. ערן nomen proprium urbis in Os. 4 = B. M. 5, v. 4; 13 = B. M. 12, v. 9; fortasse in

Hal., 140, v. 3, ubi pro בנכלורן legendum בנכלערן credimus. عِرَانٌ a Fîrûzâbâdhîo in *Ḳâmûs*, *s. r.* عرن, = دِيَارٌ بعيدة «domus remotæ» explicatur. Recordare loco alteri in Yemeno nomen fuisse Baʿdân (بَعْدَانُ «abscessus»; cf. Yâḳût, *Muʿdjam*, I, p. 671), cujus dea בעדן | דת Os. 33 = B. M. 30, v. 4, et sæpe alias. חסא = خاسئ «locus remotus» nomen sacrarii ignoti in titulis 8, v. 2; 26, v. 3; 27, v. 6, conferendus. Animadverte tamen etiamnunc ʿIrrân, cum *résch* geminato, non ʿIrân pronuntiari. Hoc דמדרמעת | רען nos memores esse cogit etiam locutionis דמרמר | ערן in Prideaux, 1, v. 3 et 4 (cf. *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 28) et castelli دمرمر juxta Ṣanʿâum, de quo vide Rutgers, *Historia Jemanæ sub Hasano Pascha* (Lugduni Batavorum, 1838, in-4°), p. 46-56 et 210; D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., I, p. 19, adn. 3. Halévy : «ʿAthtar du sommet de la montagne de Dhamadar.» — A littera *mîm* seriem oblatorum incipere opinamur, omissa nota separationis. מעת obscurum. Nonne מ[הי]עת plurale, quod in Rehatsek, 10, v. 5, מהיעתן sonat, vocis מהיע «turibulum» vel «ara turis»? De hoc sensu vide D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., II, p. 22-26. Halévy : מידעת «des parents». — מרבצן = مَرَابِضُ «septa» ut מטור in titulo 3, v. 6. Halévy : «des amis». — ועת nihil est nisi principium vocabuli ועת[תר quo alter ʿAthtar introducitur, cui, in fine tituli perdita, propria sedes et dona singularia assignabantur, quæ nos fugiunt.

Lege ergo et verte, si lubet :

יד[עאל | ודדכרב | ובנהמו | ונשאכרב | ות[בעכרב | הקניו

עת[תר | דראס | ערן | דמדר[ו] מ[הי] עת | ומרבצן | ועת[תר

Yedî[*ʿa'îl et Dódkarîb, et eorum filii, et Naśa'karîb et To*[*bbaʿkarîb voverunt*
ʿAth]*taro domino* (*castelli*) *Ra's ʿIrrân* (*vici*) *Madari* (?) *turibula* (?) *et septa, et ʿAth*[*taro* . . . . . .

Inter titulos ex Gaimâno oriundos Halévy sub numero 31 fragmentum edidit, quod nihil præbet nisi aliquot litteras ex nostro titulo excerptas :

ראס | ראש ערן | ר[אס *Ra*]*'s ʿIrrân.*

Inde J. H. Mordtmann (in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 3) concludit nostrum titulum Gaimâno Ṣanʿâum advectum esse. Quod nec infitiamur, nec asseveramus.

6

Cruttenden, 3; Fresnel, 3; Halévy, 3; Glaser, 7.

(Tab. IV et V.)

Ubi nunc servetur hic titulus jam supra, p. 13, exposuimus. In tabula nostra quinta exemplum invenies quod Cruttenden confecit, luce solis expressum, necnon in tabula quarta imaginem ex monumento ipso a Glasero luce solis expressam.

Titulus quatuor versibus constat quibus pauca tantummodo desunt. Primus versus aliquanto longius a sinistra, ut crebro fit, quam ceteri incipit.

De hoc titulo egerunt : E. Rödiger, *Versuch über die himyaritische Schriftmonumente* (Halle, 1841, in-8°), p. 38 et seq.; rursus in J. R. Welsted's *Reisen in Arabien* (Halle, 1842, 2 vol. in-12), II, p. 380-383. — F. Fresnel in litteris ad J. Mohl Djeddæ primo die junii 1844 scriptis; cf. *Journ. asiat.*, 1845, II, p. 170 et 205-217; separatim excusum et inscriptum : *Pièces relatives aux inscriptions himyarites découvertes par M. Arnaud*, p. 73 et 108-122. — Fr. Prætorius in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXVI (1872), p. 418 et seq. — Fr. Lenormant, *Les éponymes de l'empire himyarite*, in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions*

et belles-lettres, 1867, p. 222-225. — Joseph Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen* (Paris, 1872), p. 237; *Études sabéennes* (Paris, 1875), p. 204-205. — Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler* (Wien, 1883, in-4°), p. 86. — D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte* (Leipzig, 1884), p. 52.

Apographum Glaseri recentissimum describimus; multi characteres, Halevyi tempore superstites, serius evanuerunt, nec jam conspiciuntur :



Plura legerat Halévy; plura quam Halévy legerant Cruttenden et Fresnel; horum versus ad numerum plenos illius lectione magis accurata emendare conati sumus, nihil autem de nobis protulimus vel inseruimus :



Observa : 1° lineam transversam in *bêt;* 2° *dâlét* a sinistra ad dextram tendens, ut in titulis *bustrophedon* exaratis; 3° *rêsch* quoque ad dextram declinans.

Sic ergo transcribe :

עבדכללם ו ושעתהו ו אבעלי ו בת ו אלה· · · ·
לאן ו ובניהמי ו הנאם ו והעלל ו אלהת ו קולם ו ב
ראו ו והשקרן ו בתהמו ו ירת ו ברדא ו רחמנן ו ובראֹ
ו ו בורה ו דחרף ו דלתלהת ו וסבעי ו וחמס ו מאתם ו היו

Nihil dubitationis habent quæ sequuntur :

ʿAbdkulâl et ejus socia Abûʿalî, filia . . . lh. . . .
. . . . . et filii ipsorum amborum Hanaʾ et Haʿlal-Ilâhat-Ḳaul condiderunt et texerunt domum suam Yar . t adjumento Misericordis, et condiderunt in mense Dhû-kharîf anni D LXX III. *Ḥaiw.*

Versus 1. עבדכלל «servus Kulâli», nomen proprium cujus vocales ex Arabum memoria didicimus; cf. Ibn Ḳotaiba, *Maʿârif*, p. 309; Ibn Doraid, *Iśtiḳâḳ*, p. 307-308; Ibn Al-Athîr, *Kâmil*, I, p. 295; A. von Kremer, *Ueber die südarabische Sage*, p. 90; Wüstenfeld, *Register*, etc., p. 28. Utrum Kulâl (e radice כלל «perfecit», unde כל, كُلّ, كُلّ, ክሉ «totum, universitas») deus fuerit cultu peculiari honoratus, an heros consecratus cujus nomen post עבד in nominibus propriis, sicut divinum, admitteretur, ignoramus. De hoc genere compositionis in onomastica semitica novam et, credimus, utilem viam aperuit Clermont-Ganneau, *Notes d'archéologie orientale*, XXI, in *Revue critique d'histoire et de littérature*, 1885, I, p. 177; *Les noms royaux nabatéens employés comme noms*

divins, in *Revue archéologique*, 1885, I, p. 170-178. — שעת, femininum vocis שוע «socius» (cf. Hal., 169, v. 1; 202, v. 2), quod etiam in Hal., 63, v. 1, invenitur. Vide quæ de hac radice ad titulum 1, v. 2, disseruimus. Hic שעת eodem sensu adhibetur quo אתת «uxor» in inscriptione 11ª Academiæ; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 65. — אבעלי = ابو علىّ, quæ *kunya* viro magis (cf. Hal., 49, v. 5, 8 et 10) conveniens ad mulierem transfertur; sic apud Hebræos אֲבִיגַיִל, אֲבִיטָל, אֲבִישַׁג, in titulis ḥimyariticis itidem אבעלי in titulo 8° musei Luparensis, v. 4 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études*, I, p. 7), אבמלך, Os. 15 = B. M. 17, v. 1; אבואר, O. M. 4, v. 7, nomina mulierum. Rödiger et Fresnel : «in possessionem miserunt»; Prætorius : «domini» = أَبْعال, nulla ratione habita *yôd* ultimi. Halévy primus meliora vidit. — בת non «domus» (Rödiger, Fresnel et Prætorius), sed «filia» (Halévy) pro בנת (alia exempla, Hal., 680, v. 1; 681, v. 1), dum contra, in versu 3, בתהמו «domum suam» transtulimus. — Sub fine versus, J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXIX (1885), p. 236, nomen proprium אלהתבע, *Ilâhtubbaʿ*, legere sibi visus est, comparato sigillo, ubi idem nomen idem agnoverat; nos deletas litteras sic restituimus : מ | אדם | אלה[ן et pro לאן in versus secundi initio לכן legimus. De nomine אלהן, اَلْهان «Alhân», vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 38 et 39; D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 14-15. — מלכן | אדם «servum» vel fortasse «familiarem regis» mutuati sumus ex Os. 36 = B. M. 37, v. 1, de quo egerunt Mordtmann und Müller, *ibid.*, p. 11. Vide etiam Reh. 6, v. 3, et titulum 11um Academiæ, v. 2, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 64 et 65. Confusio ሃሐ፣ pro ሃሀ፣ facilis. Tempore quo Halévy huc pervenit characteres jam evanuerant

Versus 2. Suffixum המי duale esse Fresnel, *op. laud.*, p. 110-112, præsenserat. Sequuntur utique nomina filiorum duorum : prior הנאם appellatur, quæ vox nomen proprium etiam in Hal., 485, v. 1; 501, v. 1; 504, v. 1, etc., plerumque ut adjectivum «excellens, abundans» = هَنِئ significat (exempli causa Os. 9 = B. M. 7, v. 6; 17 = B. M. 18, v. 6; 18 = B. M. 19, v. 9; titulus 9us Academiæ, v. 6, in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc.; I, p. 65); posterior circuitu קולם | אלהת | העלל designatur. העלל, non העל, ut Fresnel et Halévy, legendum apographa Cruttendeni et Glaseri testantur. Quis sensus, ambiguum. Æthiopicum ዐለለ ʿalala «separare, distinguere» vertitur. Sed forma quarta non est in usu. J. H. Mordtmann, qui אלהת | העל legebat, hoc esse عَلَمٌ إِسْنادىٌّ putavit, et transtulit (*Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXII, p. 205) «er pries die Ilâhat»; קולם autem existimavit cognomen habendum, collatis Miles, 5, v. 3; Hal., 86, v. 1 (ubi ZHOϕ). Accedit quod singulare קול probabiliter in Hal., 84, v. 1; plurale אקול in Os., 35 = B. M. 32, v. 2; Hal., 29, v. 1; Langer, 2, v. 1, reperiuntur. Cum his etiam compares licet קלהמו «eorum princeps», Os. 3 = B. M. 2 *b*, v. 2; קל, Hal., 418, v. 7; et verbum הקלהו «eum principem elegit», Miles, 5, v. 7. Si קולם in nostro quoque titulo principem significaret, קולן potius quam קולם, nûnatio potius quam mîmatio jure exspectaretur. Quod ad אלהת pertinet, dubitamus utrum sit femininum singulare masculini אלה (אֱלוֹהַּ, إِلٰهٌ), Os. 36 = B. M. 37, v. 2, de quo Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 11; Hal., 681, v. 3, etc., femininum in Os. 29 = B. M. 6, v. 5 et 6 bis manifestum, an plurale ejusdem אלה, sicut arabice آلِهَةٌ in *Corano*, VII, 124; XI, 56, 57, 103, etc., et sicut ḥimyaritice אלאלת, plurale cum geminatione vocis אל «Deus». Quidquid sit, קולם | אלהת | העלל pro nomine filii alterius successit, fortasse ut apud Hebræos (*Jes.*, VII, 14; VIII, 8), filius Jesaiæ prophetæ symbolice עִמָּנוּאֵל, Ἐμμανουήλ «nobiscum Deus» nuncupatur, ut etiam nomen vel cognomen אֶלְיְהוֹעֵינַי, brevius אֶלְיוֹעֵינַי (semel אֶלְיֵעֵינַי I *Chr.*, VII, 20) «versus Deum oculi mei» in recentioribus Veteris Testamenti libris sæpius reperitur.

Versus 3. בתהמו | והשקרן | בראו (Halévy falso בראוה); cf. titulum 4, v. 1 et 2, ubi forma plenior ביתהמו. — Nomen castelli ירת *Yarût* transcribimus, et, Halevyum secuti, רותן in Os. 22 = B. M. 24, v. 2, comparamus, quod רותן, Müller, *Die Burgen*, etc., II, p. 50, castello رَوْثان assimilavit. Nonne ירת etiam in O. M. 29, v. 1, legendum? — רדא, arabice رِدْأ «auxilium, adminiculum». — רחמנן cum *nûn* emphatico, idem est quod الرحمن cum articulo in formula arabica frequentissima بسم الله الرحمن الرحيم «nomine Allâhi Ar-Raḥmâni clementis»; cf. Sprenger, *Das Leben und die Lehre des Mohammed* (Berlin, 1869, 3 vol. in-8°), II, p. 198-229. D. H. Müller primus et primum in *Oesterreichische Monatsschrift für den Orient*, 1884, p. 62, col. 1; p. 230. col. 1, nos et semetipsum emendavit; nam antea vir doctissimus, sicut Halévy et nos, Rœdigeri et Fresneli opinionem amplexus, רחמנן plurale esse existimabat, quo dii ut «misericordes» laudarentur; vide E. Rödiger in Wellsted's *Reisen in Arabien*, II, p. 380 et 382; Fresnel, *Pièces relatives aux inscriptions himyarites*, p. 117; Halévy, *Rapport sur une mission*, p. 237; *Études sabéennes*, p. 205;

(Impressum mense augusto 1887.)

Mélanges d'épigraphie, p. 106; D. H. Müller in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 672; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 97; Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 73, ubi his verbis non procul a veritate abfuimus : «Le Coran paraît connaître, chez une fraction des Arabes, l'adoration du dieu الرحمن à la place de celle du dieu الله. Cf. *Coran*, XVII, 110; XXV, 61; Nöldeke, *Geschichte des Qorans*, p. 92, note 1.» Non autem argumentationem conclusimus; rectissime inde vera intulit David Heinrich Müller; vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen*, I, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, I, p. 50, ann. 4 (separatim excusum, p. 1). — ובראו; cf. v. 3. Sed hanc verbi בראו iterationem vix intelligeremus, nisi suffixo הו, quod supplemus, cum iis quæ ante dicta sunt cohæreret.

Versus 4. Voces a בורח usque ad מאתם de tempore monent quo titulus incisus est. — ורח «mensis», ut æthiopicum ወርኅ (cf. hebraice יָרֵח, syriace ܝܪܚܐ). Arabica وَرَخ, أَرَّخ, تَأْرِيخ, pl. تَوارِيخ non sejungenda. De usu ḥimyaritico vocis ורח vide D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 51. — Nomen mensis cum ד = ذو compositum, ut apud Arabas *dhû 'l-ḳa'da*, *dhû 'l-ḥidjdja*; sic etiam apud Yemenenses דחנתן in Ḥuṣn Gurâb, 1, v. 10; O. M. 29, v. 3; דמחנתן, Langer, 7, v. 6. De חרף «autumnus» revolve quæ ad titulum 2, v. 13, diximus. — Præpositio דל, composita ex ד + ל, ut שֶׁל recentioris hebraismi, ut דיל aramaicum. Sic דל ante mentionem anni invenimus in Ḥuṣn Gurâb, 1, v. 10; O. M. 29, v. 3; 31, v. 5, et in titulo 13° Academiæ, v. 8. Si titulum Langeri 7um, v. 6, ubi ל sine *lâméd* adhibetur, addas, sex titulos inter tantam titulorum copiam discernes, quibus auctor certum annum assignaverit. Quid, si memineris titulum O. M. 29 ita ruptum esse ut unitatum sola mentio exstaret? Quinque tituli supersunt de quorum ætate accurata discimus. Titulus Langeri 7, v. 6, vetustissimus, quippe qui anno 385 prodierit; deinde ceteri hoc ordine continuantur : titulus de quo agimus sibi vindicat annum 573; inscriptio 13ª Academiæ annum 582; Ḥuṣn Gurâb 1 annum 640; O. M. 31 annum 669. Profligata quæstio esset et ad exitum perducta, si hoc conveniret quam æram in calculis suis Yemenenses adsciverint. Sed de hac re inter se dissident qui eam enucleare tentaverunt. Halévy, *Études sabéennes*, p. 86, circiter annum 115 ante J. C. æræ principium posuit. Hanc sententiam non solum Winand Fell probavit, sed etiam Halevyum nimiæ timiditatis arguit quod suæ ipse opinioni non majore fiducia faverit, neque annum 115, quem suspicatus erat, pro explorato habuerit; cf. W. Fell, *Die Christenverfolgung in Südarabien und die ḥimjarisch-äthiopischen Kriege nach abessinischer Ueberlieferung*, in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXV (1881), p. 39. Suadente videlicet Fresnelo, Reinaud in *Mémoire sur le périple de la mer Érythrée*, p. 240, arbitratus erat æram Seleucidarum, ab anno ante Christum 312 cœptam, intelligi. Quam opinionem oblitteratam J. H. Mordtmann et D. H. Müller renovaverunt et, cogitatione potius quam argumentis fulti, suam fecerunt; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 86; Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 52. Aliquid de alterutra parte judicare non magis nunc audemus quam in nostris *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 74. Si Halevyo et imprimis Fello assentiris, titulum Langeri 7um collocabis in anno 270 post J. C., nostrum titulum in anno 458; inscriptionem 13am Academiæ in anno 467; Ḥuṣn Gurâb 1 in anno 525; denique O. M. 31 in anno 554 post J. C. Si autem æræ Seleucidarum faves, titulos altius repetes ab annis 73 (non 71); 261 (hæc foret nostri tituli ætas), 270, 328, 357 post J. C. — חיו nomen proprium in epigraphia yemenensi frequentissimum; vide Hal., 233, v. 6; 249, v. 1; 268, etc. Halévy, cum quo concinimus, hanc esse scalptoris subscriptionem intellexit. Fresnel : חיו = حَيُّو (*sic*) «valeatis». Fell, *ibid.*, p. 40, חיו nomen æræ Yemenensium inditum esse contendit quippe quæ a quodam Ḥaiw primum instituta esset. Nihil cum nostro חיו commune habere حيوان credimus, quod nomen in *musnado* apud Al-Hamdânî, *Al-Iklîl*, legitur; cf. A. von Kremer, *Ueber die südarabische Sage*, p. 96; D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 17; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 86. Eo loco tamen حيوان illud nostro חיו viri doctissimi Mordtmann et Müller assimilaverunt.

Titulus, ex iis quæ præcedunt, ita restitui et verti potest :

עבדכללם | ושעתהו | אבעלי |ז̇בת | אלה[ן | אדם | מ]

ל[כ]ן | ובניהמי | הנאם | והעלל | אלהת | קולם | ב

ראו | והשקרן | בתהמו | ירת | ברדא | רחמנן | ובראו[ה

ו | בורח | דחרף | דלתלתת | וסבעי | והמס | מאתם | חיו

ʿAbdkulâl et ejus socia Abûʿalî, filia Alhâ[ni, vassali re]-
gum (?), et filii ipsorum amborum Hanaʾ et Haʿlal-Ilâhat-Ḳaul con-
diderunt et texerunt domum suam Yarût adjumento Misericordis, et condide[runt e-
am in mense Dhû-kharîf anni D LXX III. *Ḥaiw.*

7

Cruttenden, 4; Glaser, 6.

(Tab. IV et V.)

Supra, p. 13, locum descripsimus, ubi hic titulus proximus titulis nostris 5 et 6 nunc inclusus. Monogrammata obscura exhibet, quorum partem sinistram Cruttenden sub titulo suo 4, apud nos 5, jam descripserat, quæ aliis comparare possumus, explanare non valemus. Quum repræsentationem subtilem scripturæ, quam nobis misit Ed. Glaser, hoc loco subjiciamus, viri acutioris ingenii vel majoris scientiæ ea dispiciant quæ nos fugerunt.

Primo adspectu apparet in lapidem titulum monetæ esse translatum. A dextra, signum ⌒, sicut Head in *The numismatic Chronicle*, 1878, p. 279 et 282, sensit, nihil est nisi græcum A ex voce AΘΕΝΑΙΩΝ; vide Beulé, *Monnaies d'Athènes* (1858), p. 89. Quod J. H. Mordtmann assensu suo comprobavit; vide ejus *Neue ḥimyarische Münzen* in *Wiener numismatische Zeitschrift*, XII, p. 300 (separatim excusum, p. 12). Subter ز, probabiliter littera qua inchoabatur nomen urbis, ubi nummi publice signabantur. Schlumberger, *Le trésor de San'â* (Paris, 1880, gr. in-4°), p. 45, de urbe גב «Gab» loquitur; J. H. Mordtmann (*Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXV, p. 504) monet potius גבל intelligi, quæ urbs in titulo Bibliothecæ Maximæ Parisiensis urbi Nadjrâno sociatur; de hoc titulo cf. Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 291.

In monogrammate priore, quod sequitur, nomen proprium נצר = نصر mente magis quam oculis videmus; cf. hoc nomen in Hal., 662, v. 1, et apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 2. Quid autem ostendat medium י vel ה nescimus. Nota apud Halevyum, 94, v. 1, formam non minus singularem נסרז. Confer etiam apud Arabas نصير.

In altero monogrammate æstuaverunt Mordtmann, *Neue ḥimyarische Münzen*, p. 18, et Müller, *Die Burgen*, II, p. 43. Hujus monogrammatis exempla redundant in Schlumberger, *Le trésor de San'â;* cf. in libro laudato tabulam II, sub nis 37-40; tabulam III, sub nis 41-58. Quidni forsan חיאלי, nomen monetæ apud Hal., 49, v. 4; 152, v. 5 et 7, et probabiliter in titulo Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, de quo Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 293?

8

Halévy, 4; Glaser, 9.

(Tab. IV.)

Ubi nunc hic titulus cum tribus præcedentibus in muro lapideo conjungatur, supra, p. 13, narra-

vimus. Halévy quartum versum memorat, sed tam deformatum ut vix quidquam dignosci possit. Permulta ex sinistra desunt; penes nos sunt vel paucis deficientibus initia versuum.

Hæc in apographo Glaseri (cf. ejusdem *Mittheilungen*, p. 63 et 64) leguntur :



Quæ sic hebraicis litteris transcribenda :

מכרב | אשוע | ובנהו | ס
ם | אלהמו | קינן | אלה | חסאם
עם | בן | סהימם | ורתדו | מ

Translationi commentarium præmittere libet.

Versus 1. Halévy : מכרם, cui מָכִיר, *Gen.*, L, 23, olim comparavimus; vide Hartwig Derenbourg, *Les noms de personnes dans l'Ancien Testament et dans les inscriptions ḥimyarites*, in *Revue des études juives*, I, p. 59 (separatim excusum, p. 6). מכרב[ע conjectamus; cf. Os. 1 = B. M. 4, v. 10; Hal., 109, v. 1; 187, v. 1; 192, v. 1, etc.; titulum 10um Academiæ, v. 1 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 61); nostrum titulum 20, v. 1. — De cognomine אשוע vide titulum 2, v. 1. Halévy ארשוו falso, quasi plurale vocis רשו «sacerdos», cum ו, quod D. H. Müller suffixum tertiæ personæ singularis pro הו vel ה esse existimavit; cf. *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXIX, p. 598. — ובנהו pro ובניהו «et ejus filii»; cf. titulum 5, v. 1.

Versus 2. ם putamus provenire ex [illegible] | [illegible], sicut in Fresnel, 40, v. 1. Quod Halévy, *Études sabéennes*, p. 223, vertit : «ont voué un voile», collato arabico لثام. Nos malumus : «officium præstiterunt», collato arabico لَزِمَ, quasi diceretur لَزِمُوا لَزْمًا. — אלהמו «eorum deo», ut interpretatus est J. H. Mordtmann, *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXI, p. 86; nec tamen necessarium credimus alterum ה interponi ut legatur אלה[ה]מו. אל nomen appellativum perinde ac אלה esse potest. De hebraico אֵל hoc testantur exempla plurima apud Gesenium, *Thesaurus*, p. 48, col. 2. Apud Phœnicas, hoc demonstrant לי לעשתרת ל[א] «deo suo Aśtartæ», *Corpus inscriptionum Semiticarum*, pars prima, I, sub n° 4, v. 5, p. 22; לאלי לרשף מכל «deo suo Reśef Mikal», *ibid.*, sub n° 90, p. 107; pluralis אלם «dii» in taxatione Massiliensi, v. 13, *ibid.*, sub n° 165, p. 218 et seq. Quoad ḥimyaritica, in titulo Langeri 2°, v. 2 et 3, D. H. Müller recte אלהמו «eorum deus» bis restituit; vide *Langer's Reiseberichte*, p. 35, 39, 40. Insignius autem exemplum præbet Langer, 7, v. 3, ubi duale אליהמו «eorum dii ambo» noscitatur; cf. *ibid.*, p. 47 et 48. Vide etiam *ibid.*, p. 60, de titulo Langeriano 11, qui titulo nostro 21 respondet. — Deum קינן hic et in Prideaux, 6, qui nunc in museo Britannico asservatur, commemorari J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXXI, p. 86, docuit. Comparandum esse nomen patriarchæ antediluviani e posteris Sêti קֵינָן (*Gen.*, V, 9; I *Chr.*, I, 2) persuasum habemus. — אלה nomen appellativum sicut אל, quod habet Halévy. — חסאם, nomen sacrarii; cf. titulos 26, v. 3; 27, v. 6. Arabice خاسِئٌ «locum remotum» designat (cf. quæ ad titulum 5, v. 2, adnotavimus).

Versus 3. עם ambiguum sitne finis vocabuli an vocabulum integrum, fortasse «populus», ut Hal., 202, v. 2; 237, v. 5; 485, v. 5; fortasse etiam «patruus», عَمٌّ; cf. quæ ad titulum 5, v. 1, adnotavimus. Hal., אחימם | דן, quod grammaticæ repugnat; nam post דן, nûnatio desideratur, nec דן = לא cum plurali אחים conjungeretur. Glaser : סהימם | בן, quod expediret, nisi oporteret litteræ ה Glaseri litteram ח Halevyi substituere, quum סחימם | בן, ubi בן collectivum pro בני, idem esset quod الشَّحَيْمِيُّونَ Al-Hamdânîi; vide *Al-Iklîl* apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 63; D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., I, p. 19 et 59. Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 768,

سخيم «Sukhaim» exponit esse مخلاف من مخاليف اليمن «unam ex provinciis Yemeni»; Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 249, de orthographia et situ Sukhaimi plenius dicit : وشِبامُ سُخَيْم بالخاء المعجمة والتصغير قبلى صنعاء بشرق بينه وبين صنعاء نحوُ ثلاثة فراسخ. Sic invenies in titulo Halevyano 140, v. 2 et 3, סחימם | בני «Sukhaimenses»; in Hal., 63, v. 8, סחים | בני; in Hal., 87, v. 2, סחימם | בני etiam legere suademus. סחימם item in O. M. 22, v. 1, reperitur, ubi, per occasionem hujus tituli, Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 77, eadem argumenta quæ nos de Sukhaimitis et titulis ubi proferuntur collegerunt. — ורתדו; cf. titulum 17, v. 4.

Omnibus bene perpensis, hæc legimus et vertimus :

ע]מכרב | אשוע | ובנהו | ס

ם | אלהמו | קינן | אלה | הסאם

עם | בן | סחימם | ורתדו | מ

ʿA]mkarîb Aśwaʿ, et ejus filii S. . . . . . *[præstiterunt offi]-*
cium deo suo Ḳainâno, deo Khâsiʾi. . . . . . *[quia protexit]*
populum (?) *Sukhaimensium, et dedicaverunt.* . . . . . .

Mentio Sukhaimensium probat hunc titulum in septentrionali oriente Ṣanʿâi, in urbe Śibâm Sukhaim, quæ Ṣanʿâo dimidiati diei itinere distat, exaratum fuisse. Parta victoria, ʿAmkarîb Aśwaʿ publicas gratias agit, votivam tabulam consecrat et dona spondet «deo suo Ḳainâno, deo Khâsiʾi» et Sukhaimensium, si tituli fracti interpretatio nos non fefellerit.

9

Halévy, 9; Glaser, 10.

Ed. Glaser, in sexta ad Academiam relatione inedita, hæc tradit : «Titulus continetur muro domus in vico ad rectum latus itineris, quod a mosquita maxima usque ad *Ḳubbat Ṭalḥa* (cf. delineationes, p. 3 et 5) ducit, nec tamen a mosquita maxima multum abest. Inversus est antequam in murum includeretur.»

Apographum Glaseri primam tantummodo litteram apographo Halevyano adjicit, ceterum consentiunt. Sic lege :

[illegible] | [illegible] עתת | וסעדשמסם . . . . . *ʿathat et Saʿdśams.*

עתת finis nomen proprii, fortasse והבעתת (cf. titulum 1, v. 1), aut הופעתת (*ibid.*, v. 2), aut כרבעתת (cf. titulum 2, v. 1), aut aliud simile. — Saʿdśams «favor deæ Śams», ut סעדתון «favor Thûni» in titulo 1, v. 3. סעדשמסם item in titulo 3, v. 1, et in titulo 8° Academiæ, v. 2; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 54-56.

10

Halévy, 5; Glaser, 11.

Tempore quo Halévy Yemenum lustravit, hic titulus super portam in urbe Ṣanʿâ *Bâb Ṣabâḥ* «portam auroræ» dictam (vide delineationes, p. 3 et 5) collocatus erat. Ex eo tempore impositus

est (de quo Ed. Glaser in sexta inedita relatione ad Academiam nos certiores fecit) portæ occidentali ædium in Bi'r Azab, quas municipium urbis Ṣanʿâ possidet, et ubi præfectus provinciæ (*al-wâlî*) habitat.

Apographum Glaseri, quod paulo amplius, transcribendum elegimus :

Quod hebraicis litteris sic lege :

ה ו ותרם ו יהאמן ו מלך ו סבא

. . . . . *ejus Watar Yuha'min, rex Sabæ.*

ה fortasse superstes ex מלכ[ה «[rex] ejus», ut in Hal., 353, v. 10; de suffixo ה pro הו, cf. ביתה «ejus domus», Hal., 520, v. 21 (cf. 523, v. 1), et Halévy, *Études sabéennes*, p. 71. — ותרם, nomen regis, cum mîmatione ut discernatur a cognomine ותר «præstans», quod vide in Fresnel, 11, v. 1; 33, 34, 54, v. 1; 56, v. 1 et 2, etc. Nomen autem ותרם (cf. biblica יֶתֶר et יִתְרוֹ) intuere in Os. 14 = B. M. 15, v. 1; in titulo, qui nunc Constantinopoli in museo Tšinili kiöšk dicto servatur, de quo Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 292, v. 2, et, nostra sententia (sic etiam Mordtmann, *loc. cit.*, et Müller, *Die Burgen*, etc., II, p. 43), in monogrammate quod Os. 3 = B. M. 1, comitatur. Cf. etiam Οὐίθρος inscriptionum Græcarum Haurâni, de quo vide J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 292. Quod ad cognomen יהאמן, tertiam personam singularis quartæ formæ verbi אמן ut יהשע verbi שוע in titulo 1, v. 2, vide Os. 33 = B. M. 34, v. 1, et quæ Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 18, contulerunt; vide etiam هامن in commentario ad carmen Ḳalâʿense in *Langer's Reiseberichte*, p. 41 et 42.

Rex Sabæ Watar Yuha'min adhuc inauditus; convenit eum addere indici regum Sabæ quem confecit D. H. Müller in *Die Burgen*, etc., II, p. 30-32.

11

Cruttenden, 5; Halévy, 8; Glaser, 12.

(Tab. V.)

J. Halévy de sede ubi hunc titulum deprehendit hæc pauca edidit : «Trois lignes, dont la dernière est illisible au commencement, sur une grande mosquée.» Vide *Rapport sur une mission*, etc., p. 66. Glaser de suis titulis 12 et 13 accuratiora hæc perscripsit : «Tituli 12 et 13 muro domus inclusi in via qua ex Ṭalḥa mosquita itur ad *Ḥammâm Sabâ'* (*Ḥammâm Guʿâ*). Ea urbis pars, ubi erant hæc antiqua balnea (*ḥammâm*), vel potius pars inter magnam mosquitam, mosquitam Ṭalḥa, et mosquitam Maʿadd, documenta antiquitatis longinquæ præ se fert et ab infinito tempore nomine *Dubû 'l-khâna* designatur. Hic inveniuntur plurimi ḥimyaritici lapides.»

Quum apographa Cruttendeni, Halevyi et Glaseri inter se non consentiant, trium lectiones afferre idoneum putavimus. In tabula nostra quinta titulum bis, a Cruttendeno descriptum et ab Eduardo Glaser luce solis expressum, videbis.

Hæc in apographo Cruttendeni :



Quæ hebraice :

ר ו ההדתע ו קרק ו שמסהמע ו דע ||| נחפת ו עג ו ח
עהענן ו שרעתם ו ארבהמע ו גלט ו עא ו יב ו תקיצעת
עה..ת ו אונב ו עארנא ו וינה ו ע ו באור

Halévy legit :



Quæ hebraice :

ב ו החדתו ו קיף ו שמסהמו ו דעמ׳ת ו לחקת ו ׳דח
עהפללן ו שרעתם ו ארצהמע׳׳בא ו וא ו י׳תניבו ו
וסן ו אדינהמד

Glaser contra :



Quæ hebraice :

ם ו החדתו ו קיף ו שמסהמו ו בעלת ו לחפת ו ול ו ח׳׳׳
עהפללן ו שרעתם ו ארצהמו ו דעלב ו וא.ב ו תק ו בעל
׳ צבקלנהש ו להנונצ ו ואכ׳א ו וינהמו ו צא׳ר

Permulta in hoc titulo intelligi vix possunt, etsi quorsum pertineat in universum cognoscamus. Ea enim quæ supersunt enuntiant dedicationem et refectionem (החדתו) monumenti sacri (קיף) in honorem «deæ suæ Solis» (שמסהמו). De cultu deæ Solis apud Arabas et præcipue apud Yemenenses, vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 55-58. Sed jam per singula eamus.

Versus 1. שמסהמו | קיף | החדתו «renovaverunt monumentum sacrum Solis ipsorum» dilucidum. Vocabulum קיף explanaverunt Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 34, et D. H. Müller, *ibid.*, XXX, p. 694-695. Quis non miretur nomini deæ שמס suffixum adjunctum? Inde Mordtmann (in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 69) concludit «vocabulum שמס non jam pro nomine proprio haberi, sed idem quod אלהת «dea» significare, sicut Iśtar in lingua assyriaca». Nos potius D. H. Muellero assentimur, *ibid.*, שמסהמו «Solem eorum» interpretanti, «id est deam Solem peculiariter ab iis adoratam», et Os. 31 = B. M. 32, v. 2 et 6, comparanti. Post שמסהמו cum Glasero legimus בעלת «domina», collatis titulis Os. 31 = B. M. 32, v. 2 et 6, et O. M. 18, v. 2 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 68); vide etiam O. M. 13, v. 1 (Mordtmann und Müller, *ibid.*, p. 55). Sequitur nomen loci, לחפת vel potius נחפת, quod ad exemplum arabici الجُحْفَة *Guhfat* enuntiamus. De vico qui apud Arabas الجُحْفَة, id est campus pascuus medio in deserto, nuncupatur, et qui Medinæ adjacet, vide Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 232; Yâḳût, *Muʿdjam*, II, p. 35; F. Wüstenfeld, *Die von Medina auslaufenden Hauptstrassen* (Göttingen, 1862), p. 20. — In extremo versu ומח[רמן conjectura non minus quam oculis assequimur; cf. Fresnel, 53, v. 2; Hal., 152, v. 8, 10, 11, etc.

Versus 2. והפללן in serie verborum, quorum primum in tertia persona pluralis adhibitum, ultimum fuisse ex

nûn finali apparet. הפלל, collato אֲשֶׁר פִּלַּלְתְּ לַאֲחוֹתֵךְ, Ez., XVI, 52, «adjudicare», nisi fallimur, significat; cf. J. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 75. — שרעתם = شَرِيعَةً «recta via». Lectio certior quam sensus. D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *ibid.*, p. 51, contendit שרעתם nomen esse «terræ ipsorum»; quod non probamus. — ארצהמו | דעלב «terra ipsorum Dhû-Gâlib» Glaseri nobis placet etsi nullum in Yemeno locum sic nuncupatum cognoscamus. — Deinde וארצ «et terra», sequente nomine proprio hominis vel loci, quod non dispicimus.

Versus 3. Halévy in principio versus nihil notavit, a quo quum discesserit Glaser, in tenebris erramus, et ea ipsa quæ nobis cernere videmur non liquent. Quamdiu via melior non aperietur, hæremus in conjectura hunc versum vota continuisse ut dea Sol pergeret favere servis suis ענצ..., אכתא et eorum filiis אצאר, et ceteris. In primo nomine proprio ענץ deus ignotus; quod ad אכתא attinet, conferendum vocabulum כתא in Os. 29 = B. M. 6, v. 4, de cujus autem sensu dubitamus. ובנהמו decurtatum esse ex ובניהמו «et eorum filii», ut in Os. 11 = B.M. 9, v. 1, et sæpius perspicuum.

Conjectura igitur, de plurimis incerti, legimus et vertimus :

.....ם | החדתו | קיף | שמסהמו | בעלת | נחפת | ומח[רמן.....

.....והפללן | שרעתם | ארצהמו | דעלב | וארצ.....

.....ענץ | ואכתא | ובנהמו | אצאר.....

.....*renovaverunt monumentum sacrum Solis deæ suæ, dominæ Guḥfati, et sa*[*crarium* (?).....
.....*et adjudicaverunt rectissime terram suam Dhû-Gâlibum et terram*.....
et pergat Sol dea favere servis suis] .....*ʿanaḍ, Aktha', et eorum filiis Aṣ'ar*,.....

Titulum Ma'ribo Ṣanʿâum advectum esse Müller et Mordtmann contendunt; cf. *Sabäische Denkmäler*, p. 53. Quod nobis quoque veri simillimum videtur.

12

Glaser, 13.

De loco ubi nunc hic titulus repositus est, supra, p. 22, locuti sumus. Fragmentum ex apographo Glaseri transcribimus :

[illegible]

[illegible]



Versus 1. Ultima sine dubio supplenda in ומעד[כ]רב = معديكرب. Apud Halévy, 504, v. 1, ante ומעדכרב occurrit nomen proprium חרם, quod hic convenit; cf. חָרִם, *Ezra*, II, 32; X, 31; *Neh.*, III, 11. — Initio fortasse legendum נצב; cf. titulos Academiæ 6, v. 1, et 7, in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 52 et 53.

Quod hebraice :

צ̇י··רם | ומעד

רבלח···ת···ר | ודדרא

Versus 2. רב litteræ ultimæ vocabuli ומעד[כ]רב. — ל in lineam separationis mutandum. — Deinde ו addimus, sequente חמעתת, de quo nomine proprio vide titulum 24, v. 2; Os. 30 = B. M. 29, v. 1; Hal., 439, v. 1; 520, v. 2; 535, v. 1, etc. — Denique litteram *dâl* errori imputamus et ודרא[כרב sicut in Hal., 504, v. 1 et 2, agnoscimus.

Ex quo efficitur nos legere et vertere :

נצ]ב | חרם | ומעד[כ
רב | [ו]ח[מע]תת | ודרא
[כרב.....

Cip]*pus* (?) *Ḥarami, et Maʿdî*[*karîbi* [*et*] *Ḥa*[*mʿa*]*thati* (?) *et Dhara'* [*karîbi*].....

13

Glaser, 14.

Ed. Glaser, in sexta ad Academiam relatione inedita, sic loquitur : « Titulos 14 et 15 possidet Arabs quidam Ṣanʿâi. Titulus 14 duobus fragmentis constat. »

Hæc sunt verba tituli, auctore Glasero :

...עמכנס ו בן....	···ᎾᏂ	ᏘᎾᏘᏗᏫ···
...נכרה ו עמרצ..	···ᏭᏫᏫ	ᎿᏫᏘᎾ···

Versus 1. Pro עמכנס corrige עמאנס et confer Hal., 155, v. 1; 156, v. 1; 158, v. 1; 176, v. 1 (ubi עמכנס); 243, v. 10, etc.

Versus 2. Sub נכרה latere deum נכרח credimus, qui memoratur Hal., 202, v. 1; 485, v. 1, 5, 6; fortasse 194, v. 1; ālias cum mîmatione, præsertim in titulis Maʿîni, invenitur נכרחם; cf. Hal., 188, v. 1; 214; 251, v. 1; 255, v. 2. — ע certe ex ו manco ortum; quidni ומרצוהי, siquidem nomen dei מרצוהי in Hal., 222, v. 1; 229, v. 2, invenitur? Vox מרצוהי ex radice רצו = رَضِيَ, רָצָה « delectari » oriunda; cf. אברצו, cognomen (*kunya*) dei מתבנטין in Hal., 150, v. 6 et 7.

Lege et verte si lubet :

.....[| הקניו |].....|] בן | עמאנס | ו]..

.....והי]ומרצ | נכרה | ו]..

...[*et*] *ʿAm'anas, filius*..... [*voverunt*.....

...[*et*] *Nakraḥo et Marḍ*[*auhiyyo*.....

14

Glaser, 15.

Hic titulus, qui cum præcedente ibidem servatur, nihil nisi lineam separationis et unum vocabulum comprehendit :

····ᏘᏭᏫᏂ | ...בראו | .....*condiderunt*.....

15

Halévy, 6.

Unum versum in vicinis portæ *Bâb Ṣabâḥ* dictæ sic descripsit Halévy :

ותר ו וארה ו דרי	ᎾᏍᏫ	ᏭᏍᏫᏫ	ᏍᏫᏍ

Quum in tertio vocabulo דרי[ן, castellum Ṭhafâri, capitis Ḥimyari (قصر المملكة, cf. *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, X, p. 23 et seq.; XXXI, p. 71; Müller, *Die Burgen*, I, p. 37), sicut in דרי Hal., 170, v. 2, agnoscere nobis videamur, conjecturam facimus non ᏭᏍᏫ ארה, sed ᏭᏍᏫ צרח « castellum » legendum, et litterarum similitudinem argumentum gravissimum afferimus. ותר « potens », quum de castello Raidân agatur, cognomen Karibʾîli Watar Yuhanʿim, ut in titulo 1, v. 5, et in Fresnel, 54, esse arbitramur.

(Impressum mense augusto 1887.)

Titulus ergo ad hanc formam pervenit :

כרבאל |] ותר | וצרח | דרי[דן

Karîb'îl] *Watar et arx Rai*[*dân.*

16

Halévy, 7.

Halévy in descriptione hujus tituli paulo uberior quam solet : « Quatre lignes tronquées montrant, à droite, quelques lettres disposées d'une façon singulière et bordées d'un trait formant un angle droit. »

Sic textum Halévy refert :

א | כר
ורתהו | בור
חמ | ו
רד | מל



Versus 1. אלכר[ב proponimus, collatis Hal., 389, v. 1 (ubi אלכרב pro אלכבר legendum putamus), et titulo 20, v. 1.

Versus 2. Mordtmann מ]ורתהו « lacunarii opus suum » supplet ; vide *Literaturblatt für orientalische Philologie*, I, p. 431 ; cf. D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 31, ex radice ורר (ورّة « fossa »). — Fortasse radix ורר etiam in sequente בור quærenda.

Versus 3. Sub חמ|ו latere חמדו « laudaverunt » suspicamur.

Versus 4. מל sub fine reliquiæ vocabuli א]מל[א in locutione בכל | אמלא.

Litteras quadrato inclusas Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 55, cum monogrammate O. M. 12 comparaverunt. Hoc quidem non falso ; erraverunt autem viri doctissimi Mordtmann et Müller, quum (*ibid.*, p. 54) hoc monogramma הדים = هُدَىٌّ explicaverunt. Nonne potius illic et hic יחמד legendum, quod illic in versibus 1, 6 et 15 legitur, hic probabiliter in perditis tituli partibus prævalentem locum tenebat?

Ergo hæc in titulo nobis lucent :

אלכר[ב | .... | ובניהו | יחמד | .....מ
ורתהו | בור.....[ו
יח | חמדו [| חיל | ומקם | .....בכל | א
מד | מל[א.....

Îlkarî[*b*....., *et ejus filii Yaḥmad*..... (*voverunt*) *lacunarii opus suum, in*..... [*et laudaverunt* [*vim et potentiam* (*Dei*)..... *ob omnia vota expleta*.....

Yaḥmad.

17

Cruttenden, 1; Halévy, 11; Glaser, 17.

(Tab. VI.)

Ed. Glaser, in sexta ad Academiam relatione inedita, hæc scripsit : « Titulus exstat in muro mosquitæ *Djâmiʿ Maʿadd* appellatæ et exiguo intervallo a *Djâmiʿ Ṭalḥa* distantis. Titulus, quum circa decem super terram pedibus muro includeretur, est inversus et talia damna subivit ut nunc perdifficiliter legeretur. » Halévy : « Quatre lignes très frustes. Pierre transposée et renversée. »

In tabula nostra sexta duas imagines damus, unam ubi versus 1, 3 et 4 a Cruttendeno transcriptos invenies, alteram ex ipso monumento solis lumine ab Eduardo Glaser factam.

Intentis oculis intuiti, hæc legimus :

𐩣𐩺 | 𐩥𐩨𐩬𐩺𐩠𐩣𐩺 | 𐩧𐩨𐩱𐩡	מי | ובניהמי | רבאל
𐩱𐩥𐩽𐩥𐩠𐩥𐩺𐩧𐩬 | 𐩥𐩠𐩦𐩤𐩧𐩬	או | והותרן | והשקרן
𐩧𐩳𐩥 | 𐩱𐩣𐩧𐩱𐩠𐩣𐩥 | 𐩨𐩬𐩺	רצו | אמראהמו | בני
𐩥𐩧𐩺𐩵𐩥 | 𐩨𐩺𐩩𐩠𐩣𐩥 | 𐩺𐩧	| ורתדו | ביתהמו | יר

Versus 1. מי finis vocabuli ואחיה]מי « et fratres eorum geminorum » sicut in Os. 11 = B. M. 9, v. 1 et 2. — ובניהמי, cf. titulum 6, v. 2. — De nomine Rabb'îl (رَبِّيل, Ῥάϐϐιλος, Ῥάϐϐηλος) disseruerunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 72; duo alia exempla reperiuntur in O. M. 4, v. 7; 20, v. 1.

Versus 2. Cruttenden hunc versum prorsus omisit. Prima littera *âlef* incerta; fortasse *yôd* legendum; tum בנ]יו vel עס]יו suspicaremur. Sed cum sermone titulorum melius congruit בר]או; cf. titulos nostros 4, 6 et 29; necnon ea quæ Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 17) ad O. M. 3, v. 1, et (*ibid.*, p. 90) ad O. M. 31, v. 4, adnotaverunt.

Versus 3. רצו | אמראהמו | בני « favor dominorum suorum, filiorum », ut in Os. 7 = B. M. 14, v. 10 et 11; 9 = B. M. 7, v. 10 et 11; 11 = B. M. 9, v. 9 et 10; 16 = B. M. 20, v. 9, etc.

Versus 4. ורתדו, vide titulos 8, v. 3; 29, v. 3. — Nomen domus a יר incipit, sicut in titulo 6, v. 3, ubi ירת « Yarût ».

Accurata consideratione ergo adducimur ut hoc modo legamus et vertamus :

..... | ו..... | ואחיה]מי | ובניהמי | רבאל [| ו.....

.....בר]או: | והותרן | והשקרן[| .....

.....ול | סעדהמו |] רצו | אמראהמו | בני | .....

..... | ורתדו | ביתהמו | יר.....

N..... et A....., et fratres eorum] geminorum et filii eorum geminorum Rabb'îl [et
.....condi]derunt et fundaverunt et texerunt.....
.....atque ut compararent sibi] favorem dominorum suorum, nepotum.....
.....et voverunt domum suam Yar.....

18

Glaser, 18.

De hoc titulo sequentia narravit Ed. Glaser in sexta ad Academiam relatione inedita : « Titulus est in eodem vico quo titulus 10 (titulus noster 9), muro domus et ipse inclusus, circiter viginti quinque pedes a solo alte distans, inversus quoque et gravia detrimenta expertus. »

In Glaseri apographo scriptum est :



[illegible]

[illegible]

והוֹתֹרן ׀ וישקוח ׀ מ.רמ....

למקה ׀ ובדֹת ׀ חמים ׀ ומדֹתבעד

Versus 1. Corrigendum esse vocabulum secundum in והשקרן manifestum; cf. titulum 17, v. 2. — Lege deinde מחרמ]ן et confer Fresnel, 53, v. 2; Hal., 152, v. 8, 10, 11 et 12; 371, v. 8, et præcipue 686, v. 3, de quo Prætorius in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXVI, p. 417-425; D. H. Müller, *ibid.*, XXX, p. 704.

Versus 2. Supple בא]למקה « nomine Îlmaḳḳâhi », ut in Fresnel, 9 = Hal., 50, v. 4; Fresnel, 55, v. 6; 56, v. 2, etc. De deo proprie sabæo Îlmaḳḳâho, vide quæ novissime disseruit D. H. Müller, *Die Burgen*, etc., II, p. 21-22. — Dea חמים | דת et dea בעד]נם | דת, quæ sæpius connectuntur (cf. Fresnel, 50; 55, v. 6; 56, v. 2, etc.), e locis Ḥimyarensium Ḥimyam (حميم) et Baʿdân (بعدان) in austrina peninsulæ arabicæ latius serpserunt; vide Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 100; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 59.

Lege igitur et interpretare, si velis :

.....בראו |]והותֹרן | והשקרן | מחרמ]ן | .....

.....בא]למקה | ובדֹת | חמים | ובדֹת ׀ בעד]נם | .....

.....*condiderunt*] *et fundaverunt et texerunt sacrarium*.....

.....*nomine Î*]*lmaḳḳâhi, et nomine Dhât-Ḥimyami et nomine Dhât-Baʿdâ*[*ni*.....

19

Glaser, 19.

(Tab. VII.)

His verbis Ed. Glaser, in sexta ad Academiam relatione inedita, de loco ubi Ṣanʿâi hunc titulum invenit locutus est : « In arcis Gumdâni vicinia exstabat fons antiquus, nunc dirutus, quem Arabes *Biʾr Sâm ibn Nûḥ* « puteum Sâmi filii Noachi » nuncupabant. Titulum arabicum, hic inscriptum, historiam fontis vel vici narrare ferunt. Ibi institutus est ludus discendi aut tale aliquid, ita ut in hanc domum non adhuc penetraverim. Extrinsecus autem, primam occidentalem portam mosquitæ maximæ spectat titulus ḥimyariticus, circa decem pedibus supra solum erectus, incisus in lapide nigro incluso inter alios lapides. Hic titulus duodecim versibus constat quorum unaquæque littera ad divinationem provocat. »

Eduardus Glaser, quum in urbem Ṣan'â anno 1885 sumptu suo reversus est, ectypum chartaceum tituli, quod nobis antea exscripserat, confecit, et summa benignitate nobiscum communicavit ut luce solis exprimeretur. In tabula nostra septima imaginem non imminutam ectypi chartacei solis lumine effictam invenies.

Titulum sine translatione et sine commentario edidit Ed. Glaser in suis *Mittheilungen über einige aus meiner Sammlung stammende sabäische Inschriften* (Prag, 1886), p. 68.

Hæc leguntur :

1 ···𐩹𐩵𐩹𐩺 | 𐩸𐩷 | /𐩵𐩹𐩼 | ·····

2 𐩹𐩹𐩵𐩹𐩾 | 𐩷𐩺𐩹𐩽 | 𐩵𐩹𐩼𐩹𐩿 | 𐩵𐩹

3 ·𐩹 | 𐩸𐩼𐩹𐩺 | 𐩸𐩾𐩼𐩹 | 𐩸𐩹𐩺𐩵 | 𐩺𐩵𐩷

4 ··𐩷𐩹𐩷 | 𐩵𐩼𐩼𐩵𐩵 | 𐩸𐩼𐩽 | 𐩸𐩹𐩺𐩶

5 𐩸𐩾𐩼𐩼𐩷 | 𐩵𐩾𐩵𐩹 | 𐩵𐩼𐩵𐩵𐩵𐩷 | 𐩵𐩼

6 𐩵𐩼𐩹𐩵𐩷 | 𐩶𐩺𐩹𐩸𐩵 | 𐩸𐩵𐩷 | 𐩷𐩵𐩾𐩹

7 𐩸𐩺𐩺𐩵 | 𐩹𐩺𐩷 | 𐩵𐩵𐩵𐩺 | 𐩹𐩸𐩾𐩿𐩵𐩹𐩷

8 ··𐩸𐩵 | 𐩹𐩵𐩹𐩼 | 𐩸𐩹 | 𐩸𐩺𐩸𐩼𐩹 | 𐩵𐩼

9 ·𐩼𐩺𐩷𐩵 | 𐩸𐩸𐩵𐩵𐩼𐩵 | 𐩸𐩵𐩾𐩵 | 𐩷

10 𐩵 | 𐩸𐩹𐩺𐩷 | 𐩸𐩵𐩼 | 𐩵𐩵𐩵𐩼 | 𐩹𐩼𐩷·

11 𐩹𐩵𐩵𐩵 | 𐩹𐩸𐩹𐩵𐩸 | 𐩵𐩹𐩼𐩺···

12 ·····𐩶 | 𐩵𐩹𐩼𐩺𐩵 | 𐩶····

Quod hebraicis litteris sic transcribimus :

1 ·····ו·מע··ו בן|סמיעם···

2 ·י | שימהמו | תאלב | רימם

3 בעל | קדמן | דהגרן | דמהן | ד·

4 צלמן | חגן | וקההו | במ···

5 הו | בקיפהו | ד·קרו | בהגרן

6 מריב | בכן | סתמלא | בעמהו

7 במעשרתם | לופי | עלם | ולדת

8 הו | מגדלת | דת | סמיעם | ות··

9 ב | פשפת | והוכנן | עבדה·

10 ·בחם | בופי | הות | עלמן | ו

11 ···עדהמו | נעמתם | ווופים

12 ····א | סעדהמו | א·····

Versus 1. Quum in superiore tituli parte lapis intactus manserit et de dicata statua agatur, certe in principio voti auctor nominandus erat. Ex versu decimo דבחם «Dhû-Baiḥ», voventis nomen, sumimus stirpemque sic restituimus : סמיעם | בן | חמעתת | בן | דבחם. Quoad דבחם, hoc nomen in Hal., 342, v. 1, jam occurrit et a Davide Henrico Müller, *Südarabische Studien*, p. 52, cum ذو بَيْح, rege Homeritarum in Naswâni poematis ḥimyaritici versu 104°, collatum est. Nomen proprium בנביח apud Hal., 48, v. 9, cum scriptione plena et inserto *yôd*, hanc opinionem confirmare nobis videtur. Quod ad חמעתת, patris nomen, attinet, vide titulos 24, v. 2; 34, v. 1. Alterum בן ad stirpem, non ad patrem, nec ad avum spectat. De gente סמיע, confer quæ ad versum 8 adnotabimus.

Versus 2. Singulare הקני, quod post designationem voventis sine dubio legitur, cum suffixo plurali in שימהמו conjungitur. Hanc constructionem concedendam esse probant O. M. 12, v. 1, et titulus 10us Academiæ, v. 2 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 61). Dhû-Baiḥ tanta persona est ut ceteri negligantur. — Vocem שימהמו «patrono ipsorum» רימם | תאלב sequitur; cf. titulum 2, v. 3.

Versus 3. ד[ן in extremo versu complemus et legimus : בעל | קדמן | דהגרן | דמהן | דן. Etenim Ta'lab Riyâm cognominatur in O. M. 10, v. 5 et 6, בעל | קדמן; in O. M. 12, v. 3, et in titulo 10° Academiæ, בעל | קדמן | דדמהן. Novum hoc affert titulus noster, quod non דדמהן «damhânensis» sed דמהן | דהגרן «ex urbe Damhân» post בעל | קדמן occurrit, sicut in O. M. 5, v. 3; 6, v. 6 et 7; 7, v. 3, Ta'lab Riyâm designatur ut בעל | חצעתן | דהגרן | אכנט. Hinc apparet קדמן quasi suburbium esse vel urbem summam arce munitam in urbe Damhâno, quod ultimum confirmaret קדמן | דביתן, Hal., 412, v. 2. De urbe דמהן silent Arabum geographi; vox الدَّمَّة a Ḳâmûso شدّة حرّ الرمل «nimius calor arenarum» explanatur, ita ut oppidorum nomen biblicum חֲמוֹן «calidum, apricum» (*Jos.*, XIX, 28; I *Chr.*, VI, 61) sit assimilandum.

Versus 4. Ne cuncteris quin legas הו[סאל]מ במ «propter preces ad eum»; vide titulum 10um Academiæ, v. 4 et 5, in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 61-62, et titulum 2, v. 4 et 5.

Versus 5. Post suffixum, quo vocabulum במסאלהו terminatur, בקיפהו perspicue cernitur, scilicet «in monumento sacro ejus», hoc est dei Ta'lab; vide supra, p. 23, quæ ad titulum 11, v. 1, diximus. — Deinde דהקרע, nec tamen sine dubitatione, dispicimus. Quum autem *kâf* non planum sit, proponimus דהפרע «quod absolvit»; cf. Hal., 188, v. 2 (ubi forma secunda פרע); O. M. 31, v. 4 (ubi substantivum תפרע); D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 23, adn. 5; 78, adn. 1, ubi radix arabica فرغ comparatur. Nobis hæc significatio a radice فرع non omnino abesse etiam videtur.

Versus 6. מריב *Maryab* antiquum caput est regni Sabæorum; vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 27. — Deinde בעמהו | סתמלא | בכן «quum imploravit vota sua expleta ab eo»; vide titulum 2, v. 9 et 10; Os. 16 = B. M. 20, v. 8, etc.

Versus 7. במעשרתם «per decumas». מעשרת, plurale vocis מעשר (arabice مِعْشار, hebraice מַעֲשֵׂר), formam exhibet مَفاعلة, de quo plurali disseruit D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 103-105. Pro singulari מעשר usurpari solent עשורת Hal., 249, v. 1; 571, v. 1, et præcipue עשר (عُشْر) in Hal., 187, v. 3; 224, v. 2; in titulo Academiæ 5°, v. 3 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 46-49); de quo vide etiam Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 46. — Post לופי «ut protegeret», עלם clare apparet; cf. v. 10 עלמן. Hoc vocabulum, idem ac arabicum غلام «juvenis», ex Os. 18 = B. M. 19, v. 6, et titulo 11° Academiæ (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 65) jam cognitum erat. In exemplo nostro, sicut in titulo musei Britannici, עלם conjungitur in statu constructo cum verbo sequente, illic cum ילדן imperfecto, hic cum ולדת, tertia persona feminini perfecti verbi ולד «parere, gignere»; habes eamdem constructionem in titulis 2, v. 6; 30, v. 4.

Versus 8. Nomen מגדלת, cujus gratia verbum ולדתהו, cum suffixo ad עלם relato, in feminini notam desinit, nihil est nisi nomen proprium mulieris quæ habetur pro matre gentis Simya' (סמיעם | דת), דת hic, sicut in Os. 22 = B. M. 24, v. 1, adhibito; de hoc designandi modo, cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 66. Vide nomen viri non absimile מנדעל in titulo 11° Academiæ apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 65. De gente סמיעם, vide O. M. 12, v. 1 et 2, ubi eam «vassalam Bata'ensium» (אדם | כן | בתע) fuisse traditur. — Finem versus ת[אל et principium versus noni ב[| expleas.

Versus 9. Perge : פשפת, sicut פשפת | ואלמקה «et quod attinet ad Ilmaḳḳâhum, muneribus ornavit», Os. 13 = B. M. 12, v. 6 et 7. Item hic פשפת | ותאלב «Et quod attinet ad Ta'labum, muneribus ornavit». שפת cum altero verbo conjungitur, cui nûnatio addita, veluti in O. M. 8, v. 15; ideo legimus ו[עבדה | והוכנן «et firmavit servum suum». Radix וכן = وَكَنَ alteram radicis כון «stare, esse», in titulis ḥimyariticis usitatæ speciem præbet.

Secundam formam sensu activo suspicamur, quam ad exemplum hebraici כּוֹנֵן «statuit, stabilivit», vertimus. Ceterum in Fîrûzâbâdhîi *Ḳâmûso* legitur وتوكّن تمكّن «Et *tawakkana* stabilitus est significat». Quum talia de quinta forma dicantur, inde fit secundam non temere a nobis sic explanatam esse. Animadverte etiam ipsum مكن, quo وكن in *Ḳâmûso* enucleatur, ex eodem fonte initio fluere.

Versus 10. Nomen voventis ד]בחם in principio agnoscere nobis videmur; cf. quæ ad versum primum adnotavimus. — בופי | הות | עלמן «protegendo hunc juvenem». De הות, pronomine demonstrativo masculino singulari (cf. æthiopice ውእቱ *we'etû* pro articulo definito sæpius adhibitum), vide Os. 18 = B. M. 19, v. 7; Hal., 48, v. 5; 49, v. 11; 62, v. 9; O. M. 13, v. 5. In omnibus exemplis subjicitur nomen singulare cum *nûn* determinativo; sic etiam in nostro loco עלמן, dum עלם in versu septimo occurrit.

Versus 11. Lege : ול | ס]עדהמו | נעמתם | וופי]ם «et ad parandas iis felicitatem et tutelam» cum Os. 16 = B. M. 20, v. 9; Prid., 4, v. 4 et 5, et cum titulo 1° Academiæ, v. 4, ubi Mordtmann (*Literaturblatt für orientalische Philologie*, I, p. 432) recte לסעדהו | ופים | ונעמתם legendum esse intellexit.

Versus 12. Restituimus ול | וז]א | סעדהמו «Et pergat concedere ipsis». — א fortasse prima littera est vocabuli אולדם, sicut in Os. 36 = B. M. 37, v. 6; O. M. 6, v. 9, cui adhærescit adjectivum הנאם, id est «liberos perfectos».

Titulus, sive in versu 13°, sive in alio versu posteriore, in vocabula בתאלב | רימם «Nomine Ta'labi Riyâmi» (cf. titulum 2, v. 19; O. M. 5, v. 10; 7, v. 9; 12, v. 17), vel pluribus verbis in vocabula בתאלב | רימם | בעל | קדמן «Nomine Ta'labi Riyâmi domini Ḳadumâni» (cf. O. M. 8, v. 23; 9, v. 19 et 20; titulum 14um Academiæ, v. 19, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., I, p. 76-77) desinebat.

Itaque, his præmissis, titulum sic cohærere opinamur :

1 דׄבחם | בן] | חמעתׄת | בן | סמיעם [| הק
2 ני | שׄימהמו | תאלב | רימם
3 בעל | קדמן | דׄהגרן | דמהן | דׄ]ן
4 צלמן | חגן | וקהחו | במס]אל
5 הו | בקיפהו | דׄהפרע | בהגרן
6 מריב | בכן | סתמלא | בעמחו
7 במעשׄרתם | לופי | עׄלם | ולדת
8 הו | מגדלת | דׄת | סמיעם | ות]אל
9 ב | פשׄפת | והוכנן | עבדה]ו
10 דׄ]בחם | בופי | הות | עׄלמן | ו
11 ל | ס]עדהמו | נעמתם | וופים
12 ול | וז]א | סעדהמו | א]ולדם | ה
13]נאם | .....

[בתאלב | רימם]

1 *Dhû-Baiḥ, filius] Ḥamʿathati, Simyaʿensis, [vo-*
2 *vit patrono suo Ta'labo Riyâmo,*
3 *domino Ḳadumâni in urbe Damhâno, ha[nc*
4 *statuam, quia tuitus est ipsum propter preces*
5 *ad eum in monumento ejus sacro, quod absolvit in urbe*

6 *Maryabo, quum vota sua ut explerentur petivit ab eo*
7 *per decumas, ut protegeret juvenem, quem peperit*
8 *Magdlât Simyaʿensis. Et quod attinet ad Ta[ʾla-]*
9 *bum, muneribus ornavit et stabilivit servum su[um*
10 *Dhû-Baiḥ protegendo hunc juvenem. Et*
11 *concedat ipsis prosperitatem et tutelam.*
12 *Et per]gat concedere ipsis li[beros per-*
13 *[fectos . . . . . .]*
Nomine Taʾlabi Riyâmi.

Non Ṣanʿâi, quo migravit, titulum scriptum esse, sed a regione Arḥabo Baṭaʿensium originem duxisse probant quæ ante interpretationem tituli 2 præmonuimus. Quin etiam docemur titulum, de quo agimus, ex gente Simyaʿ, «Bataʿensium vassala», ut titulum O. M. 12, oriundum esse.

20

Langer, 10; Glaser, 21.

(Tab. VI.)

Hunc titulum cum titulo 21, dum ambo servabantur apud præpositum epistolis mittendis Ṣanʿâi, Langer madefactæ chartæ mandavit, utrumque Glaser postea apud mercatorem ejusdem urbis vidit et ab eo impetravit ut sibi liceret exscribere. D. H. Müller titulum edidit cum commentario et versione germanica in *S. Langer's Reiseberichte*, p. 56-59. Tabula nostra sexta ectypum chartaceum, quod D. H. Müller a Langero missum acceperat, seriusque nostra causa libenter et humane Parisios misit, ad tertiam exemplaris partem imminutum, luce solis expressum, oculis subjicit.

Lapis, quantum D. H. Müller ex chartacea imitatione judicare potuit, $0^{m},27$ altus, $0^{m},56$ latus. Litteræ, $0^{m},055$ altæ, sunt tenuissimæ.

Ectypo confisi, sic legimus :

| 𐩱𐩹𐩵𐩺𐩲 | 𐩨𐩱𐩹𐩨𐩺 | 𐩲𐩵𐩰𐩴𐩵𐩲 | 𐩨𐩱𐩹𐩵
𐩵𐩲𐩵𐩨 | 𐩵𐩴𐩨𐩱 | 𐩵𐩰𐩱𐩨𐩲𐩵 | 𐩵𐩲𐩴𐩲 | 𐩲𐩺𐩺𐩲 |
[𐩱𐩲𐩻 | 𐩵𐩱𐩶𐩺 | 𐩲𐩵𐩰𐩺𐩱𐩵 | 𐩵𐩲𐩵𐩨𐩲 | 𐩵𐩴𐩨𐩹
𐩵𐩺𐩨𐩰𐩵 | 𐩴𐩨 | 𐩴𐩲𐩲 | 𐩱𐩲𐩲𐩲 | 𐩲𐩵𐩰𐩨𐩲𐩵 | 𐩲𐩴𐩱𐩲 | 𐩵

Hebraicis litteris ita scribendum :

מכרב ו ובניהמו ו אבכרב ו ואלכרבֿ
ו עסאו ו ונקז ו מקברהם ו רבחֹם ו במקם
כבדם ו ובמקם ו מראהמו ו אגרם ו ·· ער
ם ו ורתֹדו ומקברהמו ו עתֹתר ו שרקן ו בן ו מהבאסֹם

Versus 1. Aliqua initio desunt, ut suffixum plurale vocabuli ובניהמו testatur. In versu primo, qui desideratur, duo, si non plura, nomina voventium enumerabantur, quorum ope sepulcrum ædificandum ad finem venerat. Deinde ע[מכרב suppleas oportet, quod in ectypo chartaceo dispicere nobis videmur. De hoc nomine, cf. tituli 8 versum 1. — אבכרב = ابوكرب الحميرىّ; vide quæ protulit D. H. Müller in *Langer's Reiseberichte*, p. 35, et adde Edrisi, *Description de l'Espagne* (ed. Dozy et de Gœje), p. 28. — De nomine proprio אלכרב, respice ad tituli 16 v. 1.

Versus 2. עסאו, sicut in titulo Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, de quo Mordtmann in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 294, egit, est tertia persona pluralis perfecti עסי «confecit, fabricatus est», cujus exempla creberrima D. H. Müller per occasionem tituli nostri collegit. Halévy, *Études sabéennes*, p. 209, et D. H. Müller, *loc. cit.*, plurale עסיו in Fresnel, 11, v. 2, temere finxerunt, ubi וקניו manifestum. Inde patet עסאו, cum hiatu inter duas vocales pro graviore *yôd*, in usu fuisse; cf. hebraicum עָשׂוּ, sine ullo nativi *yôd* vestigio. — Lapicidam ונקז pro ונקבן «et foderunt» exaravisse suspicamur, collatis ונקבה, Hal., 369, v. 2; nomine hominis נקב, Hal., 134; nomine palmeti נקבן in titulo ex Rehatsek, 1, 4, 5, composito (*Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 681-685); المنقب, vico haud procul a Ṣanʿâo in regione Hamdâni apud Rutgers, *Historia Jemanæ*, p. 214; hebraico נָקַב; titulo fontis Siloë, v. 1 et 4; arabico نَقَبَ; syriaco ܢܩܰܒ. Ottavi proponit ונקשן «et insculpserunt», similitudine litterarum 𐩩 ז et 𐩦 ש ad hanc conjecturam adductus. Nos probaremus, nisi miraremur titulum sepulcri ut obsidem quietis certæ haberi. Quod epigraphiæ consuetudini repugnaret. — מקברהם decurtatum ex מקברהמו, v. 4, quod significat «ipsorum sepulturæ locum», locum ubi suum קבר obtinebant. De קבר «sepulcrum», vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études*, etc., 1, p. 2. — D. H. Müller lapicidam accusat quod רבחם pro מרבחם (cf. titulum 21, v. 3) «sedes quietis» insculpserit. Id quidem non immerito; nam notionem quietis radici ربخ inesse Arabum lexicographi senserunt; vide titulum Academiæ 11, v. 5, et quæ ex vernaculis lexicis excerpsimus in *Études*, 1, p. 67. D. H. Müller מרבחם nomen proprium sepulcreti esse contendit; nobis potius nominis appellativi speciem præbet. — Auctore D. H. Muellero, supplemus בעל | [עתתר | במקם.

Versus 3. Ubi urbs Yemenensis כבד = كَبِد sita fuerit ignoramus. Plures sic nuncupatas urbes enumerat Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 232. — Müller suadet legere יגער | אגרם; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 30 et 72. Suadenti assentimur.

Versus 4. De constructione ורתדו cum duobus accusativis, vide paria apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études*, 1, p. 2. — De ʿAthtaro Orientali (| עתתר שרקן), conservatore sepulcrorum, vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 100; Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études*, 1, p. 6 et 8-9. — בן = مِنْ «ab». ʿAthtar Orientalis rogatur ut «ab» omni injuria inhumatos prohibeat. — מהבאסם, participium quartæ formæ verbi באס, cum *mîm* indeterminationis. Perfectum hujus formæ הבאס dubium in O. M. 42, v. 3; in titulo autem 7° Musei Luparensis, v. 2, imperfectum יהבאסן certum invenimus; vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études*, 1, p. 6. Sensu proxima sunt arabicum أَبْأَسَ, syriacum ܐܰܒܶܐܫ et *hifʿîl* hebraicum in *Prov.*, XIII, 5, ubi רָשָׁע יַבְאִישׁ וְיַחְפִּיר a Gesenio (*Thesaurus*, etc., p. 177 *a*) vertitur : «impius male et turpiter agit.»

Sed jam ad lectionem et translationem tituli veniamus :

.....

וע]מכרב | ובניהמו | אבכרב | ואלכרב [| ו,.,.,.,.,.,.,

עסאו | ונק[בן] | מקברהם | [מ]רבחם | במקם [| עתתר | בעל]

כבדם | ובמקם | מראהמו | אגרם | יגער | .....,

ם | ורתדו | מקברהמו | עתתר | שרקן | בן | מהבאסם

et ʿA]mkarîb, et filii ipsorum Abûkarîb, et Îlkarîb, [et.....
confecerunt et foderunt (?) suæ sepulturæ locum sedem quietis beneficio [ʿAthtari, domini
Kabidi, et beneficio principis sui Agur Yagʿar.....
..; et commiserunt suæ sepulturæ locum ʿAthtaro Orientali contra unumquemque malum afferentem.

(Impressum mense novembri 1887.)

21

Langer, 11; Glaser, 20.

(Tab. VI.)

Hunc titulum cum præcedente conjunctum Langer et Glaser vicissim, ille ectypo chartaceo, hic scripto exemplari imitati sunt. D. H. Müller titulum edidit cum commentario et versione germanica in *S. Langer's Reiseberichte*, p. 59-61. Tabula nostra sexta continet imaginem ectypi chartacei, quod Langer cum D. H. Muellero communicaverat, et quod professor Vindobonensis nobiscum communicavit, ad tertiam partem imminutam, solis luce expressam.

Lapis $0^m,24$ altus, $0^m,56$ latus. Litteræ $0^m,06$ altæ, non insculptæ, sed sigillatæ.

Hæc monstrat ectypum :

נת ו עמרת ו ונעם ו ד ו
יהן ו בעל ו רהטן ו ומ
מקברהן ו מרבחם ו עתתר ו שר

Titulus de sepulcro aliquot feminarum tractat, sicut titulus 20 de sepulcro aliquot virorum, ut recte animadvertit D. H. Müller. Quod lucebit, singulis momento suo ponderatis.

Versus 1. Initio נת[ב « filia » supplendum. בנת forma plena, cujus forma decurtata בת, ut in sermonibus hebraico, chaldaico et syriaco, etiam in ḥimyaritico adhibetur; cf. titulos 6, v. 1; 22. — עמרת = عُمارة, nomen proprium hominis satis usitatum. Radicem sabæam עמר D. H. Müller asseverat non nisi urbis nomine עמרן (عِمران) cognitam fuisse. Vide tamen עמרם = عَمْرو, Hal., 92 et 96. — D. H. Müller נעם, nomen feminæ, legit, sequente *dâl*, quo ejusdem cognomen inciperet. Nobis autem נעם, nomen feminæ, displicet : apud veteres Hebræos נַעַם, nomen viri (I *Chr.*, IV, 15), sed נַעֲמָה et נָעֳמִי nomina mulierum invenimus. Lineam separationis | in *yôd* ? mutare in promptu est, atque sic ad nomen proprium נעמיד « gratia manus », hoc est manus divinæ, pervenitur. Cf. nomen feminæ retroactum ידנעם in titulo 9° Academiæ et collata cum hoc nomine in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 59-60. Glaser post *dâl* lineam separationis vidit.

Versus 2. Auctore D. H. Muellero, supplemus אל]יהן « earum diis ambobus ». De אל nomine appellativo, vide nostram commentationem ad titulum 8, v. 2. Suffixum tertiæ personæ pluralis feminini הן = هُنَّ hic et in versu tertio, adhuc rarissimum (cf. Hal., 682, v. 8, בהן = بِهِنَّ), obversatur. — רהטן | בעל Müller cognomen ʿAthtari esse judicat; non autem animadvertit hoc cognomen probabiliter in Hal., 419, v. 6, legi : דרה[טן | עתתר. Ubi situm fuerit sacrarium Rahṭân (cf. رَهْط, راهِط, رُهاط in lexicis Arabum geographicis) elicere non potuimus. Non audemus sequens dei nomen, quod a littera מ incipit, supplere. D. H. Müller proponit מתבנטין vel מתבקבט.

Versus 3. מקברהן = مقبرهُنَّ. — De מרבחם, vide adnotationem nostram ad titulum 20, v. 2. — Finis certe non discrepat a fine tituli 20, v. 4, unde | שר[קן | עתתר | מהבאסם | בן, instigante D. H. Muellero, mutuamur.

Ergo totum titulum, præcedenti simillimum, sic restituimus et vertimus :

..... | ב]נת | עמרת | ונעמיד | [ו.... | עסאו | ונקבן | מקברהן | מרבחם
במקם | אל]יהן | בעל | רהטן | ומ[..... | ובמקם | מראהן | .....
. | ורתדו |] מקברהן | ו מרבחם | עתתר | שר[קן | בן | מהבאסם

M. . . . . fi]lia ʿOumârati, et Naʿamyad, [et. . . . . confecerunt et foderunt suæ sepulturæ locum sedem quietis,

beneficio deorum] suorum amborum, Domini Rahṭâni, et M[. . . . . , et beneficio principis sui. . . . . ; et commiserunt] suæ sepulturæ locum, sedem quietis, ʿAthtaro Orien[tali contra unumquemque malum afferentem.

22

Langer, 13; Glaser, 22.

Effigies singularis hunc titulum comitatur. Femina, genibus super tapete, ni fallimur, submissis, sinistrum brachium tollit et manu aperta mulierem alteram ex transverso positam sublevat. Utraque, pileo simplici totum caput tecta (cf. tabulam III in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Nouvelles études*, etc., 1), vestem virgatam inornatam induit. Cornua et orbis super caput mulieris prioris geni-

bus nixæ fortasse adspectu sentiuntur, non autem clare dispiciuntur. Imago, quam hic intexuimus, delineationem Glaseri accuratissime exprimit.

Titulum unius versus exscribimus :

חלת | ודת | בת | סלמם

In interpretatione primi vocabuli omnino dissidemus a D. H. Muellero, qui titulum in *Langer's Reiseberichte*, p. 73, edidit et interpretatus est. Nempe חלת nomen proprium = خالة vel خِلّة esse contendit. Nos autem non solum arabicum خِلّة, nomen appellativum «capsam, thecam» significans, recordamur, sed etiam phœnicium חלת in titulo Eśmunʿazari, v. 3, 5, 7, 11 et 21; vide *Corpus inscript. Semit.*, pars prima, I, p. 16, col. 1. Cogita præsertim de בחלת ז ובקבר ז «in theca hac et in sepulcro hoc», v. 3, et concludes duo vocabula חלת et קבר fere unum sonare. Persona mortua, cujus hic thecam (חלת) habemus, muliere ea repræsentatur quæ ab altera vivente sustinetur. — Nomen proprium feminæ sepultæ ודת «amica»; cf. hebraice nomen matris Josiæ יְדִידָה, II *Reg.*, XXII, 1. D. H. Müller ודת cognomen mulieris חלת nuncupatæ esse dicit. — בת «filia», forma decurtata ut in titulo 6, v. 1, pro pleniore בנת; cf. titulum 21, v. 1. — סלמם = سالِم cum mimatione, nomen proprium apud Arabas usurpatum; cf. סלימם, Hal., 681, quod autem monti Silyâmo dicto respondere potius videtur; vide Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 30.

Si nostræ sententiæ faveas lapidem sepulcro impositum fuisse, etiam translationi nostræ favebis :

Theca Waddatæ, filiæ Sâlimi.

23

Glaser, 23.

Ed. Glaser, in octava ad Academiam relatione inedita, hæc loquitur : «Titulus descriptus est ex lapide, qui in parvo summi gubernatoris (*wâlî*) Museo nunc servatur, et quem ipse inter Ṣanʿâum et Rauḍa (روضة) invenit, quum terram foderet ut sulcum aquæ (غَيْل) in hortum suum Rauḍensem perduceret.» De situ urbis Rauḍæ, quæ ad septentrionem non longe a Ṣanʿâo distat, certior fies chorographia vicorum circa Ṣanʿâum, quam Ed. Glaser in suo libro, *Mittheilungen*, etc., inscripto, inter paginas 87 et 89, inseruit.



In tabula, quam ex delineatione Glaseri incidendam curavimus, stat persona brachiis sublatis; ad eam tendit animal, canis vel felis; subjectus est titulus :

| ኻየሐሣ | በሶኻ ו חטין ו נצב *Cippus Ḥaṭhiyyi.*

De vocabulo נצב, vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, etc., 1, p. 52, qui phœnicia נצב et מצבת comparanda putant in *Corpus inscript. Semit.*, pars prima, I, p. 64, col. 1. — חטין = الحَظِيّ «fortunatus, probatus». Nomen appellativum חטי cum ורצו sæpius conjungitur; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 34. Quod ad nomen proprium חטין = الحَظِيّ attinet, placet afferre verba Al-Hamdânii et Yâḳûti in Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 671, *s. v.* مَنْكَث : ومنكث ناحية باليمن حصن بيد عبد علىّ بن عوّاض قال ابن الحائك مَنْكَثُ الحَظِيّين وهم بقيّة الملوك من آل الصوار ولهم كرم وشرف «Et Mankath tractus est in Yemeno, arx quam possedit ʿAbd ʿAlî ibn ʿAwwâḍ. Dixit Ibn Al-Ḥâʾik (quo cognomine designatur Abû Moḥammad Al-Ḥasan Al-Hamdânî, de quo vide supra, p. 1 et 2; cf. Wüstenfeld, *Die Geschichtsschreiber der Araber*, Göttingen, 1882, p. 36) : Mankath Ḥaṭhiyyorum, et ii supersunt ex regibus familiæ Aṣ-Ṣiwâr nobilis et honoratæ.» Quæ sit regum familia Aṣ-Ṣiwâr (variæ lectiones in Yâḳût, *Muʿdjam*, V, p. 455 : الصرار et الضرار) ignoramus.

24

Glaser, 25.

Titulus a Glasero in ruinis castelli Gumdân (vide tabulam I, necnon delineationem p. 4) in-

ventus est. Litteræ tenues, ex parte deletæ. Textum emendatum sine translatione edidit Glaser in *Mittheilungen*, p. 56. Apographi Glaseriani exemplum hic habes :

1 ····ᚹᚢ | ᚦᚱᚨᚷᚺ | ᚬᚤᚹᚺᚨᚲ | ᚦᚢᚨᚹ | ᛞᚬᚨᚢᚤᚬ

2 ··· | ᛋᚬᚱᚨ | ᚢᚦᚱᚢᚨᚬ | ᛋᚨᚷᚨ | ᛝᚨᛞᚬᛋᚬ | ᛞᚦᛋ

3 ᛚᚬᚲᚺᛚᛚ | ᛞᛋᚱ | ᛋᛋᛚ | ᚲᛞᚨᚹ | ᛞᚬᚨᚢᚤ··ᚬ | ᚬᛋᚢ

4 ᚬᛞᚤᚦᚢᚬ | ᚷᚦᛋᛋ | ᚨᚦᚢᚬᚬ | ᚬᚢᛗᚤ | ᛞᚱᚨᚦ | ᛋᚢᚬᚷ

5 ᛋᛞᚦ | ᛞᚲᚲᚦᚬᚨ·····:· ᚹᚢᚦ

Quod hebraicis litteris transcribe :

1 והבאום | יסבר | ואחיהו | נשאכר | בי....

2 דרם | וחמעתת | אזאד | ואבכרב | אסעד |...

3 בנו | ו..הבאום | יאדף | בן | סחם | ללהקעל

4 שעבן | ירסם | התבו | ו׳ברא | חרת | עברהמו

5 .....אערפפם | רזה

Versus 1. והבאום; cf. versum 3 et titulos 1, v. 2; 4, v. 1. — Cognomen non יסבר, sed יעבר, ut in O. M. 12, v. 1, legendum opinamur. — Post אחיהו[ו], corrige נשאכרב; cf. titulum 5, v. 1. Sequitur *yôd*, initium cognominis brevissimi, tribus litteris constantis, ut in titulo 1, v. 6.

Versus 2. Lege רם[ואנ] et confer titulum 20, v. 3. — De אזאד, vide titulum 1, v. 1 et 2; de אבכרב, titulum 20, v. 1. — אסעד (أَسْعَدُ) hic cognomen, alias nomen in Os. 17 = B. M. 18, v. 1; 33 = B. M. 34, v. 1.

Versus 3. בנו «nepotes», sicut in titulis 1, v. 3; 2, v. 2; 4, v. 1; etc. — Nihil inter ו et ה Wahb'awwami alterius desiderari credimus, cujus cognomen יאדף inauditum ex radice inaudita. — Deinde סחם | בן, vel potius סה[ים]ם | בן «Sukhaimenses», perinde ac in titulo 8, v. 3. — Ultimum vocabulum אקול legimus, Glaserum (*Mittheilungen*, etc., p. 56) secuti, qui titulum suum 302, apud nos 37, nunc Berolini in Museis Regiis servatum, jure comparat. Ibi enim versu sexto legitur ירסם | קול «princeps Yarsumi». De vero sensu vocis קול, cujus plurale אקול, *ibid.* et in Os. 35 = B. M. 33, v. 2, necnon in Hal. 29, v. 1, certum est, disseruit Glaser, *Mittheilungen*, p. 56, et contendit principem urbis vel tribus *ḳaul* appellari. Cui opinioni assentimur. Animadverte plurale אקול, in utroque Osianderi et Halevyi exemplo, ante vocem שעבן, ut in nostro titulo, positum.

Versus 4. Tribus ירסם = يَرْسُمُ «signum imprimit» nova. Ex versu præcedente concludere licet eam in Ṣibâm Sukhaim, non procul a Ṣanʿâo, consedisse. Hæc scripta erant, quum nostram sententiam titulo Glaseri 302, de quo vide supra ad versum 3, et argumentis ab ipso (*Mittheilungen*, p. 56-57) allatis mirum in modum corroboratam sensimus. — Lege deinde ו[בר]א | התבו «texerunt et condiderunt». De hoc sensu radicis תוב, qui cum arabico ثَوْبٌ «vestis» concinit, recta congessit et exposuit D. H. Müller in *Langer's Reiseberichte*, p. 37-38. — Verbum ברא et similia, quibus conjungi solet, in nostris titulis vocabulum בית «domus» sæpe sequitur; cf. titulos 4, v. 2; 6, v. 3; Langer, 2, v. 2, et passim in epigraphia yemenensi. Ideo hujusmodi sensum in עברהמו | חרת quærimus. Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 49 (cf. *ibid.*, p. 65), docuerunt vocabulo עבר agros litorales exprimi, per quos aqua rigatur. Locutio plenior apud Halevyum, 535, v. 1, נהרן | עבר «ager litoralis torrente adspersus» reperitur. Sensum regionis ubi pastores transibant, e radice עבר «transire», proposuit Glaser, *Mittheilungen*, p. 25; quæ interpretatio minus nobis placet. Quod ad חרת pertinet, collato arabico حُرٌّ, «optimam terram» designare nobis videtur; cf. Lane, *An Arabic-english lexicon*, I, p. 538, col. 3. Alia exempla חרתן, Fresnel, 11, v. 1; Hal., 210, v. 3; חרתהו, Rehatsek, 1 (conflatum ex 1, 4, 5, in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 682), v. 4; fortasse חרת, Hal., 353, v. 3. Omittimus Os. 13 = B. M. 12, v. 8, necnon Hal., 359, v. 7,

quum in interpretandis his locis alia præoptaverimus. — In fine versus legebatur nomen proprium agri litoralis, fortasse etiam principium vocabuli alterius, antecedente conjunctione.

Versus 5. Versus initium nos latet. אערפפם obscurum. Quum de ædificatione agatur, licet recordemur Phœnicum ערפת, Arabum عُرْفَة (etiam عَرْفَة), quorum prius fortasse in titulo Bibliensi, v. 4 (*Corpus inscriptionum Semiticarum*, pars prima, I, p. 3-8), certe in titulo Maʿṣûbensi, v. 1 (cf. Clermont-Ganneau in *Revue archéologique*, 3e série, t. V, juin 1885, p. 380-381), posterius in *Corano* (XXV, 75; XXIX, 58; XXXIV, 36; XXXIX, 21) porticum tectam designat. Cur non legas in nostro titulo ו]אערפ[ה]ם «et porticus suas»? Si huic interpretationi assentiris, רזח nomen erit porticus unius, quod cetera porticuum nomina sequebantur. Cui opinioni repugnat, non autem penitus obstat, voci رزاح non urbium, nec porticuum, sed tribuum arabicarum nomen inhærere; vide Yâḳût, *Muʿdjam*, I, p. 463 et 470; Ibn Al-Athîr, *Kâmil*, II, p. 13; Wüstenfeld, *Register zu den genealogischen Tabellen der arabischen Stämme und Familien*, p. 382. Nec tamen credimus voce רזח in titulo nostro tribum indicari. Consequeretur enim אערפפם in אמראהם «domini sui» esse immutandum; nec quid e lectione Glaseri alias accurata maneret. Versum interruptum non desinere opinamur, sed alia deesse quæ ignoramus.

Sic ergo, conjecturis satis probabilibus freti, legimus :

1 והבאום | יעֹבר | ואחיהו | נשאכרב |י·· [| וא
2 גרם | וחמעתת | אזאד | ואבכרב | אסעד | [ו···
3 בנו | והבאום | יאלף | בן | סח[ים]ם | אקול
4 שעבן | ירסם | התבו | ובראן[ן] | חרת | עברהמו
5 ·····[| ו] אערפהם | רזח [| ו]·····

Quod vertimus :

1 *Wahb'awwam Yagbur, et ejus fratres Naśakarîb Ya.....* [*et A-*
2 *gur, et Ḥamʿathat Az'ad, et Abûkarîb Asʿad,* [*et.....,*
3 *nepotes Wahb'awwami Ya'dhuf, Sukhaimenses* (?), *principes*
4 *tribus Yarsum, renovaverunt et condiderunt terram optimam agri sui litoralis*
5 *.....,* [*et*] *porticus suas Razâḥ* [*et.....*

25

Halévy, 12.

Fragmentum duorum versuum Halévy in ruinis domus dirutæ ultra portam *Bâb Šuʿûb* dictam (cf. delineationes p. 3 et 5) invenit. Duplex dei Îlmaḳḳâh mentio, qui ʿAmrâni colebatur, demonstrat lapidem ʿAmrâno Ṣanʿâum allatum fuisse.

Hæc leguntur :

| 𐩣𐩱𐩵 | 𐩣𐩱𐩵𐩣𐩱𐩵𐩣 | באלמקה | בעל |
| 𐩣𐩱𐩵𐩣𐩱 | 𐩣𐩱 | ו וב | אלמקה |

Versus 1. Animadverte litteram *alif* ad sinistram vergentem. — Deus Îlmaḳḳâh jam in titulo 18, v. 2, occurrit. — Post בעל supplendum אום, ut in Os. 4 = B. M. 5, v. 4; 13 = B. M. 12, v. 3; 34 = B. M. 36, v. 5 et 6.

Verte igitur :

Nomine Ílmaḳḳâhi, domini [*Awwami*. . . . . .
et nomine Ílmaḳḳâhi . . . . . .

26

Glaser, 26.

Titulum ita læsum ut plurimas ejus litteras legere non jam valeas Glaser in domo Judæi cujusdam Ṣanʿâensis cum titulo 27 exscripsit. Uterque in fimo latebat, nec quid de antiquitate lapidum constat, quum possessor eorum titulos commenticios et æreas tabulas falsas fabricari soleat; cf. Glaser, *Mittheilungen*, etc., p. 49.

Ejusdem apographum hic interpretandum exhibemus :

. . . . | ⊙ΥΨΗΠ⊙Ψ⊙Ψ| 1
. . . . ⊼ | ⊙ΥΧ⊙Η◊ | ⊓⊙Π | ⊙ᵛ^⊼ | ⊓⊃ᵛ . . 2
. . . . . ⊼⊐⊳ΧΗΠ | ⊐⊲⊐⊼⊼⊼⊼Ψ⊙⊓⊼| . . . 3
. ⊓Ψ⊼⊼⊙ | ⊕⊠⊐ | ⊙⊕⊠⊼⊓⊼ | Η Π | ⊙⊐Η 4
. . . . ⊓⊼⊼Ψ⊼⊼⊙⊳ . ⊐ΥΧΠ | ΨΗ⊙ | ⊃⊐⊓ᵛ⊼ . 5
. . . . . ⊙⊼⊐⊙ | ⊐⊃⊙⊼⊃ΥΩ⊃⊓⊕⊠ 6
. . . . . ‖Η⊙Η⊂⊂⊼⊠⊙⊓⊙ | ΗΥΗΨ⊼⊼⊠ 7
. . . . . ⊓⊓⊓ . . . . ⊐⊓⊓ 8
. 9

Quod hebraicis litteris transcribimus :

. . . הויובניהו || . . . 1
. . . ך | ס . . ו | בעל | פנותהו | א 2
. . . | אלוהחסאמדמדם | בדתרמת 3
. . . . נמו | בן | אלצשקו vel פ | מזו | ואצחג . . . 4
. . . א . . מו | עדי | בתהמ . | ותנטכצל 5
. . . . . מקטרמהשתורם | ומסו 6
. . . מתכחנהן | ולומא . . נען | 7
. . . . . מ . . . . . מ . . . 8
. 9

Versus 1. Titulus ab hoc versu nomine proprio voventis, fortasse אבאמר (vide v. 8), incipiebat, quod sequebantur ב[נו | וכניהו | ואח]יהו; cf. Os. 9 = B. M. 7, v. 1; 16 = B. M. 20, v. 1; 18 = B. M. 19, v. 1 et 2.

Versus 2. In vocabulo quod a *sîn* incipit et in *wâw* desinit, verbum, quo votum indicatur, sensu usitati הקניו, quærimus, fortasse ו[למ]ס; cf. Hal. 188, v. 1; 201, v. 1; substantivum מסלם ap. Os. 30 = B. M. 29, v. 2; 36 = B. M. 37, v. 3; Reh. 10, v. 1 et 2; nomen proprium viri סלמם in titulo 22; arabicum سلّم «tradidit», hebraicum שִׁלֵּם. — פנותהו | בעל prima dei indicatio est, cujus gratia fit consecratio. Glaser, *Mittheilungen*, p. 49, transfert: «dominus, protector ejus honoris». Nos potius, collato titulo 1, v. 4, credimus voce פנות aream domus vel domum intelligi. Vide ביתהמו | בעל eodem sensu in titulo 5° Academiæ, v. 2, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 46-47. — In fine hujus versus et principio sequentis conjicimus א[להמו | קינן, sicut in titulo 8, v. 2.

Versus 3. Primæ litteræ, si litteram *wâw* detrahas, eædem sunt quæ in titulo 8, v. 2, scilicet: אלה | חסאם, epitheton dei Ḳainâni, quem ideo huc etiam adducimus; cf. etiam titulum 27, v. 6. — Ad litteram octavam progredimur, et legere proponimus: משׁנדן | בדת | מת[עהמו «obtulerunt hunc titulum, quia liberavit ipsos». משׁנדן, vox in titulis Musei Britannici usitatissima, titulum ḥimyariticum significat; inde مُسْنَد, quo Arabes scripturam Ḥimyaritarum designant. Duos *mîm* separatione disjunctos pro uno exemplaris Glaseriani finximus.

Versus 4. המו fortasse vestigium vocabuli המו[שׁעב ושׁ «et tribum ipsorum»; cf. titulum 27, v. 2. — בן = مِنْ post verbum מתע, sicut in Os. 7 = B. M. 14, v. 6 et 7; 10 = B. M. 13, v. 3; 13 = B. M. 12, v. 5 et 6; etc. — Deinde כל suspicamur; de sequentibus autem in incerto hæremus.

Versus 5. אהמו[שנ supplendum. — בתהמו pro ביתהמו «domus ipsorum»; cf. titulum 6, v. 3. — Deinde series rerum consecratarum enumeratur; legendum fortasse צל[מן | ותני «et duas imagines».

Versus 6. מקטרם «turibulum unum»; cf. titulum 30, v. 4 = Glaser, 324, v. 4; Rehatsek, 11, v. 6, 7, 10; Glaser, 29, v. 12; D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, II, p. 29; idem, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin* (Berlin, 1886), p. 16 et 17. — Pro littera ש dubia legimus ו; תורם «taurus unus»; cf. Os. 10 = B. M. 13, v. 3; 13 = B. M. 12, v. 9; Hal., 152, v. 11; 648, v. 2 et 3; O. M. 8, v. 13. Tauri cultum apud Arabas meridionales illustravit Ed. Glaser in *Mittheilungen*, p. 2-6; cf. in tabula nostra decima imaginem lapidis, cui titulus Glaserianus 302, apud nos 37, inscriptus est. — Quidni in fine ומסו[דנהן «et duo archetypa», sicut arabicum مسودّة? Sensus ædificii adjuncti (D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 38), vel templi (cf. titulum 41, v. 2, et Glaser, *Südarabische Streitfragen*, p. 25), loco nostro non convenit.

Versus 7. מתכחנהן etiam duale, ut מסו[דנהן (v. 6). De sensu vocabuli egerunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 41 et 49, quum in O. M. 9, v. 12, et 12, v. 3, occurrat. Contendunt eo tabulam lapideam exprimi. De etymologia tacent, quam nos quoque ignoramus. Animadverte in O. M. 12, v. 3, taurum aureum (| תורן דרהבן) et מתכחן simul deo Ta'labo offerri. — Post hæc legimus א | [עבדהו | העזן | וזא | ול «et pergat adjuvare [servum suum».

Versus 8. Ni fallimur, legendum: א[באמ[ר | בן | ע]מכר[ב, nomina propria notissima.

Omnibus perpensis, e titulo mutilo hæc quum maxime elicimus:

1 אבאמר | ואח]הו | וכניהו | ב[נו | ··

2 ···ך | ס[למ]ו | בעל | פנותהו | א[להמו | ק

3 ינן |] אלהחסאם | משׁנדן | בדת | מת[עהמו | ו

4 שׁעב]המו | בן | כל | ·····[| שׁנ

5 אהמו | עדי | בתהמו | ותני | צל[מן | ו

6 ····· | ו]מקטרם | ותורם | ומסו[דנהן

7 ו]מתכחנהן | ול | וזא | העזן | [עבדהו | א

8 באמ[ר | בן | ע]מכר[ב·····

9 ····· ·····

Verte, si nostram lectionem probas :

1 *Abû'amîr, et fratres] ipsius, et filii ipsius, ne[potes..*
2 *.....k, tra[dide]runt domino ipsius areæ, de[o suo Ḳai-*
3 *nâno,] deo Khâsi'i, hunc titulum, quia libe[ravit ipsos, et*
4 *tribum] ipsorum ab omni (vexatione) [hos-*
5 *tium ipsorum in domo ipsorum, et duas sta[tuas, et*
6 *....., et turibulum unum, et taurum unum, et archety[pa duo (?),*
7 *et] tabulas lapideas duas. Et pergat auxiliari [servo suo A-*
8 *bû'amî[r, filio ʿA]mkarî[bi.....*
9 .....

27

Glaser, 27.

Quæ supra (p. 39) de titulo præcedente diximus in hunc etiam conveniunt, nisi quod hic majora detrimenta passus est.

Apographum Glaseri sic exscribimus :

···ص1ه·ه4ا1ألأ3ن | ه3····· 1
···ه3ي4ن0ز0 | ه3ي4ألز'ة0ألهه····· 2
····ج1·ظ4ي0ه1ألظ····· 3
·····3ألا4ي | ····· 4
····ه3ي4ا0ي0 | ه3ي····· 5
·····ألي4ا1ألن | 3ألا4ز | ألز0 | 0ن··· 6

Quod hebraicis litteris sic redditur :

.....מו | במסאלהו.ולס..... 1
....דואת.שאהמו | ושעבהמו.... 2
.....תאלוחרף..... 3
.....הנאם.|..... 4
.....המו | והענהמו..... 5
...בע|וש·ו ש·נאם | באלהחס... 6

Versus 1. Multa initio desunt, tum nomina voventium, tum mentio suscepti voti, cujus origo in primo versu narratur. Restitue, si lubet : חגן | וקהה[מו | במסאלהו ולס[עדהמו [|]; cf. præcipue Os. 9 = B. M. 7, v. 4-6.

Versus 2. Suspicamur אמראהמו | ושעבהמו [|] צו[ר; cf. titulum 17, v. 3; Os. 7 = B. M. 14, v. 10; 9 = B. M. 7, v. 10; O. M. 5, v. 10; 12, v. 8, etc.

Versus 3. Certum ארצהמו | ע[די | וחרף | תא[ר | פרע, sicut in titulo 2, v. 13.

Versus 4. הנאם «excellens» adjectivum est, modo

(Impressum mense novembri 1887.

de liberis, modo, ut in hoc titulo, de fructibus adhibitum.

Versus 5. Proponimus : בן [|] המו[נ]והענ | המו[ר]ינ | ול « et utinam eos protegat et iis auxilietur ab ». Cf. חרינהמו, O. M. 8, v. 21, et 12, v. 9; הענהמו, O. M. 9, v. 18.

Versus 6. Collatis locis a Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 14, allatis, persuasum habemus legendum esse נ]צע | ושצי | שנאם. — Invocatione dei אלהחסאם, id est Ḳainâni (cf. titulos 8, v. 2; 26, v. 3), terminatur inscriptio, nec quid ultra desideratur.

Ex his quæ conjecimus, concludimus legendum :

1 חגן | וקהה]מו | במסאלהו [|] ול [|] ס[עדהמ
2 ו | ר]צו [|] אמראהמו | ושעבהמו [|] ול | ס
3 עדהמו | פרע | ד]תא | והרף | ע[די | א
4 רצהמו | ואתמרם] | הנאם.....
5 .. | ול | הרינ]המו | והענ[נ]המו [|] בן
6 נ]צע | ושצ[י] | שנאם | באלהחס[אם

Verte igitur :

1 *quia tuitus est ip]sos propter preces ad se. Et con[cedat ip-*
2 *sis fa]vorem principum ipsorum et tribus ipsorum, [et con-*
3 *cedat ipsis optima ve]ris et autumni in[tra ter-*
4 *ram ipsorum, et fructus] excellentes.....*
5 *...., et defendat] ipsos auxilieturque ipsis [a*
6 *con]tumelia et noxa hostis. Nomine dei Khâsi['i.*

Auctore Glasero in duodecima relatione ad Academiam inedita, ambo tituli 26 et 27 a regione Arḥabo Ṣanʿâum, nescit quo tempore, translati sunt. Similia, occasione titulorum 2 et 19, animadvertimus.

28

Cruttenden, 2.

(Tab. IX.)

Nullum de hujus tituli origine documentum possidemus, nisi quæ Cruttenden in *Journal of the London Royal Geogr. Society*, VIII (1838), p. 267, de loco, ubi suas quinque inscriptiones invenit, his verbis retulit : « Exstabant in parte antiquissima urbis Ṣanʿâ, circa radices tumuli *Dâr Aṭ-Ṭawâši* dicti. » Cf. delineationem p. 3. Ubi nunc monumentum lateat ignoramus.

In nostra tabula nona repræsentationem duplicem videbis solis luce expressam ex duabus lapidis marmorei imaginibus quas Cruttenden in *Proceedings of the Bombay Geogr. Society*, nov. 1838, et in *Journal of the London Royal Geogr. Society, loc. cit.*, edidit. Priorem inversam rursus ereximus.

Jos. Halévy titulum mutilum, fragmentis decem versuum constantem, enucleare tentavit; vide ipsius *Études sabéennes* (Paris, 1875), p. 200-202; F. Fresnel arabicis litteris sine commentario apographum Cruttendeni antea transcripserat in *Pièces relatives aux inscriptions himyarites* (Paris, 1845), p. 95.

Hæc leguntur :



Hebraicis litteris :

1 | סתופי | צרי | הצריי | ·

2 יב | עבדת | סתופי | מקה | ונכד

3 | ינום | עמכנתהו | דשללת

4 מי | ולותא | הושענהמו | שימ·

5 ם | בנעמתם | ויפם | ומנגת | ט· vel צ

6 רבון | אלבבהמו | ו | סעדהמ

7 דנמם | שפקם | בן | דתא | וחרף

8 עדהמו | חגרם | אתמום | שפקם |

6 נאם | בן | כל | ארבהמו | ·

10 לתהמו | ולהריה || ח·

Ut in titulo præcedente, causam voti suscepti, non jam votum ipsum habemus. Multa in initio desunt. Versus a dextera integri videntur; a sinistra septem vel octo litteris circiter manci sunt, ut occasione versus 4[i] demonstrabimus.

Versus 1. In parte fracta restitue בדת; cf. v. 2. — סתופי, decima forma verbi usitatissimi ופי, significat «adjuvari, obtinere»; cf. Os. 35 = B. M. 33, v. 4; Hal. 106, v. 2. — הצרי | צרי, secundum Halevyi, *loc. cit.*, interpretationem: «salutem quam attulit», suppresso altero *yôd* vocabuli הצריי, nisi forte additum fuerit ut *yôd* consonantem designaret, sicut in orthographia neohebraica. Formam הצרי, scilicet הפעל verbi צרי, ex titulo Halevyano 604, v. 6, jam cognoveramus. — Deinde ח nobis prima littera videtur nominis dei חגרם, cui hoc votum concipiebatur. De lapideo deo חגרם (حجر «lapis»), vide v. 8; Hal. 24; 29, v. 2; 35, v. 2; 41; Mordtmann in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXXI (1877), p. 86-87, et in *Sabäische Denkmäler*, p. 3; cf. p. 15. Sequitur בעל, ut in O. M. 2 *a*, v. 3. E nomine sacrarii

supersunt duæ ultimæ litteræ יב, a quibus incipit versus secundus. Non auderemus proponere יב[מר], quum situs hujus urbis, quæ eadem est ac Ma'rib, antiquum veteris Yemeni caput (cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 27-28), tali conjecturæ repugnet, nisi Ed. Glaser nos certiores fecisset (in *Mittheilungen*, p. 66) nomen Maryab etiam aliis Yemeni urbibus fuisse inditum.

Versus 2. Lege סתופי | ובדת «et quia obtinuit»; cf. v. 1. — מקח, collato arabico تاحة, aream mediam subdialem exprimere opinamur; cf. etiam הקוח «area instruxit» in tituli Langer 1, nostri 40, v. 2; vide infra, et D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 8 et 18-19. Animadverte cognomen dei חגרם | קחם apud Hal. 24; 29, v. 2; 41; quod autem Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 15) ter in קהמם commutare velint; nos potius קחם in O. M. 2 *a*, v. 3, etiam legimus. Utrum cognatio inter חגרם | קחם, hoc est deum Ḥagar rubrum, et nostrum מקח exsistat annon, dubitamus. — נכד in נכל corrigimus quod genus ædificationis quoddam significat, auctore D. H. Muellero, *Die Burgen*, II, p. 18 et 19, quum titulum Fresnel 54 interpretaretur. — In extremo versu שעבהו interponimus.

Versus 3. Lege דינעם et confer Fr. 40, v. 3; Os. 29 = B. M. 6, v. 7. — De vocabulo ומכנת (non ומכננת, ut Halévy, *loc. cit.*, bis impressit), cf. Hal. 485, v. 2, 3 et 4, et fortasse 465, v. 2, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 46. Sensus est «fines, territorium». — דשגלת, ut legere proponimus, nomen esset territorii = ذو سَجْلَةَ; sic سَجْلَةُ nomen putei arabici apud Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 766; Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 46.

Versus 4. Quid valeat pronomen suffixum duale מי[ה] ignoramus, quum nomen præcedens lateat. — De iis quæ sequuntur et de versu 5 egerunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 52. In universum cum viris doctissimis consentimus, discrepantes in aliquot singulis. Legimus enim : חגר | המו[שימ] | הושענהמו | ולווא «Et pergat ipsos liberare patronus [ipsorum Ḥagar». De forma verbali הושע = hebraice הושיע, cf. Miles, 6, v. 4, in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXX, p. 679 et 680; O. M. 12, v. 15, ubi הושו in הושע corrigimus, repugnantibus Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 52 et 53. Quum lectio vocum additarum nihil dubii habeat, et versus 5 a necessario *mîm* incipiat, litteras septem in fine uniuscujusque versus deesse asseverare non cunctamur.

Versus 5. Cum Halevyo legimus ם | בנעמתם | ווסים; cf. utrumque vocabulum sic conjunctum in Os. 16 = B. M. 20, v. 9; Prideaux, 4, v. 4, et inverso ordine in titulo 1° Academiæ (cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 38, cum emendatione J. H. Mordtmanni in *Literaturblatt für orientalische Philologie*, I, p. 432). — Quæ sequuntur ומנלת | צ[דקם cum Mordtmanno, qui primus in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXX, p. 329, rectam viam munivit, interpretamur : «et bonis legitimis»; cf. Prideaux, 4, v. 4; 16, v. 2. D. H. Müller, qui in *Sabäische Denkmäler*, p. 52, transfert «et salute merita», lectioni Halevyanæ, *loc. cit.*, צדקם | ומנגת assentiri videtur. In fine versus addimus : ו|.

Versus 6. Initium cum Halevyo, *loc. cit.*, et Mordtmanno ac Muellero, *Sabäische Denkmäler*, p. 14, legimus אלבבהמו | רצון = رضوان ألبابهم. — Ut monuit Halévy, cetera sic restituimus : א | ברי | סעדהמ[ו | ו[ל].

Versus 7. דנם legimus, id est finem vocis אדנם, suppresso *mîm* altero. Vertimus, cum Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 27 : «Et largiatur ipsis plenitudinem potentiæ.» — שפקם (cf. v. 8) contextu magis quam etymologia adjectivum esse «opulentus» significans suspicamur; cf. verbum השפקהו, Hal. 344, v. 20. — בן | דתא | וחרף «in vere et autumno». De anno Sabæorum sic in duo tempora diviso, cf. titulos 2, v. 13; 27, v. 3. — Supple, suadente Halevyo, sub fine : ם | ול |, etsi ad terminandum versum vix sufficiat.

Versus 8. De hoc versu et versu 9, vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 17; cf. J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXX, p. 324. — Nomen dei lapidei Ḥagar hic primum in titulo integrum occurrit. — Halévy agnoverat אתמרם legendum, sensu «fructuum», qui שפקם «opulenti» dicuntur. — Nos proponimus addendum ואולדם ante נאם[ה], sicut in titulo Academiæ 11°, v. 6; vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 65.

Versus 9. Post נאם[ה], de quo supra, legimus cum Mordtmanno et Muellero, *loc. cit.*, בן | כל | ארצהמו; et *lâm*, primam litteram versus decimi, in *mîm* mutantes, incepta persequimur, et reliqua sic conjicimus : | וכל] מתהמו[משי, quum ארצהמו et משימתהמו sæpius conjungantur; cf. Os. 9 = B. M. 7, v. 7; 11 = B. M. 9, v. 8; titulum Academiæ 14um, v. 18 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 76 et 77); nostrum titulum 2, v. 13 et 14.

Versus 10. Non credimus nos inconsulte vana nobis arrogare, quum contendimus hoc modo textum emendandum esse : ול [] חרין | ח[גרם | עבדהו «Et defendat Ḥagar servum suum»; cf. Os. 20 = B. M. 27, v. 6. — Sequebatur nomen servi, nec magis finem quam initium tituli possidemus.

His argumentis freti, legimus et vertimus :

1 בדת] | סתופי | צרי | הצרי | ח[גרם | בעל |
2 מר]יב | ובדת | סתופי | מקה | ונכל [| שעבהו
3 ד]ינעם | ומכנתהו | דשגלת [| ו····ה
4 מי | ולוזא | הושענהמו | שימ[המו | חגר
5 ם | בנעמתם | ו[ו]פים | ומגלת | צ[דקם | ו
6 רצון | אלבבהמו | ו[ל] | סעדהמ[ו | ברי | א
7 דנם | שפקם | בן | דתא | ותרף [| ול | ס
8 עדהמו | חגרם | אתמ[ר]ם | שפקם | [ואולדם
9 ה[נאם | בן | כל | ארצהמו | [וכל | משי
10 מתהמו | ול [|] חרין | ח[גרם | עבדהו
11 .....

1 *quia] obtinuit salutem quam attulit Ḥa[gar, dominus*
2 *Mar]yabi, et quia obtinuit aream subdialem, et construc[tionem tribus suæ*
3 *Dhû] Yunʿim, et territorium suum Dhû Sagla, [et.....*
4 *.....Et pergat ipsos liberare patronus [ipsorum Ḥagar*
5 *cum benignitate et [pro]tectione et bonis le[gitimis, et*
6 *gaudio cordium ipsorum; et largiatur ip[sis plenitudinem po-*
7 *tentiæ opulentæ in vere et autumno [; et lar-*
8 *giatur ipsis Ḥagar fructus opulentos [et liberos*
9 *per]fectos in omni terra ipsorum [et omnibus a-*
10 *gris ipsorum. Et servet Ḥa[gar servum suum*
11 .....

Gratiæ maximæ deo Ḥagar aguntur, quia tuitus est tribum Dhû Yunʿim et territorium Dhû Sagla. Mentione dei Ḥagar monemur titulum Gaimâno, vel a suburbio Gaimâni, Ṣanʿâum advectum esse; cf. quæ ad titulum nostrum 5, supra, p. 15, adnotavimus, atque etiam quæ attulit J. H. Mordtmann apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 3.

29

Glaser, 281.

(Tab. VIII.)

Titulum ineditum, a sinistra mutilum, a dextera integrum, Ed. Glaser in domo incolæ cujusdam Ṣanʿâensis vidit, qui ei facultatem dedit ut ectypum chartaceum e monumento ipso sibi conficeret. Redux e peregrinatione, Ed. Glaser, ut studiis nostris faveret, ad nos ectypum a se sumptum misit quod luce solis exprimeretur. Viri humanissimi propensæ voluntati debemus quod in tabula octava lapidis

imaginem invenies. Effigies dimidia parte minor est quam exemplar. Lapis $0^{m},29$ altus, $0^{m},63$ latus. A dextera late patet monogramma, quod altitudinem quinque versuum comprehendit, et ubi facile nomen proprium, a quo titulus incipit, סעדאל «Saʿd'îl» agnosces.

Hæc, auctore Glasero, leguntur :



Quæ hebraice :

1 סעדאל | בן | אלעמד | ועמדחר | ובני ?·····

2 ו | דמליחם | אמענן | הותרו | וברא | וה ·····

3 אם | וקני | אביהמו | אלעמד | ועמדח ?·····

4 תדו | בנו | דמליחם | ביתהמו | עתתר | ·····

5 באסכרם ? ? | ומהבאסם·····

Versus 1. Initium tituli possidemus. — Nomen proprium סעדאל frequens in epigraphia ḥimyaritica; cf. Hal. 43, v. 1; 187, v. 1; 192, v. 1; etc. — אלעמד unico exemplo Hal. 529, v. 1, adhuc cognoscebatur; cf. עמדן, nomen proprium supra nomisma in Museo Britannico servatum apud Jos. Halévy, *Études sabéennes*, p. 185. — עמדחר semel in Hal. 577, v. 1, occurrit. — Supplemus ובני[הו | בנ]ו «et filii [ejus, nepo]tes».

Versus 2. Non desunt apud Arabas tribus مُلَيْحٌ appellatæ; cf. Ibn Doraid, *Ištiḳâḳ*, p. 276; Wüstenfeld, *Register*, p. 295. Malumus legere Dhû Milyaḥ, secundum pronuntiationem in vocabulo حِمْيَر *Ḥimyar* vulgatam. Sic חמית *Ḥimyat* in titulo 5° Musei Luparensis enuntiavimus et omnes voces, quas Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 54, pro deminutivis habent, assimulandas putamus; vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 7. — אמענן «Minæi», scilicet oriundi ex urbe Maʿîn, plurale adjectivi relativi מענין «Minæus», Os. 27 = B. M. 16, v. 1; Hal. 536, v. 1 (ubi credimus מענין pro מענבן legendum esse). Quamquam de Minæis agatur, non magis in nostro titulo quam in Os. 27 singularia dialecti Minæorum usurpantur. Cum plurali אמענן licet comparare, in titulo Academiæ 14°, v. 5, אחמרן «Ḥimyaritæ»; *ibid.*, v. 10, 13 et 14, ארידן «Raidânitæ» (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 76 et 77), et exempla multa, quæ J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der deutsch. morg. Ges.*, XXXI, p. 70, congessit. — Finis versus variato ordine tria verba eadem comprehendit quæ in titulis nostris 17, v. 2; 18, v. 1; cf. 4, v. 2; 6, v. 3. Supple igitur וה[שקרן, et animadverte ברא sine ulla terminatione.

Versus 3. Duæ litteræ אם vocis גנ[אם, ni fallimur, supersunt, qua circuitus murorum exprimitur; de substantivo, vide Glaser, 317 = Glaser, 279, in Glaser, *Mittheilungen*, p. 15; D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 31, et J. H. Mordtmann, *ibid.*, p. 93. Animadverte etiam גנאם, nomen proprium in titulo 37, Ḥadaḳâni reperto (Glaser, 302, v. 5), nunc in Museis Regiis Berolinensibus, apud Glaser, *Mittheilungen*, p. 1 et seq., et apud D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin*, p. 12. — קני | אביהמו, cf. קניהו | וקני | אבהו «bona sua et bona patris sui» in Glaser, 302 (apud nos 37), v. 2, et commentaria, quum Glaseri, *Mittheilungen*, p. 17-18 et 23, tum D. H. Muelleri, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin*, p. 8. *Yôd* in אביהמו non credimus arabico ابيهم, genitivo singulari, respondere, sed in eo vim dualis contineri. Quum de Îlʿamado et de ʿAmdhakaro agatur, non «patres» sed «majores» vertimus. Suffixo המו filii Saʿd'îli, hoc est nepotes Îlʿamadi, et filii ʿAmdhakhari designantur.

Versus 4. Supple תדו[ור, collato titulo 17, v. 4; cf. 20, v. 4; 21, v. 3. — Ex comparatione titulorum 20, v. 4; 21, v. 3, lucet post עתתר legendum esse שרקן «Athtarò Orientali». Vestigium primæ litteræ, scilicet *šin*, etiamnunc videre nobis videmur. — Deinde ואל|, initium vocis ואלאלת, proponimus.

Versus 5. Lege, nisi meliora ex ectypo elicias : |אלת שבמם | בן | נכרם | ומהבאסם «et di]is Šibâmi contra detrimentum quodlibet et unumquemque malum afferentem». De locis Šibâmo dictis, et de titulis, ubi שבם et alia vocabula ejusdem radicis inveniuntur, vide D. H. Müller, *Die Burgen*, I, p. 19-26; cf. J. H. Mordtmann apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 6 et 8. — Non credimus radicem נכר unquam in lingua Sabæorum in bonam partem accipi, ut crediderunt Osiander (*Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XIX, p. 197) et Prætorius (*Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, p. 10); Halevyo potius assentimur, qui sensum detrimenti et truncationis agnovit; vide ejus *Rapport sur une mission*, p. 288-289. — Quod ad ומהבאסם attinet, cf. titulos nostros 20, v. 4; 21, v. 3, et D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 57.

Ne dubites igitur sic tituli rimas explere :

ם	סעדאל | בן | אלעמד | ועמדהר | ובני[המי | בנ
ב	ו | דמליחם | אמענן | הותרו | ובראו | וה[שקרן | גנ
ר	אם | וקני | אביהמו | אלעמד | ועמדה[ר | ור
א	תדו | בנו | דמליחם | ביתהמו | עתתר | [שרקן | ואל
ת	אלת | שבמם | בן | נכרם | ומהבאסם

Verte, si lubet :

1 *Saʿd'il, filius Ílʿamadi, et ʿAmdhakhar, et filii [horum duorum, nepo-*
2 *tes Dhû Milyaḥi, Minæi, fundaverunt et condiderunt et te[xerunt circuitum*
3 *murorum, et bona amborum majorum suorum Ílʿamad et ʿAmdhakha[r, et com-*
4 *miserunt nepotes Dhû Milyaḥi castellum suum ʿAthtaro [Orientali et di-*
5 *is Šibâmi contra detrimentum quodlibet et unumquemque malum afferentem.*

Hic titulus non magis quam præcedens Ṣanʿâensis videtur. Nempe a terra Minæorum usque ad Ṣanʿâum, nescimus quo fato, migravit. De ʿAthtaro Orientali, in Minæorum pantheo, ædium, titulorum et sepulcrorum custode, vide quæ disseruit D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 58-59. Oppidum Šibâm, cujus dii invocantur ut præsidium suum monumento ferant, quodnam sit, elicere non valemus. Animadvertamus etiam in titulo nostro Minæos commemorari, peculiarem autem Minæorum dialectum non adhiberi.

30

Glaser, 324.

(Tab. IX.)

Tabula ænea, $0^m,12$ alta, $0^m,162$ lata. In summo margine duo foramina tenuia supersunt, quibus eam clavis figere licet. Pars inferior desideratur. Superiorem scripturam habemus, nec quidquam in quinque versibus servatis, vel a dextera vel a sinistra, deest. Inde fit ut initium tituli integrum teneamus et servata interpretari valeamus.

Eduardus Glaser hanc tabulam Ṣanʿâi primus vidit et emptam in Europam attulit. Exstat nunc in Museis Regiis Berolinensibus, ubi apographum ex monumento ipso duximus. In tabula nostra

nona imaginem ectypi chartacei, quod professor Berolinensis A. Erman, eximius antiquitatum orientalium in Museis Regiis custos, nostra gratia e tabula sumendum benevole curavit, luce solis expressum invenies.

Quum venditori tabulæ Ed. Glaser parum confideret, eam spuriam esse suspicatus est. Quam sententiam protulit in *Mittheilungen über einige aus meiner Sammlung stammende Inschriften* (Prag, 1886), p. 75, ubi textum sine translatione exscripsit, nec tamen verborum, utpote ex titulo genuino sumptorum, auctoritatem in dubium vocavit. Possessor, Judæus quidam incola Ṣanʿâi, tabulam ab oriente (*maśriḳ*), ut semetipsum, oriundam esse contendebat; quod Glasero ambiguum videbatur. Rursus A. Erman, ingeniosus atque intelligens priscæ artis existimator, in epistola ad D. H. Muellerum missa, Glaserum redarguere et refellere sibi proposuit. Ex litteris, quas a doctissimo Erman accepit, D. H. Müller sequentia libavit et edidit in *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin, Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, XXXIX (1886), p. 853; separatim excusum, p. 15 : «Hr. Glaser zweifelte die Broncetafel in Bezug auf «ihre Echtheit an, weil ein Wort auf ihr irrig wiederholt sei. Sie ist aber aus inneren Gründen ganz «zweifellos echt. Das schöne rothe Oxyd und der steinharte Ueberzug aus Sand und Oxyd sind Dinge, «die kein Fälscher machen kann. Die besten Kenner, die wir in Echtheitsfragen von Broncen hier «haben, die Herrn Doctor Dressel, Director von Sallet und Professor Furtwängler erklären dieselbe «für zweifellos echt und auch ich habe nie an der Echtheit gezweifelt.»

De hoc titulo egit D. H. Müller in *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin; Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, XXXIX (1886), p. 853-855; separatim excusum, p. 15-17.

Hæc perspicue leguntur :



Quæ hebraicis litteris sic transcribenda :

1 עבדם | אצדק | ובניהו | בנו
2 בנו | צידם | אדם | דעימן | הקניו
3 שימהמו | ודם | שהרן | בעל | קב
4 ב | משנדן | ומקטרן | בחר | מקטר | ס
5 רק | בן | מחרמהו | בקדמי | דת | הקנ

Versus 1. Nomen proprium עבדם, cum *mîm* addititio, confer apud Os. 22 = B. M. 24, v. 1; Hal. 342, v. 1. — Cognomen אצדק «justissimus» forma est elativa usiati צדק; sic אזאר in titulo 1, v. 1 et 2; אשוע in 2, v. 1, etc. — ובניהו singulare esse, non obstante inserto *yôd*, D. H. Müller arbitratur. Locis, quos comparat, adde titulum Academiæ 8um, v. 3 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 54-55); ex iis autem tolle Os.

18 = B. M. 19, v. 1, ubi non dubitamus quin vocabulo בניהו vis pluralis insit. Quam hic etiam agnoscere nobis videmur, sicut ex translatione nostra patebit.

Versus 2. בנו bis repetitum D. H. Müller vertit : «Banîw, nepotes». Quod nobis minime placet. Namque, si voventes duo solummodo, pater et filius, essent, nec בנו (v. 2), quod semper de numerosa gentis prole adhibetur, nec שימהמו (v. 3), cum suffixo non dualis, sed pluralis, in titulo occurrerent. Nos potius in ejusdem vocabuli repetitione scalptoris peccatum, quod *dittographiam* vocant, reprehendendum censemus. — De regione Hamdânensi Ṣayad edocemur per Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 82, v. 8, 9 et 22; 106, v. 18; 111, v. 26. — דעימן, nomen tribus, in urbe Gaimâno degentis, de qua vide Hal. 35, v. 1; 36, v. 1; O. M. 2 *c*, v. 1; 3, v. 1; D. H. Müller, *Die Burgen*, I, p. 33-35; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 17 et 18.

Versus 3. Deus ודם | שהרן, *Wadd Šahîr*, id est «Wadd illustris» (D. H. Müller in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXXII, p. 546), titulo Barâḳiši Halevyano 504, v. 2, jam innotuerat. — Nomen sacrarii קבב inauditum; Glaser קבץ, ubi notissimum ʿAthtari templum erat, legit. Nos provocamus ad servandam lectionem קבב, qualem ipsi e titulo exscripsimus, collato nomine loci القباب, *Al-Ḳibâb*, in Nadjdo Arabiæ, apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 25. In titulo Glaseri 290, nunc in Museo Britannico, v. 4, nomen viri קבבן nuncupati reperitur; vide Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions : The Glaser Collection*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 176-177.

Versus 4. מקטרן «turibulum»; vide quæ ad titulum 26, v. 6, adnotavimus. — Quid valeat vox בחר, David Henricus Müller optime vidit. Æthiopice ብሔር *beḥêr* «spatium, regionem» significat; inde nomen dei supremi እግዚአብሔር, *egzî'abeḥêr* «dominus universi». Ḥimyariticum בחר hic, sicut arabicum مَكَانَ, statum constructum accusativi offerret, et latinæ præpositioni «loco» apte responderet. — מקטר statu constructo cum verbo סרק jungitur, qua structura sensus pronominis relativi inter utrumque interpositi exprimitur; cf. titulos 2, v. 6; 19, v. 7; etc.

Versus 5. סרק = سُرِقَ passivum est, quod vertimus : «raptus est»; cf. quæ recte Jos. Halévy, *Études sabéennes*, p. 196-198, de titulo nimirum spurio attulit. — בקדמי (itidem Hal. 147, v. 8, et Glaser 285, v. 2, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions* in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 174) terminatione pluralis solummodo a בקדם differt, quam præpositionem in Reh. 10, v. 1; Hal. 600, v. 10; 601, v. 3, notavimus; cf. æthiopice በቅድመ, *baḳedma*, et ante pronomina suffixa በቅድሜ, *baḳedmê*, apud Dillmann, *Lexicon linguæ æthiopicæ* (Lipsiæ, 1865), col. 462, et Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften, drittes Heft* (Halle, 1874), p. 24. — Cum D. H. Muellero supplemus הקניתן, sed יתן initio versus sexti stetisse putamus. — Quæ sequebantur desperamus.

Hæc igitur tituli translatio :

1 *ʿAbd Aṣdaḳ (justissimus) et filii sui,*
2 *Ṣayadenses, vassali Dhû Gaimâni, voverunt*
3 *patrono suo Wadd Šahîr, domino Ḳibâ-*
4 *bi, hunc titulum et hoc turibulum, loco turibuli, quod rap-*
5 *tum est ex sacrario ipsius ante hanc consecra-*
6 *tionem . . . . . .*

Origo Hamdânensis tituli e mentione «Ṣayadensium, vassalorum Dhû Gaimâni», clare apparet. Novi tituli, si invenientur, plura de deo «Wadd Šahîr, domino Ḳibâbi», fortasse nos docebunt. Lapidem æneum in migrationibus fractum esse non miramur, et eorum quæ supersunt antiquitati ingenue confidimus.

(Impressum mense decembri 1887.)

31

Glaser, 293.

(Tab. IX.)

Lapis undique mutilus, $0^{m},29$ altus, $0^{m},28$ latus, ab Eduardo Glaser in urbe Ṣanʿâ repertus est, quum anno 1885 Yemenum iterum percurreret. Exstat nunc in Museo Britannico, cujus administrator, vir scientiæ quam palæographiam dicunt peritissimus, Eduardus A. Bond, necnon inclitus antiquitatum orientalium custos, Lepage Renouf, ectypum chartaceum nostra gratia sumendum curaverunt, quod solis luce expressum in tabula nostra nona invenies.

Titulum cum transcriptione hebraica, sed sine ulla translatione nec ullo commentario, edidit Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions : The Glaser Collection*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I (september 1887), p. 180.

Hæc leguntur :

1 [illegible] |
2 [illegible]
3 [illegible] | [illegible]
4 [illegible] | [illegible]
5 [illegible] | [illegible]

Quæ hebraicis litteris :

1 ו צלמן
2 תנבאה..
3 ופי ובנהמ
4 רבשמסם ו
5 ל ו ופיהמו

Versus 1. Quamquam aliquot vestigia litterarum versus præcedentis in lapide supersunt, ex iis nihil elicere valemus. — Ante צלמן supple רן, antecedentibus nomine dei, cui votum suscipitur, et הקני «vovit», vel alio verbo idem significante.

Versus 2. תנבאה; cf. Fresnel, 35, v. 5; Os. 14 = B. M. 15, v. 3. Legimus ו]תנבאה | ח]נן «quia ab eo concessa obtinuit».

Versus 4. Nomen proprium רבשמסם titulis O. M. 2 *a*, v. 8 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 14), et Langer, 14, v. 5 (D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 74) jam innotuerat; cf. etiam רבאל in titulo 17, v. 1, et in exemplis supra, p. 27, allatis; nec non רבנסרם apud Hal. 639, v. 1, quum deus ḥimyariticus Nasr non solum in *Corano* (LXXI, 23), sed etiam in titulis commemoretur; vide Ed. Meyer, *Ueber einige semitische Götter*, in *Zeitschrift der d. morg. Gesellschaft*, XXXI (1877), p. 741, et titulum 9um Academiæ, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 59-60. Fortasse tamen legendum רבשמסם[ע, quod «occasum solis» (غرب الشمس) significat, sicut in titulo Langeri 1°, apud nos 40, v. 1; cf. D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 8 et 9.

Versus 5. ופיהמו | ו]ל «atque ad salutem ipsorum», quum linea separationis conjunctionem *wâw* copulativam deesse doceamus.

Sic vertimus, omissis omittendis :

[*N*. . . . . .]
[. . . . . *vovit deo suo* . . . . . .]
1 . . . . . [*hanc*] *statuam*
2 . . . . . , *quia ab eo concessa obtinuit*
3 . . . . . [*et*] *salutem nepotum suorum*
4 . . . . . [*et*] *Rabšams, et* . . . . . .
5 . . . . . [*atque*] *ad salutem ipsorum* . . . . . .

32

Glaser, 49.

Lapis quadratus marmoreus, circa $0^m,36$ altus, $0^m,17$ latus, in urbe Ṣanʿâ penes Ṣadîḳ-bey, anno 1883, servabatur, ubi eum Ed. Glaser vidit et titulum duobus versibus constantem exscripsit. De lapide ipso Glaser nobiscum communicavit eum in latere anteriore politum esse, in posteriore rudem mansisse.

Supra titulum duo circuli apparent, quorum uterque punctum in medio habet, et qui, ut occasione tituli Glaser 304, apud nos 38, professor Berolinensis Erman suspicatus est, oculos, in Ægyptiorum titulis persæpe impressos, barbare imitari videntur; cf. Erman, apud D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin*, in *Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, p. 856; separatim excusum, p. 18. Inde concludimus lapidi certe sepulcrali nomen insculptum non aliud esse quam nomen defuncti.

Hæc in apographo Glaseri inveniuntur :

⊙ ⊙

Quæ hebraice :

שׁהרם ו ד

אכבד

Latine :

Šahîr Akbâdensis.

Cum nomine proprio hominis שׁהרם confer דשׁהרם, Miles 1, v. 1, in *Zeitschr. der d. morg. Gesellsch.*, XXX, p. 680, et cognomen שׁהרן dei ודם in titulo 30, v. 3. — Mirare in scriptura vocabuli אכבד litteram *alif* a sinistra ad dexteram declinare. Akbâd appellatio est montis non multum a Mekka meridiem versus distantis, in vicinis urbis Aṭ-Ṭâʾif, de quo vide Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 72, *s. v.* أَذْرُعُ; Yâḳût, *Muʿdjam*, I, p. 342. Fortasse *Akbâd* alter, mons aut urbs aut tribus, hic refertur. De quo nihil affirmare, nihil negare audemus.

33

Glaser, 84.

Titulus, uno vocabulo comprehensus, in septentrionali parte muri urbis Ṣanʿâ inversus inclusus est, quo undique stativum præsidium, a Turcis اوردو *urdû*, id est castra, nominatum, cingitur. Litteræ, circiter $0^m,12$ altæ, lapidi albo singulari arte insculptæ sunt. Glaser existimat lapidem olim portæ propinquæ, *Bâb al-Yemen* dictæ (cf. delineationes p. 3 et 5), particulam fuisse.

Nomen proprium hominis ודאב ⊕ᛗᛗᛗ *Wadd'ab*, linearum quadrato circumdatum, perspicue legimus; de quo nomine cf. Hal. 584-588; 591; 686, l. 6; *Transactions of the Society of biblical Archæology*, V, p. 418. Sic, apud Hebræos, regis Davidis nepos simul ac dux regii exercitus יוֹאָב *Yôʾâb* nuncupatur.

34

Glaser, 85.

Fragmentum, $0^{m},12$ altum, $0^{m},05$ latum, anno 1883, penes Ṣâkir-pâschâh erat, ubi ab Eduardo Glaser exscriptum est.

Hæc legit :



Quæ hebraicis litteris :



Sensum veri similem ex his quinque litteris elicere nobis non contigit. Textus fortasse in חפ[נם | צרק «Ḥofn justus» est emendandus. De rege Maʿîni Ḥofn justo, cf. Hal. 178; 374, v. 1 = 401, v. 1; 574, v. 2; D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 65.

ARTICULUS II.

BAIT BAUS.

35

Glaser, 28.

Pagus *Bait Baus* dictus non procul ab urbe Ṣanʿâ distat, si ad meridiem tendis; vide Yâḳût, *Muʿdjam*, I, p. 758 et 776, necnon chorographias editas ab Eduardo Glaser in *Petermann's Geographische Mittheilungen*, 1886, tabula I, atque in suis *Mittheilungen*, inter paginas 87 et 89.

Nihil de hoc titulo trunco nobis compertum, nisi eum in porta saxis incisa etiamnunc ex parte adspici. A dextera altera scopulorum labantium congeries.

Hæc, auctore Glasero, leguntur :



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11

Versus 1. Quamquam, post *wâw* pro *ʿain* simillimo scriptum, *ṣâd* (𐩪), non *thâ* (𐩫) in apographo Glaseri legitur, nomen proprium חמעתת (cf. titulos 19, v. 1; 24, v. 2) in principio suspicamur, quod sequeretur ובניהו|נב «et ejus filii Nab...», fortasse Nabaṭkarîb (נבטכרב); cf. Hal. 169, v. 1; 202, v. 2; 630, v. 1.

Versus 2. Non dubitamus sic legere : וח[פ]ן|ובניהמו «et Ḥofn et filii ipsorum». De nomine חפן, *mîmatione* usitata carente, cf. Hal. 178; 450, v. 3; de nomine חפנם, cum *mîmatione*, vide quæ ad titulum 34 adnotavimus. — Sub fine צנ initium verbi צנ[עו «muniverunt» esse conjicimus; de quo supra, p. 2, disseruimus, quum de cognato urbis Ṣanʿâ nomine ageremus.

Versus 3. Legendum proponimus : וה[עדבו|בוהבהמו|וק[ניהמו «et reparaverunt dono suo et bonis suis». De significatione et usu verbi עדב, cf. imprimis Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 90. בוהבהמו = بَوْهَبِهِم; cf. מוהבת = مواهب «dona» infra, p. 55-60, in titulo 37, v. 6 et 7. Quoad קני, vide titulos 19, v. 3; 37, v. 2; necnon Os. 10 = B. M. 13, v. 8.

Versus 4. Vocabulum מחרמהמו «sacrarium suum» subodoramur, collato Hal. 63, v. 6, ubi sub במח|רהמו idem במחרמהמו latet. Deinde ab ה nomen sacrarii incipiebat.

Versus 5. Quidni בעת[תר|ובדת[|חמים «ope ʿAthtari et Dhât Ḥimyami»? De hac dea, vide quæ supra, p. 28, ad titulum 18, v. 2, adnotavimus.

Versus 8. אמראהמ[ו «principum suorum» in hoc tituli loco nobis placeret; cf. titulum 2, v. 16.

Versus 10. מתבתן «gratiæ testimonium»; vide D. H. Müller in *Zeitschr. der d. morg. Gesells.*, XXXII, p. 546.

Versus 11. Pro דמכרב, lege דמ[ר]כרב, *Dhamarkarîb*, nomen proprium hominis; cf. Hal. 324; 410, v. 1.

Omnibus bene perpensis, quinque primos versus hebraicis litteris transcribere et latine vertere sic tentamus :

1 חמ[עתת | ובניהו | נב[טכרב | ו.....

2 .. | ו[ח[פ]ן | ובניהמו | צנ[עו | ו.....| וה

3 עדבו | בוהבהמו | וק[ניהמו | .....

4 .....מחרמהמ[ו] | ה.....

5 .בעת[תר | ובדת [| חמים | .....

1 *Ḥam]ʿathat, et ejus filii Naba[ṭkarîb et.....*
2 *.....et Ḥofn, et ipsorum filii muni[verunt et....., et re-*
3 *paraverunt donis suis et bo[nis suis.....*
4 *.....sacrarium suum H.....*
5 *.ope ʿAth]tari et Dhât Ḥimyami.....*

In reliquis non sententiarum ordinem, sed aliquot vocabula passim agnovimus, nempe v. 8 : אמראהמ[ו [| חטי | סעדהמו | ול], [*et concedat ipsis favorem*] *principum suo[rum;* v. 10 : מתבתן, *gratiæ testimonium;* v. 11 : דמ[ר]כרב, *Dhama[r]karîb.*

ARTICULUS III.

DJIRÂF.

36

Hal., 17.

Mons albus, Djirâf dictus, orientem versus itinere aliquot horarum ab urbe Ṣanʿâ distat, quum ad *Wâdî Sirr* tendis. Ibi Jos. Halévy, qui Djirâf in sua chorographia, Djirâs autem in peregrinationis suæ descriptione pronuntiat, versum unum mutilum invenit et sic exscripsit :

ዐ⁄ᎧᎸᎾ | ᏂᏁᏍᏪ ותובן | יהפרע *Et texit Yuhafriʿ.*

ותובן ultimum verbum est in serie verborum quæ ad constructionem pertinent, sicut in Langer 2, apud nos 41, v. 2; cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 37-38. — יהפרע nunquam pro cognomine, semper autem, sicut in hoc titulo, pro nomine proprio hominis habetur; cf. Os. 5 = B. M. 3, v. 4; Hal. 49, v. 3, 5, 9 et 16; 94, v. 1; titulum nostrum 37, v. 8, infra, p. 55-61; atque etiam, sub forma decurtata, יפרע *Yufriʿ*, apud Os. 8 = B. M. 11, v. 7 et 11; fortasse etiam apud Fresnel 45, v. 3, ut conjecerunt J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 223 et 225; D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, II, p. 32.

ARTICULUS IV.

ḤADAḲÂN.

37

Glaser, 302.

(Tab. X.)

Tribum Belḥârith, id est Banû 'l-Ḥârith ibn Kaʿb, propheta Moḥammad Nadjrâni, in septentrionalibus Yemeni Ḥidjâsum versus finibus, per quingentos jam annos dominantem invenit, ubi incolæ religionibus diversis indulgebant. Aliis, christianæ fidei addictis, concessit ut ritus suos non exuerent; alios autem, idolis deditos, coegit ut ad islamismum se converterent. De his, vide Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'islamisme* (Paris, 1847-1848, 3 vol.), I, p. 123-124; III, p. 275-277. In sedes suas, unde Nadjrânum migraverant, eos serius rediisse credimus : quippe qui, non procul a Ṣanʿâo, inter septentrionem et orientem, juxta ripas fluvii *Wâdî 'l-Khârid* dicti, tempore Al-Hamdânîi, id est decimo nostræ æræ seculo, degerint et etiamnunc in his locis consistant; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 109, et chorographias Glaseri in *Petermann's Mittheilungen*, 1886, tab. I, necnon in suis *Mittheilungen*, inter paginas 87 et 89.

Titulum quem nunc tractabimus Ed. Glaser in vico Ḥadaḳân (cf. v. 5), prope prædia *Bait Muḳbil Dugaiš* (بيت مقبل دغيش) in præsenti nuncupata, reperit. Lapis in Museis Regiis Berolinensibus servatur, ubi mense quintili anni 1886 eum inspeximus.

Auctore Glasero, lapis, $0^{m},92$ (primitus $0^{m},94$) latus, $0^{m},41$ altus, ædificio recentiori inclusus erat; unde quum auferretur, margine sinistro et parte inferiore destitutus est. Titulus, cavo inscrip-

tus, litteras excisas præbet, quorum unaquæque o^m^,25 alta. Octo versus fere integri supersunt cum paucis, iisque obliteratis, versus noni vestigiis.

Margo lapidis superus varia ornamentorum copia redundat. In medio exstat quadrato inclusum monogramma , quo, ex comparatione versus 2, 𐩵𐩲𐩺 יעד « Yaʿûd », nomen castelli consecrati, manifeste significatur. A dextera et a sinistra hujus quadrati duæ palmæ, cum ramis et fructibus et ipsæ quadratis insertæ. Utrinque caput tauri cornigeri in duobus quadratis paribus apparet, adjacentibus quatuor lineis, quæ, simulacris solummodo interruptæ, per totam marginis latitudinem continuantur. Hortamur ad conspicienda prorsus similia in lapide penes Academiam, quo ipsius titulus secundus continetur, et ad comparandam ejus repræsentationem apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, tabula II.

In tabula decima nostra lapidis imaginem, quam D. H. Müller in *Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, XXXIX (1886), tab. XIII, antea ediderat, ex ipso monumento iterum luce solis expressam invenies.

De hoc titulo eodem fere tempore egerunt : D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin; Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, XXXIX (1886), p. 839-853; separatim excusum, p. 1-15. — Ed. Glaser, *Mittheilungen über einige aus meiner Sammlung stammende sabäische Inschriften* (Prag, Juli 1886), p. 1-75; — rursus D. H. Müller, *Geographisches und Epigraphisches* in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, I (1887), p. 83-108; — rursus Ed. Glaser in *Südarabische Streitfragen* (Prag, 1887).

Hæc perspicue leguntur :



Quæ hebraicis litteris hoc modo transcribimus :

1 יהען ׀ דבין ׀ בן ׀ יסמעאל ׀ בן ׀ סמהכרב ׀ מלך ׀ סמעי ׀ הקני ׀ תאלב ׀ עדי ׀ טבין ׀
נפסהו ׀ ובנהו

2 זידם ׀ וזידאל ׀ וכל ׀ ולדהו ׀ וקניהו ׀ וביתהו ׀ יעד ׀ וארצתהו ׀ תאלקם ׀ וכל ׀ קניהו ׀
וקני ׀ אבהו ׀ יסמעאל

3 נ֗י ׀ ומחמית ׀ ועברת ׀ ואבית ׀ וארצת ׀ תורתי ׀ אבהמי ׀ סמהאפק ׀ בן ׀ סמהיפע ׀ מלך ׀
סמעי ׀ בחקלם ׀ והגרם ׀ ומחמיה

4 נ֗עמן ׀ דעסי ׀ ושאם ׀ יהען ׀ עמן ׀ בכרם ׀ והופעתת ׀ והמתעתת ׀ והותרעתת ׀ ועמן ׀
הותרעתת ׀ ועמשפק ׀ ויהען ׀ ו

5 מסמע ׀ וגנאם ׀ וטרם ׀ ואחהמו ׀ בני ׀ ראבן ׀ ועברהו ׀ דת ׀ דסמהעלי ׀ פנות ׀ סיר ׀
חדקן ׀ דקני ׀ ועסי ׀ עמן ׀ עמש

6 בן ׀ סרום ׀ קול ׀ ירסם ׀ ועברהו ׀ דת ׀ דאח ׀ ואתם ׀ אתמה ׀ במוהבת ׀ והבו ׀ אבההו ׀
ואעממהו ׀ אקול ׀ יהיבב ׀ ד

7 בחמו ׀ אמלך ׀ מריב ׀ ושעבן ׀ סמע ׀ מלעב ׀ עברן ׀ דדאח ׀ ובחג ׀ גדית ׀ הגד ׀ להו ׀
כרבאל ׀ ותר ׀ מלך ׀ סבא ׀ ובחג ׀ מוהבת ׀ וגד

8 דו ׀ ווהבהו ׀ שעבן ׀ סמע ׀ ובחג ׀ גדית ׀ ומתבת ׀ התב ׀ יתעכרב ׀ בן ׀ דרחאל ׀ בן ׀
יהפרע ׀ דעהרנהן ׀ ועברהו ׀ חיש

9 ועסי ׀ וקני ׀ הו

Versus 1. De nomine proprio יהען *Yuhaʿîn* «adjuvat», vide supra, p. 10, quæ ad titulum 2, v. 1, adnotavimus. — Epitheton דבין duobus elementis constat, priore ד = ذو, altero בין, nomine urbis, quam Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 111, ذو بين nominat, et quam ad flumen ejusdem nominis (id., *ibid.*, p. 82), haud procul a regione Hamdânensi Ṣayad (supra, p. 49, ad titulum 30, v. 2), sitam memorat, Eduardus Glaser hanc urbem anno 1884 visit atque in chorographia sua (*Petermann's Mittheilungen*, 1886, tab. I) notavit. Animadverte scriptionem plenam, sicut in בנביח, Hal. 48, v. 9, dum דבחם = ذو بَحٍّ in titulo nostro 19, v. 10 (supra, p. 28-32), sine *yôd* legitur. — יסמעאל, nomen proprium compositum, ad imitationem hebraici יִשְׁמָעֵאל, Ἰσμαήλ, *Ismael*, conflatum; cf. Hal. 74, v. 1 et 2; 187, v. 2; 192, v. 1; etc., et Hartwig Derenbourg, *Les noms de personnes dans l'Ancien Testament et dans les inscriptions ḥimyarites* in *Revue des études juives*, I (1880), p. 59; separatim excusum, p. 6. — סמהכרב et cetera nomina propria composita, quæ a סמה incipiunt, J. H. Mordtmann (*Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXXV, p. 439) e סמה = اسمُهُ «cujus nomen est» et adjectivo attributi partes tenente constare opinatur. Cui opinioni D. H. Müller assentitur. Samahkarib igitur «cujus nomen nobile est» significaret. Quod nobis minime placet. Nos potius ad radicem سَمَا «altus fuit», unde السماء «cœlum», comparandam provocamus; atque in *karîb*, si non dei nomen, saltem adjectivum divinum, sicut arabice العزيز «potens», agnoscimus. Cf. in nostro titulo סמהאפק, v. 3; סמהיפע, *ibid.*; סמהעלי, v. 5. — סמעי «e tribu Samaʿ ortus»; cf. שעבן סמע «tribus Samaʿ» in versu 7. De consecutione verborum, sine *nûn* determinante et sine *mîm* indeterminationis in סמעי, vide imprimis quæ occasione hujus vocabuli disseruit D. H. Müller, qui præterea

omnia exempla, ubi hoc vocabulum occurrit, congessit et explanavit; cf. etiam eumdem in *Langer's Reiseberichte*, p. 15-16. — עדי «intra»; cf. supra titulos 2, v. 6; 3, v. 5. — Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 573, de monte טבין hæc pauca refert : رأس ظبيان جبل باليمن, quæ nos de situ urbis nomine Ṭhabyân nuncupatæ incertos relinquunt. Situs quærenda in vicinis montis *Ḥaḍûr Nabî Šuʿaib* dicti, ut suadet Glaser (cf. *Mittheilungen*, p. 15-17, et chorographias, *ibid.*, inter paginas 87-89, atque in *Petermann's Mittheilungen*, 1886, tabula I, ubi Dhabyân legitur), an alterum Ṭhabyân, Ṣanʿâo et Ḥadaḳâno vicinum, auctoritate titulorum suspicari liceat, sicut D. H. Müller contendit (*Sabäische Alterthümer*, etc., p. 5-6; *Geographisches und Epigraphisches*, p. 93-94), non audemus decernere. Glaseri opinionem graviter fulciret assimilatio fluminis *Wâdî Ta'luḳ* cum regione תאלקם tituli nostri (v. 2) et tituli Glaseriani 291 (Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 178-179), si abunde pareret eam probabilem esse; sed miraremur *mîm* indeterminationis cum formatione primitus verbali conjunctum. Hoc Muelleri argumentum firmissimum (*Geographisches und Epigraphisches*, p. 91) non facile refelleretur, si quid impediret quin infinitivum quintæ formæ arabicæ *Ta'alluḳ* sub pronuntiatione hodierna *Ta'luḳ* lateret. Nihil autem obstat, quum nomina locorum Yemenensium sint التَّلَمُّس apud Yâḳût, *Muʿdjam*, I, p. 871; تَمَّص apud Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 201, et apud Yâḳût, *Muʿdjam*, I, p. 880. — נפסהו = نفسه. — ובנהו pro ובניהו decurtatum, sicut in titulis 5, v. 1; 8, v. 1, etc.

Versus 2. Zaid et Zaid'îl sic in Hal. 534, v. 1, consociantur; itidem וכל | ולדהו | וקניהו «et omnes liberos suos et acquisita sua» in Fresnel 56, v. 1. — יעד = يعود *Yaʿûd*, nomen domus oblatæ, magnas in titulo partes tenet, quum in monogrammate legatur; vide supra, p. 55. Hoc nomen proprium dispice in Hal. 154, v. 12; 163, v. 2; 206; 271, v. 4, et in titulo Glaseri 301°, v. 1; cf. ejusdem *Mittheilungen*, p. 18, necnon Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 198-200. — ארצת plurale est, sicut in versu sequente, arabico أَرَضَات respondens, ut recte agnovit D. H. Müller, quamquam cum nomine proprio sequente תאלקם singulare, quod Ed. Glaser admisit, etiam congruit. — Occasione versus primi de terris Ta'luḳ vel Ta'alluḳ dictis affatim egimus. — Sub fine versus, supple וק, initium vocis וקני.

Versus 3. Seriem quinque substantivorum in statu constructo continuari nulla alia lingua semitica sinit. Quæ constructio, titulis sabæis et ḥimyariticis propria, enumerationi rerum similium optime convenit; vide paria in Glaser 275-276, v. 3, apud J. H. Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften* in *Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXXIX (1885), p. 227 et 229, atque apud Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 87; necnon duplex exemplum in tituli Langeriani primi, nostri 40, versu tertio, apud D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 8 et 29-31. Ex his quinque vocabulis pendet תורתי, quod et ipsum statu constructo cum אבהמי consociatur. Excepto קני, quod primum locum tenet, cetera catenæ nomina pluralis numeri notam exhibent : 1° מחמית (vide singulare מחמי in versu 3, et bis in O. M. 21, v. 3, et cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 73-74) idem significat ac plurale arabici حِمًى, scilicet clausa et inaccessa; 2° עברת = عَبَرَات valles sunt in ripa amnis sitæ; 3° et 4° אבית = أَبْيَات «domus, castella» et ארצת = أَرَضَات «terræ» (cf. v. 2) nihil novi præbent. Quoad תורתי, plurale est infinitivi, seu formæ secundæ = توريث, ex opinione D. H. Muelleri, seu formæ quintæ = تَوَرُّث, cujus vestigia Dozy in suo *Supplément aux dictionnaires arabes*, II, p. 794, notavit. — אבהמי hic proavum voventis Yuhaʿîn Dhû Bîn, avum ipsius patris Yasmaʿîl, designat, quum avum voventis Samahkarîb nominari versu primo cognoverimus. — De סמה in nominibus propriis סמהאפק et סמהיפע, vide quæ ad versum primum adnotavimus. אפק cum nostra interpretatione vocis סמה = سَمَا plane convenit, si الأُفُق الأَعْلَى «altissimam Allâhi sedem» in *Corano*, LIII, 7 (cf. *ibid.*, LXXXI, 23) conferas. Nomen proprium Samah'afîḳ etiam in titulo Glaser 291, v. 3, occurrit; vide Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 178-179. Cum סמהיפע comparandum יפע, nomen sacrarii in Langer, 1, apud nos 40, v. 5. — בחקלם | והגרם «in agro culto et in urbe». חקל fortasse jam in titulo Hal. 51, v. 15, legendum. De usu yemenensi hujus vocabuli, confer مخلاف الحقل باليمن apud Yâḳût, *Muʿdjam*, II, p. 299; حقيل حصن باليمن id., *ibid.*, II, p. 301; حقل ذِمار id., *ibid.*, III, p. 441; حقل عِمَّة apud Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 294 et 671; etc. — ומחמית[ו non cohæret cum proxime antecedentibus, sed pendet a verbo הקני (v. 1).

Versus 4. נעמן nomen proprium territorii; cf. Fresnel 45 = Hal. 657, v. 2; Os. 4 = B. M. 5, v. 18; Hal. 154, v. 3; fortasse 448, v. 3; Glaser 137, v. 2; 275-276, v. 3 et 4, apud J. H. Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften* in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXXIX (1885), p. 227; Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*

(Impressum mense januario 1888.)

(ed. D. H. Müller), p. 103, v. 9; Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 28-36. — Sequitur propositio relativa, præcedente ذو ل = الذى, sicut in Ṭâ'itica dialecto arabici sermonis; vide Az-Zamakhšarî, *Al-Mufaṣṣal* (ed. 2ª, edente J. P. Broch, Christianiæ, 1879), p. 56; E. Prym, *De enuntiationibus relativis semiticis dissertatio linguistica*, pars prior, unica (Bonnæ ad Rhenum, 1868), p. 60. — Verba עסי «confecit» (cf. v. 5 et 9) et שאם «posuit» jam occurrerunt, prius in tit. 20, v. 2, posterius in tit. 1, v. 3. — יהען idem est ac auctor voti suscepti (v. 1), differt autem a יהען sub fine versus nominato. — Quemadmodum עסי indicium est hebraici sermonis ad linguam Sabæorum magnopere pertinentis, sic etiam præpositio עמן «cum», non arabicæ formæ مع, sed hebraicæ עם simillima, firmum argumentum præbet Judæos in Yemeno plurimum valuisse; cf. Hartwigium Derenbourg, *Les noms propres dans l'Ancien Testament et dans les inscriptions ḥimyarites* in *Revue des études juives*, I (1880), p. 56-57; separatim excusum, p. 3-4; et peculiariter de עמן, littera *nûn* in fine addita secundum morem præpositionum sabæarum, Eduardum Glaser, auctoritate Prætorii fretum, in *Mittheilungen*, p. 40-41; Davidem Henricum Müller, *Geographisches und Epigraphisches* in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, I (1887), p. 98; Hartwigium Derenbourg, occasione versus titulum circumdantis apud Glaser 291; cf. *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 178-179. Animadverte præterea nunc præpositionem עם «cum», sine *nûn* additicio, in titulo Glaseri 284, v. 2, probabiliter occurrere; cf. Hartwig Derenbourg, *ibid.*, I, p. 173. — Nomina propria quatuor deinde exhibentur, scilicet בכרם, بَكْرٌ; הופעתת (cf. titulum 1, v. 2; Os. 6 = B. M. 10, v. 2, et alias); המתעתת «qui cura (هِمَّة) 'Athtari est» (cf. Glaser 291, v. 1, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 178-179; et הממאל, Hal. 385, v. 2); הותרעתת (cf. Hal. 119, v. 2; 398). Post ועמן «et cum» iteratur ultimum nomen, ut primi inter alterius ordinis munitores. Ceteri laboris consortes dein nominantur: עמשפק (cf. v. 5; Hal. 84, v. 1; 381, v. 1); יהען alter qui ab auctore tituli differt.

Versus 5. Adjutores itidem sunt ע[מסמע (Hal. 117, v. 2; 244, v. 2; 451, v. 4; etc.); גנאם, id est «murus», sicut nomen proprium arabicum جدار; טרם, fortasse, omisso *wâw*, eadem radice ortum, e qua frequens in titulis Ma'îni et Barâḳiši vocabulum architectonicum מטור fluxit. — ואחהמו scriptio manca pro ואחיהמו «et fratres ipsorum»; cf. ובנהו pro ובניהו, v. 1. — Cum ראבן, tribus nomine, confer ראבם in titulo Musei Britannici apud Prætorium in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXVI, p. 425; D. H. Muellerum, in *Transactions of the Society of biblical archæology*, VI, p. 199; ראבאל, Hal. 353, v. 1 et 8; biblicum רְאוּבֵן, Ῥουβήν, *Ruben;* nomina propria arabica رِئَاب et رُؤْبَة. De radice رأب hæc apud Ibn Doraid, *Ištiḳâḳ*, p. 74, leguntur: رأبت الشىء أرأبه رأبًا اذا أصلحته. — ועברהו iterum ad הקני, v. 1, referendum. Plurale עברת (v. 3), sicut pronomen relativum דת hic proximum (cf. masculinum ד, v. 4), probat vocem עבר feminini generis esse; cf. tamen דראח | עברהו, v. 7. — דת | רסמהעלי (cf. דת | דנדבן, Hal. 465, v. 1) «quam Samah'alî possederat». De regibus Sabæ, Samah'alî nuncupatis, vide D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 32. — פנות. Supra, p. 6, quum disseruimus de titulo 1, v. 4, ostendimus vocabulum פנות modo ut substantivum, modo ut præpositionem adhiberi. Hic sine dubio præpositionis partes tenet, et «ad, versus» significat. Cf. hebraice substantivum פָּנִים et præpositiones compositas בִּפְנֵי, לִפְנֵי, מִלִּפְנֵי, etc. — סיר, quæcumque origo voci tribuitur, suburbium designat; cf. Hal. 49, v. 9; 147, v. 2; 359, v. 2; 617. — De urbe חדקן Ḥadaḳân, unde noster titulus Berolinum migravit, abunde egimus in proœmio interpretationis. — In דקני, ד iterum pronomen relativum est, sicut in versu 4; קני autem, nomen appellativum in versu 2, hic et in versu 9 verbum est significans «acquisivit», acquirente auctore ipso voti Yuha'în (v. 1).

Versus 6. סרום, nomen viri proprium, cujus nullum aliud exemplum certum possidemus. Fortasse tamen latet sub סרעם tabulæ æreæ in Museo Britannico servatæ (Os. 27 = B. M. 16, v. 1 et 10), necnon sub | סרעֹ, Hal. 615, v. 22. Quidquid est, radix in geographia Yemeni sæpius reperitur, ubi سَرْو et سَرَاة montes designant. — קול princeps est, vassalus «regum» (מלך, v. 1 et 7). — ירסם jam occurrit in titulo 24, v. 4. D. H. Müller pronuntiat *Yursim*, Glaser *Yarsum* et titulum suum ineditum 204, ex Ḥâz oriundum, v. 3, confert. Quum Glaser (*Mittheilungen*, p. 57) testetur se pronuntiationem *Yarsum* etiamnunc audivisse, usu hodierno adducimur ut Yarsum et ipsi legamus. — Quoad vallem ripariam דת | דאח (cf. הדראח, v. 7), radicem nominis et situm loci ignoramus. Contextus solus monet hanc vallem in regione Ḥadaḳâni, utpote partem oblationis, esse quærendam. — Quæ deinde Yuha'în deo Ta'labo consecrat, permagni æstimari videntur. Sed rem tanti momenti dispicere non valemus. Quam vim habeant vocabula inter se conjuncta אתמה | אתם, quæstio est de qua ambigitur. Notis exemplis, quæ Müller, occasione hujus scripturæ, omnia, ut solet, attulit, tantummodo constat nusquam hanc radicem occurrere, quin de ædi-

ficio exstruendo vel exstructo agatur. Muellero assentimur, quum vocabulo אתם seriem substantivorum, quibus diversa oblata exprimuntur, continuari asseverat, sed eumdem errare credimus, quum suffixum verbi אתמה ad præcedens עברהו, non ad אתם, ut nos persuasum habemus, pertinere opinatur. Ed. Glaser putat ab ואתם novam sententiam initium sumere, a præcedentibus prorsus separatam, et אתם pro verbo, אתמה pro substantivo habet, vertitque : «Und er vereinigte ihren Complex.» Quod nobis minime placet. Vocabulum utrumque, nomen et verbum, grammatice statu constructo conjungitur, quemadmodum אולד|חטרהמו «liberos quos largitus est» in titulo 2, v. 6; עלם|ולדתהו «juvenem quem peperit» in titulo 19, v. 7 et 8. Suffixum ה (ها) demonstrat vocem אתם feminini generis esse, quod plurali אתמת (Glaser 110, v. 2; 138, v. 2) = أَتْمَات, sicut أَرْضَات, confirmatur; cf. etiam formam singularem أَتْمَة apud Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 66 et 172. In Vetere Testamento אֵתָם (*Ex.*, XIII, 20; *Num.*, XXXIII, 6 et 8) nomen est loci in finibus Ægypti et deserti ægyptiaci. Poeta anteislamicus An-Nâbiga Adh-Dhobyânî vallem بطنُ الأَتْمِ, *Al-Atm*, vel *Al-Itm*, dictam, commemorat (Hartwig Derenbourg, *Le dîwân de Nâbiga Dhobyânî*, Paris, 1869, XXVI, 24, p. 96, 148 et 236; W. Ahlwardt, *The divans of the six ancient Arabic poets*, London, 1870, p. 29 textus, p. 16 adnotationis criticæ). Articulus nomini præpositus indicio est memoriam ejus virtutis appellativæ tum temporis nondum evanuisse; cf. eodem modo deminutivum الأُتَيْم apud Yâḳût, *Muʿdjam*, I, p. 114. Sed etiamsi exemplis non raris ædificii insignis notio insit, de peculiari hujus ædificii natura nos nihil non latet. Ex nostro textu tantummodo apparet multa pecunia opus fuisse, ut auctor voti ædes, *atam* dictas, ædificaret. Quoad מאתם (Hal. 173, v. 3; fortasse in Reh. 10, v. 7, auctore Muellero in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 691; certe bis in titulo II Muelleri, v. 4 et 5; *ibid.*, XXIX, p. 600 et 601), nobis idem significare quod אתם videtur. — במוהבת = مِنْ مَوَاهِب «ex donis», cum terminatione feminini, more pluralium apud Sabæos, conjungitur statu constructo cum verbo והבו et iis quæ sequuntur. — Suffixo caret והבו, quum loco accusativi incipientia a ד[וה]בהמו sibi subjiciat. — Pars subjectiva est אבהמו|ואעממהו = آباءه وأعمامُه «majores ipsius et ipsius patrui», etsi D. H. Müller, aliam viam ingressus, transtulerit : «die gespendet hatten seinen Vätern und seinen Oheimen.» אבהמו scriptio manca pro אבהיהו; cf. ובנהו pro ובניהו, v. 1; ואחהמו pro ואחיהמו, v. 5. De littera *hâ* addita egit D. H. Müller, *Ueber den Gebrauch des äussern Plurals masc. in den südsemitischen Sprachen*, in *Actes du sixième Congrès international des orientalistes, tenu en 1883 à Leyde* (deuxième partie, section 1 : *sémitique*, Leyde, 1885), p. 450; separatim excusum, p. 8. Majores et patruos sic conjunctos invenies in Hal. 188, v. 5. — Sicut D. H. Müller ingeniose monuit, non majores ipsius Yuhaʿîn, quos reges Samaʿitarum (v. 1) vidimus, sed soli ipsius patrui principes sunt ignotæ regionis Yuhaibib. Cum יהיבב confer יוֹבָב (يَبَاب «desertum»), nomen regionis Arabum Yoḳtânidarum in *Gen.*, X, 29; I *Chr.*, 1, 23. — ד[וה]בהמו|.....|והבו «dederunt .....quod ipsis dederant.»

Versus 7. Reges Sabæ hic primum «reges Maryabi» nominantur; de Maryabo, capite regni Sabæ (סבא, in eodem versu), cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 27. — De tribu Samaʿ, cf. v. 1 et 3. — מלעב (etiam Hal. 262, v. 2, et Glaser 291, in versu titulum circumdante, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 178-179) nescimus an appositio sit vocabuli הוהבהמו, naturam doni illustrans. Quid autem מלעב, statu constructo conjunctum cum דראת|עברן, ubi mirare ד masculinum pro דת feminino (v. 6), significet, non dispicimus. In lexico *Ḳâmûs* Al-Fîrûzâbâdhîi, sub radice ل, ع, ب, terra Yemenensis (ارض باليمن), *Al-Laʿbâ* dicta, commemoratur. Neque articuli لَعْباء et لُعْبا apud Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 492, et Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 358-359, prætermittendi. *Malʿab* solum irrigatum, ubi aquæ salutares ludunt (لعب), id est fluunt (لعب=سال; cf. Yâḳût, *loc. cit.*), designare nobis videtur. — ובחג, ter repetitum (cf. v. 8), continuat brevius ב in במוהבת. Vertimus «et per». — הגד|גדית; cf. جَدْوَى «donum», et أَجْدَى «donavit». — Suffixum in להו ad Yuhaʿîn (v. 1) refertur. — סבא|מלך|ותר|כרבאל; cf. D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 31 et 40. — Post מוהבת, supple הג|ונד[ית], versu octavo a דו incipiente. Ipsum הגדו errore lapicidæ pro ו[הג]ד[ה]הג scriptum esse putamus, collato sequente וובהבהו. De adhibita dicendi figura, arabice لفّ ونشر dicta, vide Silvestre de Sacy, *Chrestomathie arabe* (editio altera), III, p. 141 et seq.; A. F. Mehren, *Die Rhetorik der Araber* (Kopenhagen, 1853), p. 108; Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 11, adn. 2.

Versus 8. מתבת «gratiæ testimonium»; vide supra, p. 53, quæ ad titulum 35, v. 10, adnotavimus. — התב, a statu constructo מתבת pendens, «quod solvit»; exempla verbi vide apud D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reisebe-*

richte, p. 37. — יתעכרב; cf. Hal. 174, v. 1; 204, v. 1; 374, v. 2; 401, v. 2; 670. — דרחאל; cf. Hal. 49, v. 2, 3, 5, 7. — יהפרע; cf. titulum 36. — עהרנהן duale vocis עהר; cf. עהרן, O. M. 2 *b*, v. 6, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 15 et 17; exempla quæ congessit Mordtmann in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 31 (etiam D. H. Müller, *ibid.*, XXX, p. 679); قصرُ ذى مَعاهر apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 94, v. 15. עהר idem esse putamus quod alias ער «urbs» = hebraicum עִיר nuncupatur; cujus exempla vide in D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 80. Additum *hâ* ad complendam triliteralitatem, sicut in ḥimyaritico בהן «filius» juxta בן, sicut in אבהחו (v. 6), crebrisque semiticarum linguarum vocabulis. Sensus cum nomine urbis apud Hebræos קִרְיָתַיִם dictæ egregie quadraret. In chorographia Glaseri apud *Petermann's Mittheilungen*, 1886, tab. I, urbem *Medînetein*, magis septentrionalem quam Ḥadaḳân, eo facilius assimilandam esse arbitramur quod Ed. Glaser ipse nunc persuasum habet Medînatein et Maifaʿ metropolim, quæ olim miscuerat, inter se differre. — חיש; cf. *Ḳâʿa Ḥais* Ṣayadensem in eadem Glaseri chorographia et oppidum Ḥais apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 103, v. 8. — Supple sub fine versus רשאם (v. 4).

Versus 9. Principio perspicue legitur ועסי|וקני, deinde fortasse עמן. Cetera obscura, nisi quod in medio suffixum הו discernimus. Causa voti suscepti nos fugit, quum titulus inferior perierit.

Inde patet titulum sic legendum et vertendum esse :

1 יהען | דבין | בן | יסמעאל | בן | סמהכרב | מלך | סמעי | הקני | תאלב | עדי | טבין | נפסהו | ובנהו

2 זידם | וזידאל | וכל | ולדהו | וקניהו | וביתהו | יעד | וארצתהו | תאלקם | וכל | קניהו | וקני | אבהו | יסמעאל [] וק

3 ני | ומחמית | ועברת | ואבית | וארצת | תורתי | אבהמי | סמהאפק | בן | סמהיפע | מלך | סמעי | בחקלם | והגרם | ומחמיה[ו | ד

4 נעמן | דעסי | ושאם | יהען | עמן | בכרם | והופעתת | והמתעתת | והותרעתת | ועמן | הותרעתת | ועמשפק | ויהען | ו[ע

5 מסמע | וגנאם | וטרם | ואחמו | בני | ראבן | ועברהו | דת | דסמהעלי | פנות | סיר | חדקן | דקני | ועסי | עמן | עמש[פק

6 בן | סרום | קול | ירסם | ועברהו | דת | דאח | ואתם | אתמה | במוהבת | והבו | אבהחו | ואעממהו | אקול | יהיבב | ד[וה

7 בהמו | אמלך | מריב | ושעבן | סמע | מלעב | עברן | דדאח | ובחג | גדית | הגד | להו | כרבאל | זתר | מלך | סבא | ובחג | מוהבת | וגד[ית | הג

8 ד[ה]ו | ווהבהו | שעבן | סמע | ובחג | גדית | ומתבת | התב | יתעכרב | בן | דרחאל | בן | יהפרע | דעהרנהן | ועברהו | חיש [] דשאם

9 ועסי | וקני | עמן | הו

1 *Yuhaʿîn Dhû Bîn, filius Yasmaʿîli, filii Samahkarîbi, rex Samaʿitarum, consecravit Ta'labo Ṭhabyâni semetipsum, et filios suos,*

2 *Zaid et Zaid'il, et omnes liberos suos, et bona sua, et castellum suum Yaʿûd et terras suas Ta'alluḳ, et omnia bona sua, bonaque patris sui Yasmaʿîli[, necnon bo-*

3 *na, et territoria et agros litorales, et castella, et terras hereditatum avi sui Samah'afiḳ, filii Samahyafiʿi, regis Samaʿitarum, ruri et in urbe, et territorium su[um Dhû*

4 *Naʿmân, quod fecit et instituit Yuhaʿîn cum (adjuvantibus) Bakr, et Hauf'athat, et Himmat'athat, et Hautarʿathat, et (rursus, adjuvantibus) Hautarʿathat, et ʿAmśafaḳ, et Yuhaʿîn, et [ʿA-*
5 *msamaʿ, et Gandʾ et Ṭhirr, et fratribus ipsorum Ru'bânitis; et agrum suum litoralem, nuncupatum Dhû Samahʿalî, ex adverso valli Ḥadaḳâni, quem comparavit et fecit (Yuhaʿîn) cum ʿAmśa[faḳo,*
6 *filio Sarwi, principe Yarsumi; et agrum suum litoralem Dhât Da'akh; et ædes sacras, quas ædificavit (Yuhaʿîn) ex donis acceptis, quum dederunt majores sui et sui patrui principes Yuhaibibi quod [de-*
7 *derant ipsis reges Maryabi et tribus Samaʿ, (scilicet) solum irrigatum agri litoralis Da'akhensis, atque per largitiones, quas largitus est ipsi Karîb'îl Watar, rex Sabæ, et per dona et largi[tiones, quas largi-*
8 *ta est et donavit tribus Samaʿ, et per largitiones et beneficia quibus benefecit Yathaʿkarîb, filius Dharaḥ'îli, filii Yuhafriʿi ʿAhranhensis; et agrum suum litoralem Ḥais[, quem instituit,*
9 *et fecit, et comparavit, cum (?)* . . . . . .

38

Glaser, 304.

(Tab. X.)

Lapis albus, rectis angulis sectus, $0^{m},305$ altus, $0^{m},165$ latus, Ḥadaḳâni ab Eduardo Glaser repertus. In summo duo circuli, probabiliter, ut suspicatus est professor Berolinensis Erman, ad imitandos barbare oculos, quales in Ægyptiorum titulis imprimi solent, exarati; cf. supra, p. 51 (sub titulo 32). Animadverte his duobus circulis puncta in medio abesse quæ occasione tituli 32 notavimus. Sic etiam punctis carent circuli duo in Glaser 338; vide Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 202. Monumentum exstat in Museis Regiis Berolinensibus, ubi quatuor litteras deorsum insculptas exscripsimus.

In tabula nostra decima eamdem lapidis imaginem invenies, quæ jam in *Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften*, XXXIX (1886), tab. XIII, nuper enotuit.

Eodem fere tempore de hoc titulo egerunt : D. H. Müller, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin*, in *Sitzungsberichte der Königlich Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, 1886, p. 856; separatim excusum, p. 18; et Ed. Glaser, *Mittheilungen über einige aus meiner Sammlung stammende sabäische Inschriften*, Prag, Juli 1886, p. 76.

Nihil legitur nisi mortui cujus fit commemoratio nomen :

○ ○

ענבר

Quod hebraice :

ענבר

Latine :

ʿAnbar.

Cum hoc nomine proprio confer nomen tribus arabicæ العنبر apud Ibn Doraid, *Iśtiḳâḳ*, p. 124 et 129; Wüstenfeld, *Register*, p. 82; necnon nomen proprium vernaculum *Delambre*.

39

Glaser, 303.

(Tab. X.)

Lapis albus, rectis angulis sectus, sicut præcedens, $0^{m},28$ altus, $0^{m},145$ latus, Ḥadaḳâni et ipse repertus. In summo oculorum duorum imitatio, sed aliquantulum discrepans ab imagine rotunda quam supra, p. 51 (sub titulo 32) et p. 61 (sub titulo 38), descripsimus. Nempe loco circulorum duo quadrata inclinata, sicut in Hal. 378 et in Glaser 296 (*The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 195), sed cum quadratis minoribus insertis, superiorem lapidis partem utrinque tenent. Monumentum exstat Londini in Museo Britannico.

In tabula nostra decima imaginem monumenti ex ectypo chartaceo, quod viri humanissimi et doctissimi Bond et Lepage Renouf nobiscum communicaverunt, luce solis expressam invenies.

De hoc titulo egit Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions : The Glaser Collection*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I (1887), p. 200.

Unum tantummodo vocabulum, defuncti nomen, insculptum est :

◈ ◈

ח ᚺ ᛗ

Quod hebraice :

מדב

Latine :

Madhâb.

Cum hoc nomine hominis proprio cf. Hal. 176, v. 3; 324; Glaser 286, v. 4, et fortasse 333, v. 3, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 174 et 201; nomen vici Madhâb, Ḍûrâno proximi, ubi titulus noster 40 est repertus; fortasse etiam وادى مذب apud J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique*, p. 42.

CAPUT II.

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICÆ ET SABÆÆ

IN REGIONE URBIS ḌÛRÂN ET IN CAMPO ḲÂʿ DJAHRÂN DICTO REPERTÆ.

ARTICULUS I.

ḌÛRÂN.

40

Langer, 1.

(Tab. XI.)

Non in urbe Ḍûrân ipsa, sed in vico vicino Madhâb, titulus, intra mosquitæ parietes servatus, Sigismundo Langer, anno 1882, quum singula lustraret, comparuit. Qui ectypum chartaceum sumpsit, sumptumque ad Davidem Henricum Müller Vindobonam misit, unde Parisios in tempus migravit, ut eo facilius uteremur. Gratias justissimas D. H. Muellero agimus quod sic nostris studiis faverit. In tabula nostra undecima imaginem tituli ex hoc ectypo chartaceo luce solis expressam invenies.

Lapis albus, nunc in tria fragmenta ruptus, $0^{m},35$ altus, non minus quam $1^{m},30$ latus, ab agricolis terram vertentibus effossus est in agris *Kharâ'ib al-ḥazâ* dictis, qui Madhâbo horæ quadrantis itinere distant. Ḍûrân et Madhâb apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 105, v. 8, simul commemorantur (distingue alterum Madhâb, *ibid.*, p. 110, v. 18).

De hoc titulo egit D. H. Müller, *Sabäische Inschriften entdeckt und gesammelt von Siegfried Langer*, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 326-352; separatim excusum et inscriptum *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 8-34.

Lege certo :



4 𐩠𐩺𐩱 | 𐩣𐩥𐩧𐩩𐩬 | 𐩥𐩴𐩬𐩱𐩬 | 𐩨𐩠𐩺𐩩 | 𐩬𐩷𐩲𐩩𐩬 | 𐩩𐩡𐩰𐩣 | 𐩥𐩣𐩪𐩡𐩰𐩠𐩥 | 𐩸𐩡𐩩 | 𐩰𐩧𐩸𐩬𐩣 | 𐩨𐩧𐩵𐩱 | 𐩥𐩣𐩤𐩣𐩩 |
𐩱𐩡𐩱𐩡𐩩𐩠𐩣· | 𐩲𐩻𐩩𐩧 | 𐩹𐩴𐩥𐩰𐩩𐩣 | 𐩨𐩲𐩡 | 𐩲𐩡𐩣 | 𐩥𐩢𐩡𐩣 | 𐩨𐩲𐩡

5 𐩣𐩢𐩧𐩣𐩺𐩬𐩠·· | 𐩺𐩰𐩲 | 𐩥𐩣𐩩𐩨𐩲𐩣 | 𐩥𐩧𐩭𐩣 | 𐩪𐩴𐩢 | 𐩨𐩲𐩡 | 𐩦𐩺𐩵𐩣 | 𐩥𐩣𐩹𐩧𐩢𐩣 | 𐩥𐩱𐩦𐩣𐩪𐩠𐩣𐩥 | 𐩥𐩣𐩬𐩮𐩢𐩩 |
𐩱𐩨𐩺𐩩𐩠𐩣· | 𐩥𐩨𐩧𐩵𐩱 | 𐩥𐩣𐩤𐩣 | 𐩣𐩧𐩱𐩠

6 𐩣𐩥 | 𐩡𐩲𐩸𐩣 | 𐩬𐩥𐩰𐩬 | 𐩺𐩠𐩮𐩵𐩤 | 𐩣𐩡𐩫 | 𐩪𐩨𐩱 | 𐩥𐩹𐩧𐩺𐩵𐩬 | 𐩥𐩨𐩱𐩭𐩺𐩡 | 𐩥𐩣𐩤𐩺𐩣𐩩 | 𐩦𐩲𐩨𐩺𐩠𐩣𐩥 | 𐩣𐩠𐩱𐩬𐩰𐩣 |
𐩥𐩨𐩫𐩺𐩡𐩣 | 𐩹𐩩𐩣𐩪 | 𐩱𐩡𐩠𐩬 | 𐩣𐩬𐩲𐩺

Quæ hebraicis litteris, suppletis supplendis, sic transcribimus :

1 אלרפא | אחצן | ובנהו | ערבשמסם | בנו | מדרחם | [ו]מתב | ותפין | ומליכם | ודמרס |
ועמד | אקול | שעבינהין | מה ·

2 אנפם | ובכילם | דתמס | אלהן | מנעי | בראו | והותר | והקוה | והשקרן | נטעתהמו |
תלפם | דת | בפנו | הור | מחפדהמו | דמעינן | ובש

3 ה־הו | כריפם | וכל | נכם | וצוף | וצלל | ותחית | סקף | כון | בהית | נטעתן | תלפם |
וכל | מורת | וננא | וצובת | מחפדן | מעינן | עדי | רפדת

4 היא | מורתן | וגנאן | בהית | נטעתן | תלפם | ומסלפהו | זלת | פרזנם | ברדא | ומקמת |
אלאלתהמ[ו] | עתתר | דגופתם | בעל | עלם | וחלם | בעל

5 מחרמינה[ין] | יפע | ומתבעם | ורחם | סגח | בעל | שידם | ומדרחם | ואשמסהמו |
ומנצחת | אביתהמ[ו] | וברדא | ומקם | מראה

6 מו | לעזם | נופן | יהצדק | מלך | סבא | ודרידן | ובאחיל | ומקימת | שעביהמו | מהאנפם |
ובכילם | דתמס | אלהן | מנעי

Sic ergo verte, ni fallimur :

1 *Ilrafa' Aḥṣan, et filius ipsius ʿArabšams, nepotes Madhraḥi, [et] Mathâb, et Thifyan, et Milyak, et Dhû Maras et ʿAmad, principes tribuum duarum Muha-*

2 *'nif et Bakîl, e tractu Alhân Manaʿî, condiderunt et fundaverunt, et area subdiali muniverunt, et texerunt prædia sua Talfam, quæ sunt ante receptacula aquæ* (?) *arcis suæ Dhû Maʿyan, et. . . . .*

3 *. . um ipsius Kiryaf, et omnes. . . . ., et. . . ., et. . . ., et. . . . tecti, quod fuit in his prædiis Talfam, et omnia propugnacula* (?), *et muros, et ædes* (?) *arcis Maʿyan, ad præsidia*

4 *horum propugnaculorum* (?) *et murorum, et terram ipsius complanatam Zalat-Farzân, ope et potestatibus deorum suo[rum] ʿAthtari Dhû Gaufat, domini ʿAlami, et Ḥalîmi, domini*

5 *sacrariorum du[orum] Yafiʿ et Matbaʿ, et Rakhdâni Sudjuḥ, domini Sîdi, et Madhraḥi, et Solum suarum, et Nympharum puteorum domuum sua[rum], et ope atque potestate arbitri su-*

6 *i Laʿazi Naufân Yuhaṣdik, regis Sabæ et Raidâni, et viribus potestatibusque tribus suæ utriusque Muha'nif et Bakîl, e tractu Alhân Manaʿî.*

In parte inferiore lapidis, a dextera et a sinistra, duo monogrammata apparent, quæ duos ultimos versus utrinque coarctant atque etiam inferius descendunt. A dextera D. H. Müller intellexit primum tituli vocabulum esse legendum, nempe voventis nomen אלרפא, אלרפא, *Îlrafa'*; a sinistra litteras עלינם, עלינם, dispexit, e quibus tamen nihil elicere tentavit. Juvenili audacia fretus, Mayer Lambert proposuit litteram *lâm*, etsi apparentem, negligendam esse, et מנעי, מנעי, *Mana'î*, ultimum tituli vocabulum, monogrammati proximum, agnovit. Quod nobis veri simillimum videtur. Signum quod speciem litteræ *lâm* offert nihil aliud tunc esset nisi cauda litteræ *mîm* addita ut ambo imaginis latera ordine quadrarent.

Versus 1. אלרפא, nomen proprium inauditum, cum quo D. H. Müller hebraica יִרְפָּאֵל, רְפָיָה, רְפָאֵל confert, necnon apud Hal. 189, v. 2, |ירפא, fortasse pro ירפאל scriptum. — אחצן (Hal. 686, v. 1, emendatum in *Zeitschrift der d. morg. Gesellsch.*, XXVI, p. 417) = أَحْصَنُ «firmissimus». — Quum vestigia litteræ *rês* infra manserint, non dubitamus quin cum Muellero ערבשמסם «'Arabśams», nomen proprium «occasus solis» (غرب شمس) significans, legamus. Quam lectionem, nuperrime a nobis (supra, p. 12) in incertum revocatam, nunc minime dubiam esse asseveramus, et conferimus itidem cum שמסם composita nomina propria virorum סעדשמסם in titulis 3, v. 1; 9, et in titulo 8° Academiæ, v. 2, necnon עבדשמסם apud Os. 10 = B. M. 13, v. 1. — מדרח «Madhraḥ» nomen tribus; cf. v. 5 et titulum 41, v. 1. — Continuatur series voventium מתב «Mathâb», תפין «Thifyan» (itidem in titulo 41, v. 1), מליכם «Milyak» (etiam in titulo 41, v. 1), דמרם «Dhû Maras» et עמד «'Amad». Duo ultima vocabula D. H. Müller aliter interpretatus est, quum ea non nomina propria, sed appellativa haberet. Eo auctore, המרם | ועמד arabico ذوو مرس وعمد «præditi robore et constantia» significaret. Maxima difficultas hæc esset, quod ד, singulare sine dubio, locum pluralis teneret. Præterea non putamus hanc translationem contextui plane convenire. Nobis potius placet dignitatum mentionem ab אקול «principes» initium sumere. — De voce קול «princeps», cujus plurale אקול hic occurrit, vide titulum 37, v. 6. — De duali שעבינהין (cf. v. 5 מחרמינהין), cum duplici demonstrativo, vide quæ occasione hujus loci D. H. Müller optime disseruit et comparavit.

Versus 2. Tribus utraque affertur, scilicet מהאנפם «Muha'nif» = مُؤَنَّف, servato *hê* quartæ formæ sicut in imperfecto יהצדק (v. 6), et בכילם = بِكِيل. Nomen Muha'nif iteratur in v. 6, necnon in titulis 41, v. 1 et 4, et 46, v. 2; fortasse in O. M. 7, v. 4 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 29 et 31). Quoad Bakîlum, tribum Hamdânensem hic non designat. De hodierno Ḳâ' Bakîl, quod Ḍûrâno adjacet, vide D. H. Müller, qui ad hunc locum monet in *Al-Iklîl*, x, 3, unum e quatuor filiis Alhâni Bakîlum dici. — Ne mireris ergo in nomen אלהן «Alhân» paulo post incidere, separante לתמם «e tractu», sicut D. H. Müller vertit, solo contextu ductus. — A verbo בראו incipit descriptio ædificationis quæ hoc titulo commemoratur. Inter quatuor verba continua, tria in titulo 17, v. 2, jam occurrerunt; הקוח autem, quod in ectypo chartaceo non dubium videtur, cum قاحة «area media subdialis» conjungimus, quasi verbum in quarta forma denominativum «area media subdiali munire» significans obvium habeamus. Vide formam decurtatam הקח in titulo Glaseri 285°, v. 4, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 174. Substantivum מקח supra, p. 44, in titulo 28, v. 2, agnovimus. — נטעתהמו (cf. נטעתן, v. 3) plurale est, cum suffixo pluralis. Vocabulum נטאע sic in *Ḳâmûso* explanatur: نطاع القوم جنابهم وارضهم. — Nomen proprium תלפם «Talfam» tertia persona est feminina imperfecti verbi لَفِمَ; cf. תפץ = تَفَضَّ in titulo 1, v. 4. — דת pronomen relativum est; cf. titulum 37, v. 4 et 5. — בפנו præpositionis sensum accepit, ut Glaser, *Mittheilungen*, p. 43-50, nos docuit. — Locum nostrum separatim, *ibid.*, p. 48, tractavit et הור cum vocabulo hodie apud Yemenenses usurpato هورى comparavit, quippe quod de lignis adhibeatur quibus fontes ipsi vel fontium situlæ sustinentur. Auctore Glasero, הור conceptacula aquarum ad defensionem arcis necessariarum exprimit. Quod ad sensum arabici هور «palustria» quadrare videtur; de quo sensu vide Al-Belâdsorî, *Liber expugnationis regionum* (ed. De Goeje), Lugduni Batavorum, 1863-1866, II, p. 39; De Goeje, *Bibliotheca geographorum Arabum*, IV (1879), p. 370; A. von Kremer, *Ueber das Einnahmebudget des Abbasiden-Reiches*, Wien, 1887, p. 41. Conferendum nomen castelli מהורן in titulo 41, v. 2. — Nomen arcis דמעינן (cf. מעינן, v. 3) fortasse comparet in titulo Glaseriano 287, v. 6 (*The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 174-175).

Versus 3. ובשה[ד]הו, ut D. H. Müller legit, alterum

(Impressum mense novembri 1888.)

quatuor verborum complementum videtur esse, nisi præpositione ב hic eadem præpositio quæ in בפנו (v. 2) continuetur. Substantivum בשהד D. H. Müller arabico مَشْهَد «locus concessus» assimilavit, permutato *mîm* arabico in *bêt* ḥimyariticum, ut sæpe solet. Etsi nihil melius afferre possumus, non credimus ejusmodi permutationem in substantivis loci vel temporis admittendam, in quibus *mîm* servatur; cf. מעין (v. 1 et 2), nomen arcis = معين «locus fontis», et multa alia. — Nomen proprium כריפם *Kiryaf*, sicut תפין *Thifyan* (v. 1), pronuntiavimus. — ותחית | וצלל | וצוף | נכם quatuor nomina sunt, statu constructo cum סקף سَقْف «tectum» (Hal. 485, v. 2 et 4) conjuncta, quemadmodum quatuor verba continua in versu præcedente ad ædificationem pertinuerunt. De hac peculiari linguæ ḥimyariticæ constructione, vide supra, p. 57, quæ ad titulum 37, v. 3, adnotavimus. Quid autem valeant hæ quatuor voces non plane intelligimus. D. H. Müller censuit נכם septimam formam esse verbi كام vel كَمّ «operuit»; צוף arabico صوف «lana» contulit; צלל (etiam apud Hal. 40) radici טלל «texit» (Hal. 192, v. 2) æquiparavit; denique תחית in «fulturam tecti» vertit, comparatis arabico تَحْت, hebraico תַּחַת. — Substantivum סכף statu constructo cum verbo כון conjungitur; similia in titulis 2, v. 6; 19, v. 7; 30, v. 4, notavimus. — היה est pronomen demonstrativum femininum, cujus formas binas, et hanc et alteram היא, in versu 4 invenies. — מורת; cf. מורתן, v. 4, et מורחמו in titulo Academiæ 14°, v. 6 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 77 et 80). Quum مَوْز viam stratam et æqualem designet, hic de propugnaculis agi conjecimus. | מורת וצוכת | וגנא seriem substantivorum iterum præbet, statu constructo cum sequente מעינן | מחפדן «arx Maʿyan» conjunctam. גנא «murus» (cf. v. 4) pernotum. Quoad צוכת, arabico صوبة «locus ubi res coacervantur» collato, «ædes arcis» hoc plurali exprimi credimus. — עדי nusquam «ad», ut Müller arbitratur, potius autem «intra» significat; vide quæ, p. 10, ad tituli 2 versum 6 adnotavimus. — Radici رفد significatio adjumenti et beneficii inest. Plurale רפדת in plurale «præsidia» vertimus.

Versus 4. היא altera scriptura pro היה; cf. hunc versum et versum præcedentem. — מסלף = مسلوف «terra complanata conserendi causa»; cf. O. M. 2 *b*, v. 5. — פרזנם | זלת nomen compositum est hujus «terræ complanatæ». Mordtmann omnia exempla vocabuli זלת, quod genus ædificii designat, congessit in *Zeitsch. der d. morg. Gesellschaft*, XXXIII, p. 492; cf. etiam D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, II, p. 19, et adde, ut recte monet D. H. Müller, Hal. 40. Cum פרזנם compares licet arabicum إفريز, cujus origo non minus obscura quam nostri *frise* eodem sensu usurpati; vide Hartwig Derenbourg, *Note sur quelques mots de la langue des Francs au XIIe siècle*, in *Mélanges Léon Renier* (Paris, 1887), p. 461, separatim excusum, p. 13. — Sequitur tertia pars tituli, ubi Îlrafaʾ et ceteri «deos suos» (אלאלתהמו) qui ædificationi faverunt enumerant. Qui dii præsides sunt: 1° ʿAthtar Dhû Gaufat, dominus ʿAlami; 2° Ḥalîm, dominus sacrariorum duorum Yafîʿ et Matbaʿ; 3° Rakhâm Sudjuḥ, dominus Saidi; 4° avus in deos receptus Madhraḥ (cf. v. 1); 5° Soles deæ; 6° Nymphæ puteorum, deæ Solibus inferiores. Deinde ordinatim sequuntur, ut minores operis exacti adjutores: 7° Laʿaz Naufân Yuhaṣdiḳ, rex Sabæ et Raidâni; 8° tribus utraque Muhaʾnif et Bakîl. Sic, a diis orsus, auctor tituli per semideum et per deas vicissim transit ut gradatim primum ad regem, deinde ad tribules perveniat. Sed, his præmissis, jam singula consideremus. — מקמת plurale est, cujus singulare מקם in versu 5° occurrit. — גופתם (decurtatum in גפתם in titulo 41, v. 3) provinciam Yemeni الجوف *Al-Djauf*, id est «planitiem» inter montes, dictam designat. D. H. Müller existimat Gaufatum campo *Ḳâʿ Djahrân* dicto esse assimilandum. Quod probamus. — עלם عَلَم (cf. titulum 41, v. 1 et 3), nomen sacrarii, ubi ʿAthtar Dhû Gaufat colebatur, in colle sine dubio ædificati. De hoc vocabulo, cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 8. Nonne عَلَم ab Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 128, v. 18, أعلى موضع في الجبل «locus altissimus in monte» definitur? — Deus חלם حَلِيم Ḥalîm (deum) clementem designat. Animadverte الحليم, cognomen Allâhi, apud Lane, *An Arabic-English Lexicon*, p. 633 *a*, et حليم frequens Allâhi epitheton in *Corano* (II, 225, 236, 265, etc.).

Versus 5. Complemus [ין]מחרמינה, duale simile duali שעבינהין (v. 1). — Nomina sacrariorum duorum sunt יפע, id est splendidus vel eminens; cf. יָפִיעַ, nomen oppidi apud Josue, XIX, 12, necnon يَفَع «collis»; et מתבע, scilicet, ni fallimur, templum principum *Tubbaʿ* (تُبَّع) nuncupatorum. Recordare tamen dignitatem תבע *Tubbaʿ* a titulis Yemenensibus hactenus abesse, si nomen proprium תבעכרב «Tubbaʿkarîb» (Fr. 56, v. 1; Os. 10 = B. M. 13, v. 5; 14 = B. M. 15, v. 6; etc.) et nomen appellativum in tituli spurii versu 2 excipias, quem Fr. Lenormant bis edidit in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, nouvelle série, IV (1868), p. 64, et in *Lettres assyriologiques* (Paris, 1872), II, p. 9, et quem J. Halévy in *Études sabéennes* (Paris, 1875), p. 187-191, retractavit. — Deus Rakhîm Sudjuḥ, do-

minus Saidi, inauditus. Arabice رَخِيم سُحُّ «misericors, lenis» significat, quum radix رخم idem valeat ac usitatior رحم. Quod de nomine dei Ḥalîm (v. 4) observavimus, adjectivum divinitati proprium nominis divini vim adipisci, potest etiam dici de Rakhîm Sudjuḥ. — שיד, nomen sacrarii; cf. nomina propria locorum السِّيد et السِّيدان apud Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 211. — Post mentionem deorum fit mentio avi, cujus nepotes prædia sua Talfam texerunt (v. 1 et 2). Cf. similia in titulis 20, v. 3 (supra, p. 32-33); 21, v. 2 (supra, p. 34-35); atque apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 10-11. — Solem (שמסם) deam esse apud Ḥimyaritas testatur בעלת «domina» appositum in titulis 11, v. 1 (supra, p. 22-24), et 43, v. 3 et 5. אשמסהמו, plurale ipsorum deas Soles comprehendens, in titulo 46, v. 5, item invenies. — Deabus superioribus cœlum habitantibus opponuntur deæ subterraneæ quæ ne aqua puteorum arescat provident. Quæ deæ מנצחת | אביתהמו «aqua conspergentes domos ipsorum» nuncupantur. Cf. femininum מנצחת[המו in titulo Glaseri 289°, v. 4 (Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 175-176), et masculinum מצחהמו in titulo 41, v. 4, cum elisione litteræ *nûn*, necnon plane scriptum מנצחהמו in titulo 47, v. 2, cujus occasione D. H. Müller fuse de puteis النَّواضِح et de diis puteorum custodibus disseruit. Vide D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 53-55, separatim excusum ex *Zeitsch. d. deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 371-373. Nymphas puteorum non ad verbum, sed ad sententiam, fortasse nimia cum libertate, transtulimus.

Versus 6. Dominus ipsorum (מראהמו) «Laʿaz Naufân Yuhaṣdiḳ, rex Sabæ et Raidâni», indici addendus, quem ante repertum hunc titulum scripsit D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 42-44. Nomen proprium Laʿaz nobis decurtatum videtur ex אלעז «Îl robur est»; cf. Hal. 77, v. 1 (pro סלעז); 231, v. 7; etc., necnon Ἐλέαζος *Peripli maris Erythræi* apud Carolum Muellerum, *Geographi Græci minores*, I, p. 277. — נופן cognomen, e radice ناف «elatus est, eminuit»; cf. nomen proprium נופם in O. M. 17, v. 1 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 66-67), et cognomina ינף, תנף = ينوف, تنوف. — יהצדק = يهصدق carminis Ḳalâʿitici, v. 265, apud D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 41. Sensus quartæ formæ hic cum usu hebraico magis quam cum arabico congruit. — אחיל plurale sicut latinum *vires;* cf. titulum 41, v. 4. — De plurali מקימת (etiam מקמת in nostro versu 4), vide D. H. Müller apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104. — Miraberis spatium vacuum inter דתמס et אלהן. D. H. Müller ideo דתמס[ן] ד[אלהן legit, etsi versus secundus in eodem contextu certo דתמס|אלהן præbeat. Muelleri interpretationem ideo improbantes, nos potius conjicimus penes lapicidam spatium vacuum majus remansisse quam quod litteris, quas describendas habebat, impleretur. Quum autem ultimum vocabulum, monogrammate repetitum, monogrammati proximum esse vellet, intervallum in medio versu propterea reliquit ut eum usque ad finem perduceret.

ARTICULUS II.

ḌÂFF.

41

Langer, 2.

Quum, Ḥodaida profectus, Ṣanʿâum Ed. Langer pergeret, altero vicesimo die mensis martii anni 1882 vicum Ḍâff attigit, ubi tres titulos exteriori mosquitæ muro inclusos reperit et exscripsit; vide D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte aus Syrien und Arabien*, p. XXXIV. Anno 1886, undecimo die mensis januarii, Ed. Glaser per Ḍâff transivit, atque sibi novum titulorum exemplar e lapidibus confecit, quod ineditum summa cum humanitate nobis commisit ut in publico proponeretur.

Ḍâff, nunc pagus quinquaginta domuum super tumulo situs, tempore Al-Hamdânîi, scilicet decimo Christi seculo, prima inter urbes provinciæ Djahrân dictæ habebatur; vide Al-Hamdânî, *Dja-*

zîrat al-ʿArab (ed. D. H. Müller), p. 111, v. 14; et cf. Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 438, sub voce جهران «provincia Djahrân». Jam decimo septimo Christi seculo a vetere gloria desciverat, quum in descriptione Yemeni, qualis tunc temporis erat, quam F. Wüstenfeld edidit, omittatur; cf. F. Wüstenfeld, *Jemen im* XI. (XVII.) *Jahrhundert* (Göttingen, 1884). Niebuhr non solum de vico quem *Höddâfa* vel *Eddoffa* (quod nihil aliud est quam الضافة, cum articulo et terminatione feminini), sed etiam de titulo litteris obscuris scripto retulit. Vide ejus *Beschreibung von Arabien* (Koppenhagen, 1772), p. 234; gallice *Description de l'Arabie* (Paris, 1779), II, p. 68.

Prisca provincia (جهران) Djahrân, nunc imminuta et *Ḳâʿ Djahrân*, id est campus Djahrân, nuncupata, unius circiter diei itinere inter occidentem et meridiem a Ṣanʿâo distat. Octo titulos, quos S. Langer in hac regione invenit, servata dispositione quam D. H. Müller in eorum descriptionem introduxit, eodem ordine tractabimus. Non inconsulto enim titulum suum Ḍâffensem primum ad titulum Madhâbensem (apud nos 40) propius admovit, quum re et verbis ambo concinant. Quod imitari statuimus.

Lapis albus, cui primus Muelleri titulus Ḍâffensis, apud nos 41, inscriptus est, 1^{m} latus, $0^{m},40$ altus est. A dextera integer, aliquot damna a sinistra accepit.

De titulo egit D. H. Müller in *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 352-361; separatim excusum sub titulo : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 34-43.

Hæc in apographo Glaseri inedito leguntur :



Quæ hebraice sic transcribimus :

אבכרב | יהטבן | בן | מדרה · ותפ · | ומ · כם | ארשו | עלם | אקול | שעבן | מהאנפם | ברא
ותובן | ביתיהמו | מהורן | ויסר | ומשודהמו | חרור | ברדא | עתתר | שרקן | ואלהמו | עתתר | ד
גפתם | בעל | עלם | ושרקן | ודת | חמים | בעלי | מחרמן | רידן | עאלהמו | בשר | ומצחהמו | בעל | שבען
ושמסהמו | וברדא | ותחרג | מראהמו | יס · מיהצדק | מלך | סבא | ודרידן | ובאחיל | שעבהמו | מהאנפם | יצע

Versus 1. אבכרב. Vide titulum 20, v. 1 (supra, p. 32-33), et titulum 12um Musei Luparensis, v. 5, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 16. — Cognomen יהטבן novum et obscurum. D. H. Müller يُوظِبَّ confert, cujus *wâw*, servato *hê* quartæ formæ, ceciderit. Arabice مُواظِب «assiduus, perseverans» significat. Nomen proprium וטבן, in Os. 30 = B. M. 27, v. 1, radicem וטב apud Sabæos usitatam fuisse demonstrat. De vero cognominis sensu incerti, meliora afferre nequimus. — Legendum sine dubio מדרחם, nomen tribus, sicut in titulo 40, v. 1 et 5. Itaque vocabulum בן præcedens non filium, sed nepotem designat. — תפין | ומליכם etiam ex titulo 40, v. 1, noveramus. — Abûkarîb, Thifyan et Milyak «sacerdotes (sacrarii) ʿAlam et principes tribus Muha'nif» dicuntur. ʿAlam hic brevius pro «ʿAthtar Dhû Gaufat, dominus ʿAlami» (vide v. 2 et 3, et titulum 40, v. 4) adhibetur, quum vocem רשו «sacerdos» nomen dei semper proxime sequatur. Sacer-

dotium cum principatu conjunctum iisdem hominibus apud populos semiticæ originis committi solet. D. H. Müller provocat ad recordandum antiqui Malkîṣedeḳ, qui (*Gen.*, XIV, 18) appellatur «rex Salêmi, sacerdos Éli supremi». Vide etiam exempla similia apud Assyrios, ut nos monuit professor in universitate Pensylvaniæ Philadelphiana, Morris Jastrow junior, litteris die quinto octobris 1887 scriptis. Quod nobis confirmat sodalis noster, vir doctissimus Julius Oppert. Vide etiam titulum phœnicium Tabniti nuperrime repertum, v. 1 et 2, necnon titulos Maʿîni a Jos. Halévy repertos, secundum interpretationem quam Ed. Glaser, in *Südarabische Streitfragen* (Prag, 1887), p. 27-29, nostra sententia rectam, proposuit. Apud Arabos, *khalîfa*, utpote qui *imâm* eo ipso fieret, res divinas non magis quam humanas gubernavit; quod duplex imperium hodierni khalifatus successores sibi vindicare non desierunt. — De tribu Muha'nif, cf. versum 4, et titulum 40, v. 1, 2 et 6. — Ultimæ versus litteræ ab Indo quodam per vicum Ḍâff transeunte deleta sunt; vide S. Langer in D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. XXXIV. Comple : בראו | והותרן, sicut in tituli 17 v. 2.

Versus 2. Pro והשקרן tituli 17, v. 2, legitur hic ותובן, uno et eodem sensu; cf. titulum 36. — Castella duo sunt מהורן, scilicet «locus ubi sunt aquæ receptacula» (cf. הור in titulo 40, v. 2, et quæ ad illum locum adnotavimus), et יסר, nisi יכר legendum est, Glasero inter duas lectiones ambigente. Si יסר legas, Ed. Glaser monet amnem, وادى يسار *Wâdî Yasâr* nuncupatum, per vicum Bait Farḥân, in regione Ânis, ad occidentem urbis Yafaʿ (cf. sacrarium יפע in titulo 40, v. 5) fluere et duarum horarum itinere inter occidentem et septentrionem ab urbe Ḍûrân distare. Sin autem יכר anteferas, de يكار *Yakâr* vel يكاران *Yakârân*, ubi titulus noster 46 repertus est, cogites decet. — Quod genus ædificationis משוד nominetur ambiguum. D. H. Müller ædificia adjuncta designari hoc vocabulo existimat. Nos autem, Glaserum secuti, מלך|מען|ומשוד|מען (Hal. 191, v. 1; 192, v. 3, etc.) «rex Maʿîni et sacerdos Maʿîni» vertimus (vide quæ ad versum primum adnotavimus) et משודהמו hic (itidem משודם in Hal. 353, v. 12, et משודסם in Hal. 365) templum, vel potius sacellum significare persuasum habemus; cf. Ed. Glaser, *Südarabische Streitfragen*, p. 25. Alio plane sensu משודנהן «duo archetypa» in titulo 26, v. 6, adhibetur, modo ut deficientia juste restituerimus, interpretatioque nostra comprobetur. — De nomine sacelli חרור tacet D. H. Müller, qui hoc vocabulum in transcriptione sua hebraica omisit. Legimus Ḥirwar, ḥimyaritico more, sicut in versu primo Thifyan et Milyak legimus. Sic ad حُرور et حَرارة «calere» conferenda adducimur. — Inter deos præsides apparet primus ʿAthtar Orientalis, custos monumentorum; vide, supra, p. 32-35, occasione titulorum 20, v. 4; 21, v. 3. — אלהמו «deus ipsorum»; cf. v. 3. De אל «deus», nomine appellativo, vide, supra, p. 20, 34 et 40, quum de titulis 8, v. 2; 21, v. 2; 26, v. 2, egimus.

Versus 3. גפתם, scriptio manca pro גופתם in titulo 40, v. 4. — Post ʿAthtarum Orientalem et post ʿAthtarum Dhû Gaufat enumerantur ut construentibus opem ferentes «Orientalis et Dhât Ḥimyam, domini ambo sacrarii Raidân». Deus et dea, in eodem sacrario culti, divino matrimonio conjuncti, sunt sol oriens et dea solaris Dhât Ḥimyam. Müller non dubitat quin sacrarium Raidân inclyto regum Ḥimyaritarum castello sit assimilandum, ubi deæ Soles sua templa certo habuerint. — Quinti dei nomen בשר, بشير, *Bashîr*, nihil significat nisi numen propitium «nuncium exoptatum afferens». — מצחהמו, pro מנצחהמו (sic in titulo 47, v. 2), deus mas est, cujus socias מנצחת | אביתהמו in titulo 40, v. 5, animadvertimus. Sacrarium deo consecratum nuncupatur שבען. Cetera exempla hujus nominis proprii D. H. Müller congessit; vide ejus *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 53. Idem Šabʿân pronunciat, ejusque exemplo moveremur, nisi Glaser nos monuisset vicum Šubâʿ (شباع) non longius intervallo unius horæ et dimidiæ orientem versus Yakâro distare. Fieri potest duas eloquendi rationes valuisse, Šubâʿ et Šubâʿân, quemadmodum in eadem regione Yakâr et Yakârân pariter usurpabantur.

Versus 4. Deus sextus est ipsis, id est tribulibus, peculiaris Sol; cf. itidem שמסהמו supra, p. 22-24, in titulo 11, v. 1, et infra in titulo 43, v. 2 et 3; necnon plurale אשמסהמו in titulo 40, v. 5. De nostro titulo 11, vide nunc J. H. Mordtmann, *Vergessene himjarische Inschriften*, I, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XLI (1887), p. 308-310. — ותחרג vocabulo ומקם in titulo 40, v. 5, respondet. Dignitate auctus ea, qua potestas תחרג dicta ei defertur, nominatur מחרג; vide titulos Glaseri 275-276, v. 2, et Ḥousn Gurâbi, v. 6, apud J. H. Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften*, in *Zeitschr. der d. morg. Gesellschaft*, XXXIX (1885), p. 228 et 231. תחרג, collato arabico حرّج «in angustiam redegit», arbitrium, imperium significare nobis videtur. Quæ Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 77, de hodierno apud Yemenenses usu hujus vocabuli memorat cum iis egregie congruunt quæ Silvestre de Sacy in sua *Chrestomathie arabe* (ed. altera, I, p. 255) docuit. — Lege יסרם = ياسِرٌ, ut suadet D. H. Müller, et cf. titulum 46, v. 1. יסרם *Yâsir*

a יסר *Yasâr*, nomine castelli in v. 2, distinguendum. — Nota cognomen יהצדק, quod in titulo 40, v. 6, jam invenimus, hic a nomine יסרם separationis linea non dirimi. — Sicut Laʿaz Naufân Yuhaṣdiḳ tituli 40, v. 6, sic etiam Yâsir Yuhaṣdiḳ indici regum Sabæ et Raidâni addendus, quem ante repertos hos titulos D. H. Müller operi suo *Die Burgen*, II, p. 42-44, inclusit. — אחיל; cf. titulum 40, v. 6. — D. H. Müller censet ultimum vocabulum יצע nomini tribus מהאנפם addi, ut tribus Muha'nif pars definita discernatur, et comparat *Manaʿî* post *Alhân* in titulo 40, v. 2 et 6. Quod nobis minime placet, quum in titulo 40 *Alhân Manaʿî* bis legamus et duo hæc vocabula penitus cohærere videantur; Muha'nif autem sine ulla appendice, non solum in titulo 40, v. 1 et 2 et 6, verum etiam in ipso titulo de quo agimus, v. 1, inveniamus. Inde adducimur ut aliam et fortasse meliorem viam ingrediamur. Nempe יצע = يضع nomen artificis esse, qui titulum lapidi inscripsit, suspicamur. Vide talem scalptoris alterius subscriptionem supra, p. 15-19, sub fine tituli 6, v. 4.

Omnibus bene perpensis, titulus hoc modo complendus et vertendus nobis videtur :

1 אבכרב | יהטבן | בן | מדרח[ם] | ותפ[יז] | ומ[לי]כם | ארשו | עלם | אקול | שעבן | מהאנפם | בראן | והותרן

2 ותובן | ביתיהמו | מהורן | ויסר | ומשודהמו | הרור | ברדא | עתתר | שרקן | ואלהמו | עתתר | ד

3 גפתם | בעל | עלם | ושרקן | ודת | חמים | בעלי | מחרמן | רידן | ואלהמו | בשר | ומצחהמו | בעל | שבען

4 ושמסהמו | וברדא | ותחרג | מראהמו | יסרמיהצדק | מלך | סבא | ודרידן | ובאחיל | שעבהמו | מהאנפם | יצע

1 *Abûkarîb Yuhaṭhib Madhraḥensis, et Thif[yan], et Mi[lya]k, sacerdotes (sacrarii) ʿAlam, principes tribus Muha'nif, condide[runt, et fundaverunt,*

2 *et texerunt duo castella sua Mahwar et Yasâr, et templum suum Ḥirwar, ope ʿAthtari Orientalis, et dei sui ʿAthtar Dhû*

3 *Gaufat, domini ʿAlami, et Šarḳâni et Dhât Ḥimyam, utriusque domini sacrarii Raidân, et dei sui Baśîr, et dei sui puteis aquam suppeditantis, domini Šubâʿâni,*

4 *et Solis suæ; atque ope et imperio arbitri sui Yâsir Yuhaṣdiḳ, regis Sabæ et Raidâni, et viribus tribus suæ Muha'nif. Yaḍaʿ.*

Quum inter structores ædificiorum Thifyan et Milyak in titulis 40 et 41 occurrant, D. H. Müller nobis rectissime hoc modo concludere videtur, quum reges Laʿaz Naufân Yuhaṣdiḳ tituli 40, v. 6, et Yâsir Yuhaṣdiḳ tituli 41, v. 4, solii Sabæ et Raidâni heredes, unum alteri protinus successisse contendit, proxima patris et filii cognatione probabiliter inter se junctos. Cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 40. Utcumque se ea res habet, utrum Laʿaz ante Yâsir an Yâsir ante Laʿaz ordine sit collocandus, et quando uterque regnaverit, ignoramus.

42

Langer, 3.

Fragmentum, a sinistra fractum, externo mosquitæ muro, sicut præcedens, inclusum, Ed. Langer anno 1882 altero vicesimo die mensis martii exscripsit. Rursus Ed. Glaser, anno 1886, undecimo die mensis januarii, apographum sibi confecit et nobis publici juris faciendum commisit.

Titulum ex apographo Langeri edidit et interpretatus est D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 361-362; separatim excusum sub titulo : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 43-44.

Hæc, auctore Glasero, leguntur :

1 | ⊣ΗΠΥ•• | ΧΖ•ΡΨ⊣ |

2 | ⊣ | •ΣΡΥΛΥ | ΣΧΦΖ⊣ | ΗΠ | Σ

3 | ΛΗ⊣•• | Π• | •ΣΥ⌐Λ | •ΣΧΖ•• | ⊃

Quæ hebraicis litteris sic transcribimus :

1 לחיעתת | ווהבאל |

2 ן | הנרהמו | נשפתם | בן | מ

3 ··עדנם | וב | ··המו | ועתתר | ·

Versus 1. Initium tituli non habemus, quum primum inter nomina propria ædificantium vel voventium cognomen vel patris mentio comitari soleat. Ideo littera *wâw* ante לחיעתת supplenda. — לחיעתת; cf. titulum 2, v. 2. — והבאל; vide titulum 1, v. 6.

Versus 2. Ante הנרהמו « urbs ipsorum » (cf. titulum 43, v. 3, et Hal. 40) supplendum ן[וגנא | והותרן | בראו |], vel aliud simile; cf. Hal. 280-323; 325; 326; 328; 331; 332; 340, ubi unus et idem titulus quinquagies repetitur; necnon titulos nostros 4, v. 2; 6, v. 3; 17, v. 2; 40, v. 2; 41, v. 1 et 2. Fortasse, pro וגנאן, conjice ותוכן, sicut in titulis 36, et 41, v. 2. — נשפתם urbis magnæ nomen esse debet, quum הנר de oppidulo nusquam adhibeatur; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 99, adn. 1. Hoc autem nomen, quod in titulo 43, v. 3, iterum apparebit, Muellero videtur esse antiqua appellatio urbis Ḍâff; cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 7. Nos autem provocamus ad comparandum مخلاف نَسَفان *mikhlâf Nasafân*, Dhamâro vicinum, in finibus meridionalibus campi Ḳâʿ Djahrân dicti, apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 781; cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 4. — מ[ותרם, quod D. H. Müller post בן proponit, domui et castello potius quam urbi conveniret. Nos בן|מ in באלמ[קה « Nomine Ìlmaḳḳâhi » corrigendum credimus (vide titulum 43, v. 4) et, collato titulo 18, v. 2, legimus deinde ורת| חמים|ור.

Versus 3. Lege עדנם[ב|ת, versu secundo in ור desinente. Dea Dhât Baʿdân jam in titulo 18, v. 2, occurrit; cf. supra, p. 28. — Deinde אלהמו|וב, sicut in titulo 41, v. 1 et 2, legimus. Cf. præsertim אלהמו|וב, idem significans, post בעדנם|רת, apud Os. 32 = B. M. 30, v. 4. — Ne litteræ *wâw* sequentis rationem habeas. « Ipsorum deus » est ʿAthtar. — Vestigia litteræ *wâw*, aliud dei nomen antecedentis, apparent.

Ex his quæ diximus patet titulum ex parte sic restituendum et vertendum :

1 ו[לחיעתת | ווהבאל | [בראו | והותרן | וגנא

2 ן | הנרהמו | נשפתם | באלמ[קה | ורת | חמים | ור

3 ת | ב[עדנם | וב | אלהמו | עתתר | ו

1 *et] Leḥiʿathat, et Wahb'îl [condiderunt et fundaverunt, et muro circumdede-*
2 *runt urbem suam Nasafat. Nomine Ìlma[ḳḳâhi, et Dhât Ḥimyami, et Dhâ-*
3 *t Ba]ʿdâni, et nomine dei ipsorum ʿAthtari, et. . . . . .*

43

Langer, 4.

Lapis, a dextera fractus, eidem mosquitæ Ḍâffensis muro, cui tituli 41 et 42, sed inversus inclusus est. Cujus apographa Langeri et Glaseri compares licet, prius Langeri a Davide Henrico Müller editum, posterius Glaseri a nobis, viri humanissimi permissu, nunc primum in lucem prolatum. Litteræ parvæ et erasæ non jam oculis clare percipi possunt.

Titulum edidit et illustravit D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 362-363; separatim excusum sub titulo : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 44-45.

Hæc in apographo Glaseri leguntur :

1 ⊙ϟϩⲡ | ⲛϩⲛⲛⲍ | ⲙⲙⲥ⊙ | ⲭⲩ⊙ϕ⊙ⲩ | ⊙ⲩϟϩⲡ⊙

2 ϩⲛⲛⲍ | ⲛⲥϕⲣⲛ | ϟⲥϕⲍⲩ⊙ | ϟⲥⲩ⊙ⲩ⊙ | ⊙ⲩϟϩⲡ

3 ⲭⲩ⊙ⲡ | ⲛⲭϕϫϟ | ⊙ⲛⲩⲥⲣⲣⲩⲡ | ϟⲥⲓⲓⲁ | ⲭⲁ

4 . . . . . | ⲡ⊙ | ⲩϕⲛⲁϩ⊙ | ϩ

5 ⲍ | ⊙ⲛⲩϕϫ⊙ⲁ | ϟⲥⲃⲍ⊙ | ⲡϕⲥⲩ | ⲭⲁ⊙ⲓⲓ

6 ⲛⲛϩ;ⲩ | ϩⲁⲛϩ⊙ | ⲛⲭϕ⊙ⲍ⊙ | ⲛⲭ

Quæ hebraicis litteris :

1 ובנהו | הופעתת | ורכב | שמסס | בנו

2 בניו | והותרן | והשקרן | מחרם | שמס

3 עלת | ל·רן | בהגרהמו | נשפתם | בוית

4 ס | ואלמקה | וב | . . . . . .

5 ·ולת | ירקב | ושברן | לעשפהמו | ש

6 תם | ושופתם | ואמלא | י·סמ |

Versus a sinistra integri videntur; a dextera quinque vel sex litteris circiter manci sunt, ut ex nostro commentario patebit.

Versus 1. ובנהו ex ובניהו «et filii ipsius» decurtatum; cf. titulos 8, v. 1; 37, v. 1; supra, p. 20 et 56. — הופעתת; itidem in titulis 1, v. 2; 37, v. 4. — רכב | שמסס, nomen proprium compositum, conflatum ex רכב = רכיב «servus» et שמסס «dea Sol», ita ut רכב|שמסס (animadverte lineam separationis), quod noli confundere cum רבשמסס in O. M. 2 *a*, v. 8, et Langer, 14, v. 5, fortasse in nostro titulo 31, v. 4 (supra, p. 40), idem valeat quod עבדשמסס in Os. 10 = B. M. 13, v. 1; cf. phœnicium עבדשמש (Ἡλιόδωρος) titulorum 116 et 117 apud *Corpus inscriptionum semiticarum*, pars prima, p. 141-144. Si nostræ interpretationi favebis, nomen proprium viri רבכם in Os. 8 = B. M. 11, v. 1 et 9, atque in titulo Academiæ 5°, v. 1 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 46-47) nomen theophorum abscissum erit, nomini proprio עבדם in titulo 30 (supra, p. 47-49), v. 1, simillimum. — בנו «nepotes», sicut in titulis 1, v. 3; 2, v. 2, etc.

Versus 2. בניו|והותרן|והשקרן; cf. quæ ad titulum 17, v. 2, adnotavimus.

Versus 3. Quum versus initio careant, supplemus שמס[המו|ב]עלת, collatis titulo 11, v. 1, et iis quæ occasione hujus loci (supra, p. 23) congessimus, necnon titulo 41, v. 4. — Lectionem גברן retinemus, collato vico جبّار, uno e vicis Yemeni (من قرى اليمن) apud Yâḳût, *Muʿdjam*, II, p. 15. — נשׁפתם | בהגרהמו; cf. titulum 42, v. 2. — Sequuntur nomina deorum faustorum : sine ulla dubitatione legimus בעתת[ר «nomine ʿAthtari».

Versus 4. Post litteram *rês* ʿAthtari, addimus ס[והוב, collatis titulis Fresnel 55, v. 5; 56, v. 2; et Os. 33 = B. M. 34, v. 3, ubi iidem tres dii eodem ordine adducuntur; cf. etiam Fresnel 32, v. 2. Sub fine versus adde |רת חמים|ורת|בעדנם, deabus Dhât Ḥimyam et Dhât Baʿdân in hoc contextu plerumque commemoratis; vide titulum 42, v. 2 et 3.

Versus 5. Hoc esse initium versus credimus : |ושמסם ב]עלת; cf. versum 3, et Os. 4 = B. M. 5, v. 12; Hal. 100, v. 1; O. M. 13, v. 1. — Duo deinde sacraria deæ Solis citantur, nempe ירקב = يَرْقُبُ «qui custodit, qui observat», et גברן, in quod (cf. v. 3) שברן corrigendum. — Deinde לושׁפהמו, Muellerum secuti, legimus; cf. Os. 12 = B. M. 8, v. 8; 17 = B. M. 18, v. 5-7; O. M. 13, v. 11; titulum Academiæ 11um apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 63-68. Sensus est optativus: «Utinam donet ipsis».

Versus 6. Incipit, ni fallimur, a מסס|נעמ]תם, quum versus 5 in litteram *šin*, initium vocabuli שמסם, desinat. — שׁופתם, substantivum a verbo שׁוף (cf. Os. 7 = B. M. 14, v. 8, et titulum Academiæ 10um, v. 8 et 9, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 61-64) ductum, sicut נעמתם a verbo נעם. — Tituli finem fuisse conjicimus : בעמהו | מ[לאנן | יס[ת | ואמלא «et vota quæ ut expleantur petent ab eo». De אמלא, in statu constructo cum decima forma verbi hujusdem radicis, cf. titulos 2, v. 9, atque exempla, supra, p. 10, per hanc occasionem allata; 67, v. 6; 68, v. 2 et 3.

Titulum ergo, restitutis restituendis, sic legimus et vertimus :

1 .... |] ובנהו | הופעתת | ורבב | שׁמסס | בנו
2 .... |] בניו | והותרן | והשׁקרן | מחרם | שׁמס
3 המו | ב]עלת | גברן | בהגרהמו | נשׁפתם | בעתת
4 ר | והוב]ס | ואלמקה | וב | [רת | חמים | ורת | בעדנם
5 ושׁמסס | ב]עלת | ירקב | וגברן | לושׁפהמו | ש
6 מסס | נעמ]תם | ושׁופתם | ואמלא | יס[ת]מ[לאנן | בעמהו

1 *M. . . .,] et filii ipsius Hauf'athat, et Rabîb Šams, nepotes*
2 *. . . . . i,] construxerunt, et fundaverunt, et texerunt sacrarium Solis*
3 *suæ, do]minæ Djabbârâni, in urbe sua Nasafat. Nomine ʿAthta-*
4 *ri, et Hauba]si, et Îlmaḳḳâhi, et [Dhât Ḥimyami, et Dhât Baʿdâni,*
5 *et Solis do]minæ Yarḳubi et Djabbârâni. Utinam donet ipsis So-*
6 *l felici]tatem, et tutelam et vota [quæ ut expleantur] petent [ab eo].*

44

Langer, 5.

Fragmentum, in domo incolæ Ḍâffi servatum, S. Langer mense martio anni 1882 exscripsit. D. H. Müller apographum ad se missum interpretatus est in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 363-364; separatim excusum sub titulo : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 45-46.

(Impressum mense novembri 1888)

Hæc leguntur : Quæ hebraice :

1	[illegible]	נח	1
2	[illegible]	ם ו ומא	2
3	[illegible]	במעקבה	3
4	[illegible]	ר ו מלך	4
5	[illegible]	עבחי	5

Versus 1. נח fortasse initium vocabuli נחלתם «donum», de quo vide Fresnel 40, v. 2; Os. 35 = B. M. 33, v. 6; Hal. 199, v. 3; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 41 et 65.

Versus 2. Quum ומא[תם «et centum» probabiliter legendum sit, et decusses littera *yôd*, non littera *mîm*, terminentur, numerus minor quam decem ante ומאתם, nescimus quis, supplendus.

Versus 3. Radix עקב in titulis ḥimyariticis non rara, cujus exempla occasione nostri tituli D. H. Müller congessit. מעקב novum «observantiam legum, religionem» significare opinamur, collato æthiopico ዐቀበ *ʿaḳaba* «custodire, observare»; cf. etiam phœnicium עקב apud *Corpus inscriptionum semiticarum*, pars prima, p. 98, in titulo 86 B, v. 1.

Versus 4. Ut recte agnovit D. H. Müller, ות]ר|מלך[|סבא non dubium; cf. supra, p. 6, 22, 56-61, titulos 1, v. 5; 10; 37, v. 7.

Versus 5. Lege certo : ובחיל «et potentia»; cf. decurtatum ובחל in titulo 45, v. 8.

Sic ergo tituli ordinem restituere tentamus :

M. . . . . .
1 . . . . . *obtulit*] *do*[*num* . . . . . .
2 . . . . . *quin*]*que* (?) *et cen*[*tum* . . . . . .
3 . . . . . *in religione su*[*a* . . . . . , *per potentiam principis sui*
4 *Karîb'îli* (?) *Wata*]*r, regis* [*Sabæ et* . . . . . .
5 . . . . . *et potentia* . . . . . .

Karîb'îl conjectura supplevimus, non obliti tamen septem reges, ut D. H. Müller commemoravit, cognomine *Watar* appellari. Vide D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 38-42.

45

Langer, 6.

(Tab. XII.)

Fragmentum omni ex parte truncum, ita ut nec primum, nec ultimum versum habeamus et versuum servatorum initio simul ac fine careamus. Lapis, urbe Ḍâff oriundus, exstat nunc Vindobonæ in Imperiali Regali Museo, quod *Kaiserlich-Königliches Naturhistorisches Hofmuseum* vernaculo sermone nominant, postquam Davidi Henrici Müller in possessionem prius venerat. Idem vir nobiscum ectypum chartaceum e lapide ipso sumptum humanissime communicavit, quod in tabula nostra duodecima solis luce expressum invenies.

Titulum tractavit D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 364; separatim excusum sub titulo : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 46.

Hæc sine dubio leguntur :		Quæ hebraice :	
1	.....	.....	1
2	| ዛ ዘ | ወ ዘ ሠ	חכם | בן |	2
3	ዘ ● | ወ ወ ሐ | X	ת | אמם | וב	3
4	ገ ፡ ወ | ዛ ሐ X | ዛ	ן | תסן | מפג	4
5	ኮ ሐ ሠ ገ | ገ ዘ	דל | לחכר	5
6	፡ ጸ ዛ ዘ ● | ዛ ዛ	נן | ובנצף	6
7	ኦ ০ ጸ ● | X ዛ ·	·נת | ואער	7
8	| ገ ሢ ዘ ● | ወ ፡	קם | ובחל	8
9	ዛ ሐ ኮ ዘ ገ ሐ	כלברכן	9

Versus 1. Aliquot litterarum vestigia suspicamur, nullam autem litteram dispicimus.

Versus 2. Comple : בן | חכם[אב | בן | מכחן, collato titulo 46, v. 6.

Versus 3. ת finis videtur esse nominis proprii in עתת desinentis, חמעתת sit, aut כרבעתת, aut aliud simile. — אמם = إمام «imâm», ni fallimur. De arabicis imâmis qui multo post in Yemeno etiamtum pollebant, vide F. Wüstenfeld, *Jemen im XI. (XVII.) Jahrhundert. Die Kriege der Türken, Die Arabischen Imâme und die Gelehrten* (Göttingen, 1884). — Littera *bêt*, qua versus terminatur, alterius dignitatis designationem fortasse incipiebat, qua imâm ornatus erat. Quidni בין = بَيِّن «facundus», id est sacrarii quod deinde indicabatur prædicator? Hujus dignitatis mentionem vide apud Fresnel 12, v. 1; 29 = Hal. 52; 46; etc.

Versus 4. תסן obscurum. Provocamus ad comparandum æthiopicum ወሰነ *wasana* «definivit, destinavit, circumscripsit». Quæ si conjectura probabitur, תסן octavæ formæ إِتَّسَنَ verbi apud Arabas hoc sensu inusitati وسن erit æquiparandum. — Legimus מפגר = مَفْجَر vel مَفْجَرَة «locus quo aquæ confluunt, terra plana, in quam e vallibus aquæ effunduntur»; cf. פגר in Os. 16 = B. M. 20, v. 5 et 6, si Osianderi interpretationem (*Zeitsch. der deuts. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 211) probas; فَجْر «montis jugum» apud hodiernos Yemeni incolas secundum Fulgentium Fresnel (*Journal asiatique*, 1838, I, p. 520) significans; المَفْجَر, nomen loci Mekkæ vicini apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 586.

Versus 5. Prima littera utrum *dhâl* an *bêt* sit legenda hæsitamus. Secundam litteram, necnon tertiam *lâmi* potius quam *djîmi* a Muellero transcripti speciem præbere credas. Si obscurum per obscurius enucleare conveniret, בדל (Hal. 623) compararemus. Fortasse præpositio *lâm* ante et post lineam separationis bis repetita est. — לחכר etiam quid sibi velit non patet; cf. مخلاف الحُكْرة «provincia Al-Ḥoukra», in regione Aṭ-Ṭâ'if, apud Yâḳût, *Muʿdjam*, II, p. 301.

Versus 6. נצף, apud Prideaux 3, v. 2, Mordtmann arabici ناصِف «famulus» similitudine explanavit; quod valde laudamus. Quum autem titulus noster ad consecrationem loci quo aquæ confluunt (cf. adnotationem ad versum 4) spectare nobis videatur, arabicum ناصفة «canalis» huc trahimus.

Versus 7. Initio מכנת = مبانية «ædificia» legimus, omisso *yôd* radicis בני, sicut in Hal. 465, v. 2; cf. D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 27. — Quod sequeretur ואער[ף «et porticus», collato titulo 24, v. 5, supra, p. 37-38.

Versus 8. Non dubitamus quin compleamus בכ[קם | ובחל «beneficio et potentia». חל, scriptio manca pro חיל (cf. ובחיל in titulo 44, v. 5), sicut in Os. 5 = B. M. 3, v. 3.

Versus 9. D. H. Müller lineam separationis inter כל et ברכן interposuit et «omnia aquæ receptacula» vertit. Animadverte nullam in titulo ipso separationis lineam apparere, nec tamen Muelleri translationem, ad conjectum tituli propositum quadrantem, rejicias.

Restitutis restituendis, adducimur ut tituli reliqua sic interpretemur :

1 [*N*. . . . . ., *filius* . . . . . ., *filii*]
2 [*Mubîḥi* (?), *filii Abû*]*ḥubbi*, *filii* . . . . . .
3 . . . ., *filii* . . . . . *ʿatha*]*ti*, *imâm et prædi*[*cator sacrarii* . . . . . .
4 . . . . . ., *circumscripsit locum ri*[*gatum* . . . . . .
5 . . . . . *quod est* (*provinciæ*) *Ḥukr*[*a* (?) . . . . . .
6 . . . . . *atque in canali* (?) . . . . . .
7 . . . . . *œdi*]*ficia et porti*[*cus* . . . . . .
8 . . . . . *bene*]*ficio et potentia* . . . . . .
9 . . . . . *omnia aquæ receptacula* . . . . . .

ARTICULUS III.

YAKÂR.

46

Langer, 7.

(Tab. XI.)

Yakâr, ut hodierno tempore nuncupatur, veteres Yakârân, ut apud Al-Hamdânîum (*Djazîrat al-ʿArab*, ed. D. H. Müller, p. 111, v. 14) legitur, cum nûnatione pronuntiabant. Vide quæ ad titulum 41, v. 2 et 3, supra, p. 69, adnotavimus. Yakâr pagus est in vicinia Ḍâffi, semihoræ unius, si Langero confidas, sin autem Glasero, totius horæ itinere inter septentrionem et orientem semotus. Huc quum Langer die vicesimo quarto mensis martii anni 1882 venerit, in mosquita lapidem invenit duo metra altam, instar columnæ adhibitum, in quo vestigia tituli ex parte deleti dispiciebantur.

Tres primi versus prorsus evanuerunt; reliquiæ versus quarti nihil præbent, e quo vocabula vel sensum elicere valeamus. Optima in versibus quinto et sexto apparent, quos non solum Langer exscripsit, sed quorum etiam, si primos utriusque versus characteres excipias, e lapide ipso ectypum chartaceum sumpsit. Quod ectypum, nobis a professore Vindobonensi Davide Henrico Müller benigne commissum, luce solis in tabula nostra undecima expressum invenies.

Titulum edidit et illustravit D. H. Müller in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 365-370; separatim excusum sub inscriptione : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 47-52.

Hæc in ectypo chartaceo leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

5 ברדא ו ומקם ו מראהמו ו י·ש·רקן ו ואליהמו ו עתתר ו ד·ופתם ו בעל ו עלם ו ובשר ו
ואשמסהמו ו וברדא ו מראיהמו ו יסרם ו יהנעם ו ובנה· ו
6 א ו שעביהמו ו מהאנפם ו ושהרם ו ובורחן ו דמחגתן ו דבחרפין ו ·חמסת ו ותמני ו ותלת ו
מאתם ו בן ו חרפם ו מבחן ו בן ו אבחב

Versus 5. In suo Langer apographo, ante ea quæ ex ectypo chartaceo excerpsimus, sequentia notavit :

| 𐩣𐩵𐩣𐩱 · · · · 𐩱𐩣𐩺 · · · 𐩵𐩺𐩲 · · · 𐩵𐩱𐩺𐩣 · · · ·

hoc est hebraice :

| · · · · מקדרת · · · אית · · · ימנ · · · · דמרם

pro quo legendum putamus : | מעדרת[ן | ו]א[ב]ית[ן | ד]ימנ[ת | מ]דמרם |, id est : (condiderunt, et fundaverunt, et texerunt) «arces et castella a meridie (urbis) Madhmar». Iisdem verbis suppletis quæ sunt in tituli 41 v. 1 et 2, vel aliis similibus (cf. tituli 17 versum 2), legimus deinde מעדרתן, plurale novum formæ مفاعلة substantivi usitatissimi מעדר, quo pars interior arcis et arx ipsa designantur; vide D. H. Müller, *S. Langer's Reiseberichte*, p. 24, adn. 3; cf. plurale מחפדתן apud Hal. 203, v. 2. Ni fallimur, Langer in voce ואביתן «et castella», quam deinde suspicamur, litteram *bêt* omisit. Sequitur דימנת «a dextera» sic apud Hal. 535, v. 2, scriptum, ubi דשאמת «a sinistra» opponitur. Arabum geographi Arabiam meridionalem Yemenum, Syriam autem, utpote septentrionalem, *Aš-Šaʿm* similiter appellant. Ideo «a meridie» vertere non dubitavimus. Scriptionem pleniorem יומנת mirare apud Hal. 237, v. 9; 238, v. 9 (quem titulum emendatum, ut Glaserianum 283, Hartwig Derenbourg in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 170-172, edidit); 253, v. 6; 406, v. 2, necnon apud Glaser 282, v. 7 (*ibid.*, I, p. 167-170). Nomen proprium hominis מדמרם jam e Fresnel 56, v. 1 et 2, innotuerat. מדמרם, ubi מדמר nomen esse loci vel tribus videtur, conjecimus hic occurrere, sicut in titulo quem D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXX (1876), p. 115-116, explanavit. Cf. itidem Hal. 110, v. 2, necnon nomen urbis ذَمار, alteram Ṣanʿâo proficiscenti meridiem versus stationem, de qua egit Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 55 et 104; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 385; Yâḳût, *Muʿdjam*, II, p. 721-722; IV, p. 436-437. — Incipit deinde ultima pars tituli, ubi arcium et castellorum ædificatores deos suos præsides ceterosque operis sui adjutores enumerant; cf. titulum 40, v. 4 et 5. Nomen principis voventium, cui primo gratiæ aguntur, obscurum. D. H. Müller שרקן י[ה] «orientem», cognomen principis in perdita tituli parte nominati, dubitanter proposuit, ipse in affirmando et in credendo cautus, quum certiora desperaret. Quum a littera *yôd* nomen vel cognomen incipiat, et ima litteræ *tâw* supersint, יתרשרקן proponimus, compositum ex imperfecto יתר verbi ותר quod in lingua Sabæorum potentiam exprimit, atque e nomine divino שרקן «Orientalis», sæpius epitheto dei ʿAthtar, sed etiam dei peculiaris appellatione in titulo 41, v. 3, supra, p. 68-69. Huc etiam referendi שרקן | בנו; cf. Ḥuṣn Guràb, 1, v. 2; Glaser, 275-276, v. 1 et 2, apud Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften* in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXIX (1885), p. 227, 228 et 231, atque apud Glaser, *Mittheilungen*, p. 77. Recordare etiam nomina propria ḥimyaritica ותר (in tit. nostro 10; apud Os. 14 = B. M. 15, v. 1), ותראל (Hal. 144, v. 5; 145, v. 7; 160, v. 1; etc.), הותרעתת (Hal. 119, v. 2; 398), necnon cognomina ותר (in titulis nostris 1, v. 5; 15; 37, v. 7) et אותר (O. M. 11 *b*, v. 1, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 43), nomina propria hebraica יָתֵר et יִתְרוֹ. — *Yôd* in אליהמו est signum dualis; cf. titulum 21, v. 2. Dii ambo sunt : 1° ʿAthtar Dhû Gaufat, dominus ʿAlami (cf. titulos 40, v. 4; 41, v. 3, ubi scriptio manca גפתם pro גופתם occurrit); 2° Baśîr (cf. titulum 41, v. 3). Ambo domini qui post «deas Soles ipsorum» laudantur, sunt : 1° Yâsir (de quo nomine vide quæ ad titulum 41, v. 4, adnotavimus) Yuhanʿim (cf. titulum 1, v. 5), cujus memoria traditione arabica servata est, quum rex يَاسِرٌ يُنْعِم commemoretur; 2° «ejus filius», initio versus sexti nominatus.

Versus 6. Langer hæc cum Muellero communicavit ut in principio versus sexti servata :

𐩺𐩵𐩣𐩨𐩵 · · · · · · 𐩵𐩣𐩹𐩨 · · · · ·

quæ, hebraicis litteris transcripta :

· · · · · ושמר · · · · · · · הוכרד

hoc modo nobis esse complenda et immutanda videntur :

מלכהמ]ו [|] שמר [|] יהרעש | וברדא

«Ejus filius» ergo designatur ut «rex ipsorum Šammar Yuharʿiš», de quo rege Sabæ et Raidâni vide titulum 2 Mordtmanni, nunc in Bibliotheca Maxima Parisiensi, v. 8, editum in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 289, titulum 14um Academiæ, v. 7, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 77, 80-81, et cf. شمر يرعش apud arabicos annalium scriptores et apud Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'islamisme*, I, p. 80-81, necnon apud A. von Kremer, *Ueber die südarabische Sage*, p. 68-69. — Duo tribus, quæ struentibus faverunt, sunt Muhaʾnif (cf. titulos 40, v. 1, 2 et 6; 41, v. 1 et 4) et Šahîr (cf. דשהרם, Miles 1, v. 1, in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 680, et, quum nomen proprium שהרם in titulo 32, v. 1, tum adjectivum determinatum שהרן in titulo 30, v. 3). — Sequitur designatio mensis et anni, præmissis conjunctione *wâw* «et», atque præpositione *be* «in». Nomen mensis דמחנתן supra, p. 18, cum דחגתן et arabico ذو الحجّة comparavimus, et simul de ætate hujus tituli et ceterorum quorum auctor certi anni mentionem fecit disseruimus. Ibi videbis annum 385 aut anno 270 post J. C., ut Halévy et Fell opinantur, aut anno 73, si æræ Seleucidarum faves, respondere. — D. H. Müller judicat terminationem ין in חרפין pluralis externi esse. Cui non assentimur, quum substantiva in Sabæorum, sicut in Arabum sermone, plurali externo carere soleant, et hoc loco singulare in statu constructo potius quam plurale in statu absoluto requiratur. Nihil autem obstat quin *yôd* genitivum, *nûn* statum emphaticum exprimat, præpositione ד numerum introducente; cf. דל in titulo 6, v. 4, et in exemplis per occasionem tituli illius (supra, p. 18) allatis. Adde nos in ectypo chartaceo תמני cum uno *yôd*, non תמניי cum duobus, ut suadet Müller, legere. — Quid בן | חרפם significet hæremus incerti. Idem legimus apud Hal. 154, v. 8, pro שן | חרפם; sed, quum illic עד sequatur, auctor sibi voluit : «ab anno..... usque ad.....» Si בן hic præpositioni ב æquiparabimus, sicut in titulo nostro 2 בכל, v. 9, non differt a בן | כל, v. 10, tum בחרפם in titulis Os. 4 = B. M. 5, v. 10, et Müller 2, v. 8 (*Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 673), comparabimus. Nihil tamen erit actum nec quidquam in interpretando profecerimus. Negamus autem חרפם hic vocis חרף sine *mîmo* locum tenere, et nomine proprio sequente eponymum designari, sicut in exemplis quæ Halévy, *Études sabéennes*, p. 87-88, congessit, in quibus omnibus חרף mîmatione carens reperitur. בן | חרפם nobis, Muellerum probantibus, æram videtur significare apud Yemenenses vulgatam. Quod fuerit hujus æræ principium, quæ origo, adhuc ignotum. Hanc autem æram ad hominem qui deinde nominatur nullo modo esse referendam, a Muellero dissidentes, persuasum habemus. — Mubîḥ, filius Abûḥubbi (vide quæ ad tituli 45 v. 2 adnotavimus), nobis videtur esse auctor vel scalptor tituli; cf. titulos 6, v. 4; 16, v. 3 et 4; 41, v. 4.

Reliqua tituli, omnibus rationibus subductis, sic restituimus et vertimus :

4 .....[בראו | והותרן | ו]

5 תובן | מעדרת[ן | ו]א[ב]ית[ן | ד]ימנ[ת | מ]דמרם | ברדא | ומקם | מראהמו | י[תר]שרקן | ואליהמו | עתתר | דגופתם | בעל | עלם | ובשר | ואשמסהמו | וברדא | מראיהמו | יסרם | יהנעם | ובנה[ו] |

6 מלכהמ]ו [|] שמר[| יהרעש] | וברדא | שעביהמו | מהאנפם | ושהרם | ובורחן | דמחנתן | דבחרפין | [ד]חמסת | ותמני | ותלה | מאתם | בן | חרפם | מבחן | בן | אבחב[ם] |

4 .....[*condiderunt, et fundaverunt, et*]

5 [*texerunt*] *arces* [*et cas*]*tella* [*a*] *meridi*[*e*] (*urbis*) [*Ma*]*dhmar, ope atque potestate principis sui Ya*[*tir*]*šarkân* (?), *et suorum deorum amborum ʿAthtari Dhû Gaufat, domini ʿAlami, et Bašîri, et Solum suarum, et ope principis sui utriusque, Yâsir Yuhanʿim, et filii ipsi*[*us*]

6 [*regis su*]*i* (?) *Šammar Yuharʿiš, et ope tribus suæ utriusque Muhaʾnifi et Šahîri. Et* (*hoc*) *in mense Dhû Maḥadjdja, qui est anni* CCC LXXXV (*æræ*)..... *Mubîḥ, filius Abûḥubbi.*

ARTICULUS IV.

AL-WASṬÂ.

47

Langer, 8.

Vicus Al-Wasṭâ, id est, ni fallimur, « urbs media », quamquam D. H. Müller *Al-Wasta* transcripsit, duarum horarum itinere Ḍâffo distat et campo Ḳâ Djahrân dicto etiam continetur; vide Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 111, v. 16, ubi nomen *Al-Wâsiṭa* transcriptum est. Cum hoc nomine confer urbem pernotam Wâsiṭ, ad Tigridem, « mediam » inter urbes Kûfa et Baṣra, necnon Wâsiṭ, in the Wâdî Dawâsir, apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 240, etiam Al-Wâsiṭa, pagum Ḥadramauti, apud Wüstenfeld, *Die Çufiten in Süd-Arabien im* XI. (XVII.) *Jahrhundert* (Göttingen, 1883), p. 37 et 51.

Eodem die Langer in vicum Al-Wasṭâ perrexit quo in vicinos Yakâr (supra, artic. III) et Maʿbar (infra, artic. V), fragmentumque in mosquita exscripsit.

De hoc fragmento egit D. H. Müller, *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 370-373; separatim excusum sub inscriptione : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 52-55.

Hæc in apographo Langeri leguntur :

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

Quæ hebraice :

1 ברסו | ור | [illegible]

2 רב | מנצחהמו | עתת

3 ברדא | ומקם | אלהמ

Versus 1. Primum vocabulum corrige in בראו, secundum in והותרן, collatis titulis 17, v. 2; 41, v. 1; 46, v. 4, et supple deinde והשקרן, vel ותוכן.

Versus 2. Ante מנצחהמו supplemus רג[ותח | ברדא « ope et imperio », collato titulo 41, v. 4. — Quoad מנצחהמו, cf. formam decurtatam מצחהמו in titulo 41, v. 3, supra, p. 60, et femininum מנצחת in titulo 40, v. 5, et in titulo Glaseri 289°, supra, p. 67. Inauditum titulus noster præbet ʿAthtarum deum puteis aquam suppeditantem.

Versus 3. ו]אלהמ; cf. titulos 8, v. 2; 41, v. 2 et 3.

Inde patet titulum ex parte sic legendum et vertendum esse :

1 .....בראו | וה[ו]תרן [] | ותוכן | .....

2 .....ובברדא | ותח[רג | מנצחהמו | עתת[ר .....

3 .....| ו]ברדא | ומקם | אלהמ[ו .....

1 ..... *condiderunt, et fundaverunt,* [*et texerunt*.....
2 ..... *ope et im*]*perio dei sui puteis aquam suppeditantis ʿAthta*[*ri*.....
3 ..... *et*] *ope atque potestate dei su*[*i*.....

ARTICULUS V.

MAʿBAR.

48

Langer, 9.

Lapis niger in mosquita vici Maʿbar dicti in campo Ḳâʿ Djahrân servatur. Hunc locum Langer eodem die exploravit quo per vicos Yakâr et Al-Wasṭâ transivit. Ed. Glaser nos monuit Maʿbarum itinere duarum circiter horarum Ḍâffo meridiem versus distare. Nomina Maʿbar et Al-Wâsiṭa conjunguntur, ut ad Djahrânum pertinentes, apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 111, v. 16. Fragmentum tituli superne et a sinistra integri Langer exscripsit et Vindobonam ad Davidem Henricum Müller publici juris faciendum misit.

Fragmentum hoc edidit et illustravit D. H. Müller in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 373-374; separatim excusum sub inscriptione : *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 55-56.

Hæc in apographo Langeri leguntur :

1 [illegible] | [illegible]
2 [illegible] | [illegible] | [illegible]
3 [illegible] | [illegible]

Quæ hebraice :

1 אלקדם | אה
2 או | ועד | מר
3 בם | בתחר

Versus 1. Quum finem versus primi possideamus, longa enumeratio ædificantium præcurrebat, quorum ultimum nomen solum remansit, ante quod conjunctio ו «et» supplenda. Nomen אלקדם novum, nisi אלקום (Hal. 389, v. 3 et 6) in אלקדם est corrigendum. Cf. nomen proprium יקדמאל in titulo 2 Musei Luparensis apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 5. — Post אלקדם, non dubitamus legere אה[ל = أهل «homines» gentis quæ postea designabatur; cf. Hal. 187, v. 2; 199, v. 2; 353, v. 2, 3, 10; 365, v. 3.

Versus 2. ועדבן | או[בר «condiderunt et reparaverunt», ut suadet D. H. Müller. Sequebatur fortasse tertium verbum ותובן, ut in titulo 41, v. 2, vel והשקרן, ut in titulo 17, v. 2. De verbo עדב, vide quæ ad titulum 35, v. 3, (supra, p. 53) adnotavimus.

Versus 3. ומחפדן | יש[בם «et turrem Yaśbum» complemus, collatis Hal. 444, v. 2 (וצחפתנהן | [י]שבם); 476,

v. 2; 480, v. 4; cf. D. H. Müller, *Die Burgen*, 1, p. 25. Cum nomine ישבם confer שבמם Śibâm in titulo 29, v. 5, supra, p. 47, necnon tituli 9 interpretationem, p. 20-21. — בתחר]ג «imperio» legere non dubitamus. Putamus hic ורדא | בתחר]ג, inverso ordine, pro ותחרג | ברדא titulorum 41, v. 4; 47, v. 2, usurpari. Sequebantur nomina deorum, dearum, principum et tribuum, quorum «imperio et ope» ædificatio processerat.

Quæ quum ita sint, fragmentum hoc sic restituendum et vertendum esse opinamur :

1 אה | אלקדם]ו.....

2 ל | .....| בר]או | ועדבן

3 ותובן | .....| ומחפדן | יש]כם | בתחר]ג

4 [ורדא.....]

1 *N*....., *et A*....., *et*] *Ílḳadam, homi-*
2 *nes (gentis) Y*.....*condi*]*derunt, et reparaverunt,*
3 *et texerunt*.....*et turrem Yaś*]*bum, imperio*
4 [*et ope*.....]

(Impressum mense novembri 1888.)

CAPUT III.

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICÆ ET SABÆÆ IN URBE GAIMÂN REPERTÆ VEL IN QUIBUS MENTIO FIT URBIS GAIMÂN.

ARTICULUS UNICUS.

GAIMÂN.

«Ṣayadenses, vassali Dhû Gaimâni,» auctores dicuntur oblationis de qua agit titulus noster 30. Urbem Gaimân, in titulis non semel commemoratam, ab Arabum geographis prorsus omitti miramur, si Al-Hamdânîum excipias in ipsius duobus libris eximiis, scilicet *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 109, v. 7, etiam apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens,* p. 186, necnon *Al-Iklîl,* apud D. H. Müller, *Die Burgen,* 1, p. 33-35, 67-69. Hanc urbem, quinque horarum itinere Ṣanʿâo inter orientem et meridiem separatam, Josephus Halévy primus inter recentiores adiit; cf. ejus *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen,* p. 12 et 66; *Voyage au Nedjran* in *Bulletin de la Société de géographie,* series sexta, VI, p. 30-31. Idem nos docet incolas tribu بنى بهلول «Banî Bahlûl», parte tribus majoris بنى خولان «Banî Khaulân», esse oriundos. Gaimânum invenies in chorographia Glaseri quæ est in ipsius *Mittheilungen* inter paginas 88 et 89.

Auctore Josepho Halévy, Gaimân hodiernum est urbs parva cum castello in colle sito, olim muro lapideo circumdata, cujus vestigia etiamnunc apparent. In ruderibus antiqui oppidi Halévy viginti quatuor titulos vel potius titulorum fragmenta invenit et exscripsit, cum quibus conveniunt apographa Glasero a quodam Rabbi suppeditata, quæ Glaser nobiscum amicissime communicavit.

Non solum hæc fragmenta minoris momenti simul edere placuit, sed etiam omnes adhuc cognitos titulos adjungere, in quibus mentio fit Gaimâni et ejus incolarum, quum hac mentione eorum origo satis superque pateat. Numerus titulorum incerti loci major superest quam ut occasionem, quotiescumque datur, non captemus titulos ad fontem unde manaverunt referendi. Hæc nostra excusatio, si eamdem normam in dispositione titulorum non semper plane respexerimus.

49

Hal., 24, 18, 39, 41; Glaser, 30, 47, 43, 46.

Hos quatuor titulos ideo conjunximus, quod primus longior est, tres ceteri nihil continent quod in illo non inveniatur; cf. J. H. Mordtmann in *Zeitschr. der deutsch. morgenl. Gesellsch.,* XXXI, p. 86. Halévy hæc tantum de titulorum suorum descriptione dicit, 24um uno versu constare, 18um quatuor litteris a sinistra ad dexteram ductis, 22um quinque litteris super lapidem transpositum et inversum, 41um octo litteris.

Sed jam titulum vicesimum quartum Halevyi, trigentesimum Glaseri, consideremus :

𐩠 | 𐩣𐩵𐩺 | 𐩣𐩹𐩵 | 𐩠𐩣𐩹𐩵𐩺𐩠 | 𐩣𐩸𐩹𐩠𐩥 | 𐩸𐩹𐩥

Quem hebraicis litteris transcribimus, 𐩣𐩵𐩺 in 𐩣𐩣𐩹𐩺 immutato :

בדת | בעדנם | ושימהמו | חגרם | קהמם | ו

Hæc nostra est versio latina :

Nomine Dhât Baʿdâni et patroni ipsorum Ḥagar Ḳaham, et.....

Dea Dhât Baʿdân in titulis 18, v. 2, et 42, v. 3, jam occurrit; cf. supra, p. 28 et 71. — Occasione tituli 28, v. 2 (supra, p. 44), contendimus קחם, non קהמם, ut Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 15) suadent, esse legendum. Abhinc de hac sententia nostra destitimus, rationemque consilii recentioris exponemus, quum de titulo Musei Tsinili Kiösk 2, apud nos 67, agemus.

In titulo 41 Halevyi, 46 Glaseri, pariter lege :

𐩣𐩣[𐩺]𐩵𐩺 | 𐩣𐩵[𐩹]𐩵 | 𐩠𐩣[𐩹𐩵𐩺𐩠]

id est hebraice :

ושימה[מו | ח[ג]רם | קה[מם

et latine :

et patroni ip]sorum Ḥa[ga]r Ḳaha[m.

Simile in titulo Halevyano 39, Glaseriano 43 :

𐩠𐩣𐩹𐩵𐩺 = 𐩠𐩣𐩹𐩵𐩺[𐩠] ושימהמו *et patroni ipsorum.*

Denique in titulo 18 Halevyi, 47 Glaseri, sub

מו··ר 𐩣𐩠𐩸𐩥

ושימה[מו [|] חגר[ם 𐩠𐩣[𐩹𐩵𐩺𐩠] [|] 𐩵𐩹𐩵[𐩣]

et patroni ip]sorum Ḥagar

latere persuasum habemus.

50

Hal., 29; Glaser, 35.

Titulus duobus versibus constat, quos Halévy hoc modo edidit :

1 מח | אקול | שוב 1 𐩣𐩵 | 𐩹𐩠𐩥 | 𐩠𐩥

2 חלעם | קחב 2 𐩣𐩠𐩥 | 𐩣𐩠𐩹𐩵 | 𐩠𐩥

In versu altero קהמם | חגרם, deum «Ḥagar Ḳaham» agnoscas in promptu est; cf. titulum 49. — Quod ad versum priorem attinet, מח, finem nominis proprii, in אר]רח, superlativum cognominis usitati רח (cf. infra titulum 54) immutandum censemus, nisi בנו]ן דעי]מן, sicut in titulis 51 et 52, sit legendum. Venit deinde אקול | שעב]ן «principes tribus», sicut in titulo 24, v. 3 et 4 (supra, p. 37 et 38), necnon apud Os. 35 = B. M. 33, v. 2.

Sic ergo hoc fragmentum, a recta et a sinistra fractum, restituendum et vertendum nobis videtur :

1 ..... | אד]רח | אקול | שעב]ן | .....

2 ושימהמו] | חגרם | קהמ [ם | ו.....

1 ..... *Adh]raḥ* (?), *principes tribus*.....

2 .....*et patroni ipsorum*] *Ḥagar Ḳaham*[, *et*.....

51

Hal. 35; Glaser, 39.

Halévy duos versus, super lapidem transpositum scriptos, sic legit :

1 נו | דעי ᛋ◦ | ᚺᛏᛚ

2 מו | חגרם ק ᛗ◦ | ᛘᛏᚦᛗ·ᛟ

Ut Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 17, suadent, legimus ב]נו | דעי[מן «nepotes Dhû Gaimâni»; cf. titulos 52, v. 2, et 56, v. 1, necnon אדם | דעימן in titulo 30, v. 2, supra, p. 48-49. — In versu altero, eadem iterum occurrunt, quæ in titulis 49 et 50, nempe ושימה]מו | חגרם [|] ק]המם.

Inde patet titulum sic e parte complendum et vertendum :

1 ב]נו | דעי[מן |

2 ושימה]מו | חגרם [|] ק]המם

1 *M....., et....., et....., ne]potes Dhû Gai[mâni.....*

2 *.....et patroni ip]sorum Ḥagar Ḳa[ham.....*

52

Hal., 36; Glaser, 40.

Duos versus, antecedente monogrammate, Jos. Halévy sic publici juris fecit :

1 שבע | מ ᛗ | ◦ᚺᛉ ᛘ

2 ימן ᛚᛗᛋ

Monogrammate ante versum priorem a dextera posito edocemur initium utriusque versus penes nos esse. — In nomine proprio שבע, quod etiam in monogrammate dispicitur (sic D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 43), animadverte litteram *śîn* ad dexteram declinare. Cum nomine proprio viri שבע cf. שבען, nomen loci, in titulo 41, v. 3, supra, p. 68-69, et infra ש]בעם, nomen tribus vel gentis, in titulo 67, v. 2. — מ pro ב scriptum esse suspicamur et ב]ן complemus. — Quod ad versum alterum attinet, non de Yemeno agi, ut Halévy conjecit, sed finem compositi דע]ימן (cf. titulos 51, v. 1, et 56, v. 1) servatam esse credimus.

Lege et verte :

1 שבע | ב]ן | ..... | בנו | דע

2 ימן.....

1 *Śubâʿ, fi[lius.....i, et....., et....., nepotes Dhû Ga-*

2 *imâni.....*

53

Hal., 28; Glaser, 34.

Versum unicum, cum monogrammate, quem nunc tractamus, a sinistra ad dexteram scriptum esse Halévy contendit. Ejus textus, quem exprimimus, nihilominus hoc ordine a dextera ad sinistram procedit :

[illegible]



Quæ hebraice :

דׄה | פרעם | דׄיתהמו | יקד

Apographon autem, nobis a Glasero commissum, titulum duobus versibus constare et a sinistra ad dexteram utique scriptum esse demonstrat :

→ | [illegible] | [illegible] | [illegible] | [illegible] | הבׄ | סערפ | בׄ

→ [illegible] | [illegible] | ומהתי | דפי



Si titulus reipsa tantummodo fragmentum est initio carens, בה in בן immutabimus, quum linea separationis antecedat, nec de דה cogitabimus, quod initio titulorum quorumdam, nescimus qua significatione, additur; cf. Fresnel 9; Hal. 50, 280 et seq. — פרעם nomen proprium est regis apud Os. 35 = B. M. 33, v. 1 et 5. D. H. Müller adjectum monogramma בית | פרעם, non solum in nostro titulo, sed etiam in Hal. 101 legit, ubi idem occurrit; vide *Die Burgen*, II, p. 43. Mordtmann autem utroque nomen עימן exhiberi conjecit; vide ipsius sententiam in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 17. Cui opinioni favemus. — In versu altero ב]יתהמו cum Muellero (*Die Burgen*, II, *loc. cit.*) restituimus, præcedentibus verbis ædificationem vel constructionem significantibus. — Nomen castelli non cum Halevyo יקד, sed cum Glasero יפד legimus, quum Yafid, cognomen viri, in titulo 1, v. 1, antea obvium habuerimus.

Lege et verte, si lubet :

1 → ..... | זב | סערפ | ב
2 → ואר | זרקשׄהו | ומהתי[ב | דפי

1 *M.....et ejus filii, et N...], filius Fariʿi, con-*
2 *diderunt et texerunt cas]tellum suum Yafid.* *Gaimân*

54

Halévy, 23.

Versum, qualem Halévy edidit, ad litteram exscribimus :

[illegible]



באמרהמו | ינ·· | אדׄרה | וה

Primum vocabulum addito *alifo* complemus, et legimus באמר[א]המו «nomine principum suorum»; cf. titulos 2, v. 16; 17, v. 2; Hal. 30, apud nos 56, v. 2. — ינעם, nomen proprium decurtatum e cognomine יהנעם (vide titulum 1, v. 5), jam occurrit apud Fresnel 40, v. 1, 3 et 4; Os. 29 = B. M. 6, v. 7; cf. etiam nostrum

titulum, Gaimânensem sine dubio, 28, v. 3, supra, p. 44-45, necnon infra titulum 67, v. 8 et 21. — Cognomen אדרח, ni fallimur, in titulis 50, v. 1; 55 et 66, v. 1, etiam occurrit. Alia exempla nos fugiunt, quum contra adjectivum absolutum דרח *Dhirrîḥ* «potens», cognomen honorificum, persæpe adhibeatur; cf. Fresnel, 24; 31; 55, v. 1 et 5; etc. — Secundum principis nomen a littera *hâ* incipit, fortasse אדרח | ה[דדם; cf. titulum 55.

Itaque legas et vertas licet :

ו[באמר[א]המו | ינ[עם] | אדרח | וה[דדם | אדרח | ו

et] nomine prin[ci]pum suorum Yun[ʿimi] Adhraḥ et Ha[dadi Adhraḥ, et.....

55

Hal., 27; Glaser, 33.

Monogramma et sex litteras, super lapidem inversum scriptas, Jos. Halévy sic nobiscum communicavit :



In monogrammate nomen proprium הדדם, a quo titulus incipit, noscitatur. — Cognomen est אד[רח, sicut in titulo 54.

Lege ergo et verte :



Hadad Adh[raḥ

56

Hal., 30; Glaser, 36.

Duos hujus tituli versus, domo cuidam inscriptos, Halévy invenit et eorum verba sic protulit :



Initio versus prioris lege מן[רעי, collatis titulis 51 et 52, fortasse etiam 50. — בני «construxit», sequente והח[רת «et reparavit»; cf. simili modo conjuncta in dialecto Minæorum בני | וסחרת Hal. 257, v. 1. — In versu secundo אמראהמו[ב, sicut in titulo 54, restituimus, nisi singulare במראהמו «nomine principis sui» corrigere malis.

Tituli reliqua sic legenda et vertenda :

1 דעי[מן | בני | והה[רת

2 ב[אמראהמו

1 . . . . . *Gai*]*mân*[*ensis*], *construxit et repa*[*ravit* . . . . . .

2 . . . . . *nomine*] *principum suorum* . . . . . .

57

Hal., 26, 20, 33; Glaser, 32.

De his Halévy tantummodo animadvertit titulos 20 et 33 a sinistra ad dexteram tendere. Quod in suo tituli 20 apographo patefecit, dum contra eosdem characteres in titulo 33 a dextera ad sinistram deduxit. Textus trium titulorum, quales Halévy edidit, primum afferamus :

26 : ⊙⊙ΣΛ | ΓΨΨ ← חחל | סשוע

20 : → Σ⊙⊙ | ΗΠΨΗ דחמד | עוש

33 : ΗΨΠΗ | ⊙⊙Σ ← שוע | דמחד

Collatis tribus titulis, constat cognomen אשוע (cf. titulos 2, v. 1; 8, v. 1) in omnibus reperiri, in primo post nomen proprium, in secundo et tertio ante designationem tribus vel regionis. *Khâ* (Ψ) utrumque inversum pro *alifo* (Λ) scriptum esse suspicamur. Nostra sententia, nomen proprium est דר[חאל (Hal. 49, v. 3, 5, 7), vel שר[חאל (Hal. 504, v. 1), vel ישר[חאל (Hal. *ibid.*), ethnicum autem דמאר[נם, sicut in *musnado* apud D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 31; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 30-31; Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 48-49.

Inde patet tres titulos ex uno titulo manavisse, cujus initium talia præbebat :

דר[חאל | אשוע | דמאר[נם

Dhirriḥ'îl (?) *Aśwa' Ma'dhi*[*nen*]*sis.*

58

Halévy, 21.

In apographo Halevyi hæc leguntur :

⊙Ψ | Η⊙⊙Λ | ΠΛΛ רדם | אועד | וה

אוע, omissa una littera, ex cognomine אשוע (vide titulum 57) fortasse remansit, præcedente nomine proprio. Quidni אלקרם, sicut in titulo 48, v. 1 (supra, p. 80)? Deinde præpositione ל nomen tribus vel urbis introducebatur. Quum וה remanserit, ר[ון]ה ex Os. 18 = B. M. 19, v. 2 et 11, necnon ex O. M. 16, v. 1 et 2, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 65-66, excerpimus.

Lege ergo et verte, si lubet :

אל]קדם | א[ש]וע | רוה[רן

Íl]ḳadam (?) *A[s]waʿ Wah[rânensis* (?).

59

Halévy, 22.

In via ante portam Gaimâni Jos. Halévy hæc legit et exscripsit :

Ψ | ⊕ΠΥΚΠ⊕ | ΠΧΗΡ | ΧΖΟΦ⊕

Quæ hebraicis litteris :

וקעתז | יאזם | ובנהמו | ח

וקעתז in וקעתת immutandum esse liquet. וקעתת decurtatum stat pro וקהעתת (fortasse apud Hal. 137, v. 1), sicut מקעתת apud Hal. 657, v. 1, plenioris מקהעתת locum tenet. — Cognomen יאזם = يأزم vide apud Os. 8 = B. M. 11, v. 1; in O. M. 4, in titulo Gaimânensi (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 18-19), apud nos 69, v. 2; necnon in O. M. 12, v. 1 (Mordtmann und Müller, *ibid.*, p. 48-49). — Alia nomina propria antecedebant, ut ex suffixo plurali המו patet. De בנהמו pro בניהמו, vide titulum nostrum Gaimâno oriundum 5, v. 1, ובנהו pro ובניהו in titulo nostro 8, v. 1, necnon multa ejusmodi exempla.

Adducimur ut legamus et vertamus :

ו]וקעתת | יאזם | ובנהמו | ח

et] Waḳaʿathat Yaʾzim, et filii ipsorum Ḥ. . . . . .

60

Hal., 32; Glaser, 38.

Auctore Halevyo, hæc exscripsimus :

ר | ושנא | הו ל | ⊕ΥΗΣ⊕

In Os. 31 = B. M. 35, v. 5, legitur כל|צרהמו|ושנאהמו «quisque adversarius et hostis eorum»; cf. titulum 2, v. 18. Hic etiam ר[צ et שנא (animadverte *śîn*, non ad dexteram, ut solet, sed ad sinistram vergentem) continuantur. Quæ statu constructo conjuncta cum nomine proprio a הו incipiente nobis videntur.

Legas ergo et vertas licet :

צ]ר | ושנא | הו

adversarius et hostis Hau. . . . . *i*.

61

Hal., 34; Glaser, 39.

Hæc pauca Jos. Halévy e lapide transposito exscripsit :

בעגזי ו נה

ᎩᎧ | ᎩᎧᎧᎩᎩ

Glaser ut tertium versum tituli sui 39, apud nos 51, hæc exhibet : ᎩᎧ | ᎩᎧᎧᎩᎩ נה | בעלתי. Sine dubio בעלתי «dominæ» cum Glasero legendum; cf. Os. 34 = B. M. 36, v. 2. — Sequitur fortasse נה[מתן; cf. titulum 15 Mordtmanni, nunc in Bibliotheca Maxima Parisiensi servatum (*Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 293), v. 2 et 4; necnon Hal. 155, v. 2; 158, v. 3. Locusne sit an tribus ignoramus.

Fragmentum sic restituas et vertas licet :

בעלתי | נה[מתן *dominæ Naha[mati.*

62

Hal., 40; Glaser, 45.

Unum versum, in mosquita servatum, Halévy sic edidit :

ᎩᎧᎩᎩᎩ | ᎩᎧᎧ | ᎩᎧᎧᎩ

צללם ו זלז ו הגרהם

ילם, ut legendum censemus, nomen dei est, ut recte agnoverunt Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*, drittes Heft (Halle, 1874), p. 35, et Mordtmann, *Miscellen zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXI (1877), p. 88. Ambo autem de nostro titulo tacuerunt, in quo ᎩᎧ (צ) in simillimum ᎩᎩ (י) est immutandum. Cf. ילם, nomen viri in magno titulo Ḥuṣn Gurâbi, v. 3, apud Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften*, *ibid.*, XXXIX (1885), p. 231-232. ʿAbdyâlîl (عبد ياليل) in *Ḳâmûso* dicitur fuisse filius ʿAbdkulâli (عبد كلال); vide G. W. Freytag, *Einleitung in das Studium der arabischen Sprache* (Bonn, 1861), p. 357, et cf. עבדכללם in titulo nostro 6, v. 1 (supra, p. 15 et seq.). Præcedebant nomina voventium, deinde verbum vel verba consecrationis deo Yâlîl factæ, denique אלהמו «deo suo», aut שימהמו «patrono suo», aut aliquid simile. — זלז (apud Glaserum תלת) in זלת, quod genus ædificii designat, corrigimus; vide titulum 40, v. 4, et quæ ad illum locum (supra, p. 66) adnotavimus. — הגר semper de magna urbe adhibetur, ut nos monuerunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 99, adn. 1.

Sic ergo contextum hujus tituli nobis fingimus :

אלהמו [ ] ילם | זלת | הגרהם[ו

[*M*. . . . . *, et N*. . . . . *, et Y*. . . . . .]
[. . . . . *consecraverunt deo suo*] *Yâlîl palatium* (?) *urbis su*[*æ*. . . . .

(Impressum mense decembri 1888.)

63

Hal., 38; Glaser, 42.

Quatuor litteræ, super lapidem transpositum scriptæ, inter quisquilias epigraphiæ Yemenensis rejiciendæ, nullam interpretationi dant materiam :

[illegible] | [illegible] גנ]אם | ודׄ *Ganâ*]' (?), *et Dhû* (?)

De גנאם supposito, vide titulum 40, v. 5. — Littera quam ד legimus in apographo quod a Glasero accepimus litteræ *bêt* similior quam *dhâlo*.

64

Hal., 37; Glaser, 41.

Hæc pauca nobis utrimque tradita sunt :

[illegible] | [illegible] הד | עקרו

Nonne עקרו «radicitus everterunt» significat, sicut præcipue in linguis aramæicis? Quod etiam cum vario usu hujus radicis apud Arabas plane congruit. — הד terminatio nominis proprii, quod בנו «nepotes» præcedebat.

Ni fallimur, legas et vertas licet :

בנו | ··]הד | עקרו ..... *had*[*enses*] *radicitus everterunt* .....

65

Hal., 25; Glaser, 31.

Has quatuor litteras in vicinia portæ exstare apographo, quod nobis Glaser commisit, docemur :

[illegible] | [illegible] דׄ | נ·ד

Sub quibus latere [illegible] דעימן *Dhû Gaimân*, sicut in titulis 51, 52 et 56, suspicamur : cf. etiam monogramma tituli 53.

66

Hal., 19; Glaser, 48.

Auctore Halevyo, hi tres versus mutili leguntur super domum ultra castellum :

[illegible] | [illegible] דׄר | מלׄעה

[illegible] || [illegible] וסׄחׄמנוע || קר

[illegible] | [illegible] תׄמדוהמו | א

In apographo autem, quod humanitati Eduardi Glaser debemus, primus versus sic obversatur :

מלך | דר····· ····· | אל מלכ

Versus 1. ח]רר[א conjicimus, memores titulorum 54 et 55, sequente מלך «rex».

Versus 2. Quidni ואחיהו, sicut in titulis Os. 9 = B. M. 7, v. 1, et 16 = B. M. 20, v. 1? Nimia fortasse audacia, meliora desperantes, deinde ובנ[המו ad imitationem eorumdem titulorum legimus; cf. etiam titulum 67, v. 1.

Versus 3. Mirare litteram *mîm* ad sinistram vergentem, dum *dâl* vicinum ad dextram ducitur. Principio *'ain* scriptum esse auguramur et, medio *wâw* in *yôd* converso, עמדיהמו «duas stelas suas», præcedente nomine dei et oblationis mentione, vertimus. Cf. nostram vocis עמד in Hal. 349, v. 9, interpretationem apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 18 et 25. Vide contraria D. H. Muelleri in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXVII (1883), p. 5.

Omnibus bene perpensis, fragmentum sic legimus et vertimus :

מלך | [ח]רר[א

ואחיהו [|] ובנ[המו

עמדיהמו | א

. . . . . *A]dhra[ḥ], rex* . . . . . .
. . . . . *et ejus fratres, et filii [ipsorum voverunt (deo)* . . . . . .
. . . . . *duas stelas suas* . . . . . .

67

O. M. 2.

(Tab. XII.)

Lapis, cui titulus tripartitus inscriptus est, $0^m,31$ altus, a fronte latitudinem $0^m,22$, a latere utroque latitudinem $0^m,18$ exhibet. A tergo tantummodo prisca lapidis asperitas permansit, quum ceteræ facies characteribus sculptis destinatæ expolitæ sint. In museo Constantinopolitano, Tšinili Kiöšk dicto, monumentum ipsum conspicias licet, ex quo, intercedente viro litterarum orientalium peritissimo, nostro Clemente Huart, eximius scientiæ epigraphicæ fautor, summus musei et antiquitatum imperii Turcici procurator, Ḥamdî Bey, non solum ectypa chartacea, quæ gratissime accepimus, sed etiam imagines sole expressas sumpsit, ut studiis nostris faveret. Nec obliviscamur quæ beneficia in nos contulerit adjunctus Musei custos Nikolaki Effendi Ohanny, qui, graphide obliterata litterarum vestigia secutus, ductus eorum quæ supersunt nostra gratia delineavit.

Pars anterior lapidis, qua initium tituli continetur, ex parte vetustate vel incuria ita deleta est ut plurima non jam oculis, sed ingenio et conjectura assequamur. Attamen, etsi aliquando in singulis incerti hæremus, de interpretatione et proposito tituli non dubitamus. Mirare post novem partis anterioris versus, sensum undecim versibus lateris recti continuari, quamvis scriptura a dextra ad sinistram constanter procedit. Quum autem lapicida in recto latere ad finem tituli non pervenerit, sinistro latere usus est ut incepta absolveret. Inde fit in eodem spatio, ubi undecim versus a dextra reperiuntur, a sinistra tres versus et primas versus quarti litteras suffecisse, vacante loco residuo.

In tabula nostra duodecima tripartitam imaginem luce solis expressam, qualem nobilissimus Ḥamdî Bey nobiscum communicavit, invenies.

De titulo egerunt Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, in *Denkschriften der philosophisch-historischen Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften zu Wien*, XXXIII (1883), 2te Abtheilung, *Abhandlungen von Nicht-Mitgliedern der Akademie*, p. 14-17; separatim excusum, p. 14-17; vide etiam ibidem tabulam I.

Hæc nobis ut certa apparent :

a. PARS ANTERIOR.

1 𐩣 | 𐩣𐩺𐩹𐩵𐩠𐩲

2 𐩣𐩨𐩺𐩹𐩸 | 𐩣𐩹𐩵𐩹𐩺 | 𐩨𐩣𐩣

3 𐩠 | 𐩵·𐩺𐩣 | 𐩵𐩣𐩣 | 𐩨𐩨𐩺𐩹

4 ·𐩨𐩵𐩲

5 𐩵𐩣𐩣 | 𐩣𐩺𐩹𐩹

6 ·𐩲𐩵 | 𐩣𐩺𐩨 𐩲

7 𐩨𐩨𐩺𐩹 | 𐩨𐩷𐩵𐩣 | 𐩣𐩣𐩺

8 𐩹 | 𐩨𐩲𐩨𐩸𐩣𐩷 | 𐩣𐩨𐩺𐩲𐩷𐩨

9 𐩣 | 𐩣𐩨𐩺𐩣𐩣𐩸𐩣 |

b. LATUS RECTUM.

10 𐩹 | 𐩠𐩱 | 𐩣

11 𐩹𐩨𐩣 | 𐩣𐩺𐩨𐩱

12 𐩺𐩺𐩲 | 𐩣𐩺𐩵𐩣𐩹𐩣 | 𐩨

13 𐩣 | 𐩣𐩺𐩲𐩣𐩵𐩺 | 𐩠𐩱𐩣 | 𐩣

14 𐩵𐩱 | 𐩹𐩵𐩲𐩨 | 𐩵𐩹𐩵𐩠 | 𐩣𐩺𐩷

15 𐩷𐩲𐩣 | 𐩵𐩣𐩲 | 𐩨𐩣𐩹𐩣 | 𐩵𐩷𐩺𐩣

16 𐩹𐩲 | 𐩨𐩷𐩵 | 𐩣𐩨𐩺𐩱𐩣𐩵𐩣 | ·

17 𐩸𐩷𐩲 | 𐩵𐩲 | 𐩵𐩣 | 𐩨𐩲𐩵𐩺

18 𐩨𐩺𐩠𐩵𐩣𐩣 | 𐩣𐩨𐩺𐩹𐩷𐩣

19 𐩹𐩵𐩣 | 𐩨𐩠𐩣𐩱𐩣 |

20 𐩨𐩺𐩲𐩷

c. LATUS SINISTRUM.

21 𐩣 | 𐩵𐩨𐩹𐩸𐩱 | 𐩨 ··

22 𐩵𐩨𐩹𐩸 | 𐩣𐩨𐩺𐩸 ··

23 𐩨𐩷𐩵 | 𐩣𐩨𐩺𐩨𐩹 ··

24 𐩨𐩨 ··

Quæ hebraicis litteris sic transcribenda :

a. PARS ANTERIOR.

1 ואחיהו | ו
2 בעם | הקניו | שימהמו
3 קהמם | בעל | עה·ן | ת
4 צלמ·
5 פיהו | בכל
6 א מהו | לס·
7 המו | חגרם | קהמם
8 מראהמו | רבשמסם | י
9 | ושעבהמו | ע

b. LATUS RECTUM.

10 ולדת | י
11 דמהו | במק
12 ם | ויגונהו | כהח
13 ו | בדת | הגבאהו | ע
14 דהו | חלפן | מסלף | דן
15 עהרן | ביום | כון | באר
16 · | ולסעדהמו | חגרם | את
17 הנאם | בן | כל | ארצ
18 ערקהמו | ועלתהמ
19 | ודעתם | וחט
20 ראהמ

c. LATUS SINISTRUM.

21 ··ם | דעימן | ו
22 ··בהמו | עימן
23 ··ימהמו | חגרם
24 ··מם

Versus 1. Nomen proprium hominis חלפן a versu 14 mutuamur; cf., de hac radice et exemplis ubi occurrit, Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 25-30. — Deinde בנו | ו[בניהמו | ואחיהו « et ejus fratres et filii eorum, nepotes » legimus, collatis Os. 9 = B. M. 7, v. 1 et 2; 11 = B. M. 9, v. 1 et 2; 16 = B. M. 20, v. 1 et 2; 18 = B. M. 19, v. 1 et 2. Fatemur nos lectioni | ואחיהו עודשמסם apud Mordtmannum et Muellerum minime assentiri.

Versus 2. Legendumne sit בעם[ש (cf. שבען in titulo 41, v. 3, supra, p. 68-70, et שבע in titulo 52, supra, p. 84), an בעם[ת (Hal. 43, v. 4), vel בעם[ס (Hal. 62, v. 14), ignoramus. Utcumque se ea res habet, sub בעם latet nomen gentis quæ « votum agit patrono suo Ḥagaro ». Nomen dei hic evanuit; sed respice ad v. 7, 16, 23.

Versus 3. Per occasionem tituli 49 (supra, p. 83) breviter significavimus nos in sententiam Mordtmanni et Muelleri discedere, qui cognomen dei Ḥagar non קחם, secundum apographa Halevyana, sed קהמם, ut ex ectypis chartaceis et exemplari luce solis expresso patet, legendum censent. Deus Ḥagar ruber (supra, p. 44), id est « lapis ruber », quæ idoli appellatio nobis placuerat, ex pantheo deorum apud Sabæos cultorum merito ejiciendus, ut Ḥagar Ḳaham in ejus vicem substituatur. Quid autem valeat cognomen קהם obscurum. Mordtmann et Müller locum قيهة in regione Hamdânensi et hominem قهم بن جابر memorant. E *Ḳâmûso* Fîrûzâbâdhîi (sub radice ق ه م) hæc etiam afferemus : وقهم ابن جابر ابو بطن من همدان « Et Ḳahm, filius Djâbiri, pater est tribus cujusdam Hamdânensis ». Sed, ut recte animadverterunt Mordtmann et Müller, mîmatio nominis divini חגרם non sinit hanc vocem cum sequente statu constructo jungi. Ideo epitheton potius in קהמם quærere debemus. Quod ad originem vocabuli attinet, quidni קהם cum קום, قام, radice in omnibus semiticis linguis frequentissima, æquiparare licet? Cf. epitheton Allâhi القيّوم « subsistens, sempiternus » in *Corano*, II, 256; III, 1; XX, 110. Vide supra, p. 60, exempla additi *hâ* medii ad complendam triliteralitatem, inter quæ עהר attulimus, idem probabiliter ac quod alias ער « urbs » = hebraicum עיר nuncupatur. Hoc עה[ר]ן post בעל « dominus » suspicamur; cf. עהרן in v. 15. Sequebatur nomen urbis a littera ת incipiens.

Versus 4. Altera sacrarii designatio præpositione ל introducebatur; cf. titulum nostrum 19, v. 3, et exempla quæ supra, p. 30, contulimus. — ן צלמ[ ] | דן « hanc statuam » ne cuncteris quin suppleas; vide titulos 2, v. 3 et 4; 19, v. 3 et 4; 31, v. 1.

Versus 5. Mordtmann et Müller הו[צדק | ברת | חמדם ante בכל addiderunt. ברת | חמדם probamus, titulo Academiæ 14° collato, v. 3 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 75-76). Quum autem פי verbi quartæ formæ cum suffixo הו[פיהו in imagine luce solis expressa perspicue appareat, non dubitamus sic legere; vide itidem in titulo nostro 2, v. 9 et 10.

Versus 6. Mordtmann et Müller, unica littera superstite א adducti, intellexerunt מהו[בע | סתמלא |] אמל[א hic quondam fuisse; cf. titulos 2, v. 9 et 10; 68, v. 2. — Deinde ע[לס, initium vocabuli לסעדהמו, conjectura magis quam oculis assequimur; cf. titulum 2, v. 12, 14, 16.

Versus 7. שימהמו « ipsorum patronus » iterum hic, sicut in v. 2, ante nomen dei Ḥagari, collocatus erat. — Sub fine versus חט, initium vocis חטי, a cujus *yôd* versus sequens incipiebat, conjicimus; cf. v. 19 et titulum 2, v. 16.

Versus 8. Nomen principis ipsorum est Rabšams; de hoc nomine vide quæ supra, p. 50, ad titulum 31, v. 4, adnotavimus. — Cognomen principis non deerat, quod in *mîm* desinere e versu 21 patet. Primam quoque litteram *yôd* videas licet, unde ינעם « Yunʿim » ut veri simile proponimus, quum in titulo Gaimânensi 28, v. 3, tribus Dhû Yunʿim occurrat; vide supra, p. 44 et 45. Nec prætereundus titulus 54, supra, p. 85-86.

Versus 9. Auctoribus Mordtmanno et Muellero, רעימן « Gaimânensis » (vide titulum 30, v. 2, supra, p. 48-49) et ע[ימן « Gaimân » a versibus 21 et 22 mutuamur.

Sed jam ad latus rectum procedamus, ubi scriptura clarior, sensus autem obscurior :

Versus 10. Ni fallimur, hic versus sic restituendus : ו[לרת | ו[הופינהו | וא « atque ut tueatur ipsum (Ḥagar) et ». Post beneficia a deo Ḥagar accepta, Khalfân etiam meliora ominatur. Mirare לרת imperfecto conjunctum, ut *yôd* sequens demonstrat, necnon *yôd* verbi alterius in versu 12. A לרת pendent perfectum simul ac imperfectum in Os. 7 = B. M. 14, v. 11; 8 = B. M. 11, v. 12; 9 = B. M. 7, v. 8 et 9; etc. Imperfectum יהופין post conjunctionem *lâm*, quæ idem valet ac conjunctio composita in hoc loco usurpata לרת, vide apud Os. 4 = B. M. 5, v. 16, et cf. Fresnel, 55, v. 5, ubi item perfectum הופי præcedit, cujus exemplum hic in versu 5 jam occurrit.

Versus 11. Lege confidenter וארמהו « et servos ipsius »; cf. titulos 2, v. 7; 30, v. 2, supra, p. 9 et 48-49. — Ves-

tigiis litterarum exploratis, lege deinde כמק[ימת | צדק]ם «in sedibus optimis»; cf. plurale מקימת vocabuli מקם in titulo 40, v. 6, et alia exempla in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104, quibus adde ultimum exemplum occurrere in titulo primo thesauri quem Goupil Bibliothecæ Maximæ Parisiensi donavit; vide Mordtmann in *Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 288. — צדקם statu constructo voci præcedenti conjunctum est, sicut in Os. 6 = B. M. 10, v. 5; 8 = B. M. 11, v. 6; 12 = B. M. 8, v. 7; etc.

Versus 12. וינונהו in ectypo chartaceo atque in imagine luce solis expressa clare apparet. Mordtmann et Müller جُوٌّ «terra depressior» secundum Mordtmannum, «cœtus» = גוי secundum Muellerum, comparant. Nos autem provocamus ad conferendum arabicum نَجَا «liberavit», quum *nûn* sæpius in Sabæorum sermone, sicut apud Hebræos, ita litteræ sequenti includatur ut ambæ in unum coalescant. Cf. D. H. Müller apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 67, necnon Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 37. Radicem نجا lingua ḥimyaritica non alienam fuisse demonstrat nomen mensis נגות | עבר apud Hal. 188, v. 5. Imperfecto וינונהו imperfectum superius יהופינהו (v. 10) continuatur. — Mordtmann et Müller deinde כהח[יוה]ו supplent, collato יהחיון Reh. 7, v. 7. Quod probamus, etsi tertia littera *hâ* potius quam *ḥâ* esse videtur. Cf. etiam Hal. 245, v. 1. Sensus est: «sicut (Ḥagar) incolumem ipsum servavit.»

Versus 13. Mordtmann et Müller, per occasionem hujus tituli (*Sabäische Denkmäler*, p. 16), exempla radicis גבא e titulis collegerunt. Unde concludunt quarta forma «amovere, arcere» hic significari. Vertunt igitur: «Quum ipsum et suos עלת ab עהרן amovit, quum esset in nostra regione.» A qua lectione partim, a qua interpretatione omnino discedimus. הגבאה, cum suffixo feminino tertiæ personæ apud Hal. 49, v. 10, nobis huc præcipue afferendum videtur, ubi de sensu non ambigitur. Vertimus: «quum restituit ei (Ḥagaro).» Deinde nec ועלתהו (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 15), nec ועלתהמו (*ibid.*, p. 16), sed ע[ב]דהו «servus ejus (Ḥagari)» legimus, quo vocabulo subjectivum verbi הגבאהו incipit.

Versus 14. Servus Ḥagari nuncupatur Khalfân; cf. quæ ad versum 1 adnotavimus. — Quod deo restitutum est designatur ut מסלף | רן | עהרן. Si titulum 40, v. 4, colliges, videbis supra, p. 66, nos vocabulum מסלף cum arabico مسلوف «terra complanata conserendi causa» composuisse. Agitur de «terra complanata hujus urbis», id est urbis in versibus 3 et 4 commemoratæ, cujus primam litteram *tâw* solummodo novimus.

Versus 15. עהרן non calamitatem, ut Mordtmann et Müller putant, sed urbem designat; cf. v. 3. Itaque, nisi fallimur, non hæc calamitas, sed Khalfân «fuit in regione».

Versus 16 et 17. Supple מרם]את et המו]ארצ, collato titulo 28, v. 8 et 9, supra, p. 43-45. — Animadverte lineam separationis omissam in ולסעדהמו.

Versus 18. Apposita sunt voci ערצהמו duo vocabula ערקהמו | ועלתהמו = عراقهم وعاليتهم «in littore ipsorum et in montanis ipsorum». Provinciæ nempe duæ Arabiæ sunt Al-ʿIrâḳ et Al-ʿÂliya (hæc eadem quæ Al-Ḥidjâz quoque appellatur), id est ora maritima et locus excelsior.

Versus 19. Supplemus ואולדם, alterum complementum infinitivi סעדהמו, quod sequuntur alia ejusdem complementa, inter se juncta copula *wâw*, דעתם = دعة «vita quieta, commoda», ח[ט]י (cf. v. 7), denique רצו, quod conjicimus.

Versus 20. Ad exemplar versus 8, restituimus: מ]ראהמ[ו | רבשמסם.

Latus sinistrum, quod nunc tractabimus, nullam difficultatem præbet. Principio uniuscujusque versus desunt duæ vel tres litteræ:

Versus 21. Lege ו | רעימן | ינע]ם, collatis versibus 8 et 9.

Versus 22. Comple בהמו | עימן]שע, collato versu 9.

Versus 23. Ne dubites quin בש addas et vertas: «Nomine patroni ipsorum Ḥagari,» memor versuum 2 et 7.

Versus 24. Sub מם in versu trunco eoque ultimo finem cognominis מם[קה agnoscere in promptu est; cf. versus 3 et 7.

Omnibus bene perpensis et restitutis, quantum fieri potuit, restituendis, titulum sic legimus et vertimus :

1 חלפן |] ואחיהו | ו[בניהמו | בנו
2 שׁ[בעם | הקניו | שׁימהמו [| חג
3 רם |] קהמם | בעל | עהרן | ת···
4 ·· | ד·····| דן |] צלמ[ן | ח
5 מדם | בדת | הו[פיהו | בכל [| א
6 מל]א [| סתמלא | בע[מהו | לס[עדה
7 מו | שׁימ[המו | חגרם | קהמם [| חט
8 י |] מראהמו | רבשׁמסם | י[נעם
9 דעימן] | ושׁעבהמו | ע[ימן
10 ו]לדת | י[הופינהו | וא
11 דמהו | במק[ימת | צדק
12 ם | וינונהו | כהח[יוה
13 ו | בדת | הנבאהו | ע[ב
14 דהו | חלפן | מסלף | דן
15 עהרן | ביום | כון | באר[צ
16 ן] | ולסעדהמו | חגרם | את[מ
17 רם |] הנאם | בן | כל | ארצ[המ
18 ו |] ערקהמו | ועלתהמ[ו | ואו
19 לדם] | ודעתם | וחט[י | ור
20 צו | מ[ראהמ[ו | רבשׁמסם
21 ינע[ם | דעימן | ו
22 שׁע[בהמו | עימן
23 בש[ימהמו | חגרם
24 קה[מם

1 *Khalfân,] et ejus fratres, et [filii eorum, nepotes*
2 *Šu]baʿi, voverunt patrono suo [Ḥaga-*
3 *ro] Ḳahamo, domino urbis T. . . . . .*
4 *. ., in. . . . . ., hanc] statu[am, prop-*
5 *terea quod tui]tus est ipsum in omnibus [vo-*
6 *ti]s [, quæ ut explerentur petivit a]b eo, ut con[cederet ip-*
7 *sis patronus] ipsorum Ḥagar Ḳaham [favo-*
8 *rem] principis ipsorum Rabšams Yu[nʿim*

9 *Dhû Gaimân], et tribus ipsorum Ga[imâni;*
10 *atque] ut tu[eatur ipsum (Ḥagar), et ser-*
11 *vos ipsius in se[dibus opti-*
12 *mis et liberet ipsum, sicut incolumem ser[vavit ip-*
13 *sum, quia ei restituerat se[r-*
14 *vus suus Khalfân terram complanatam hujus*
15 *urbis, die quo fuit (Khalfân) in regio[ne*
16 *illa]. Et concedat ipsis Ḥagar fru[c-*
17 *tus] excellentes in omnibus terris [ipso-*
18 *rum,] in littore ipsorum et in montanis ipso[rum, et li-*
19 *beros], et vitam commodam, et favo[rem ac gra-*
20 *tiam prin]cipis ipso[rum Rabšams*
21 *Yunʿî]m Dhû Gaimân, et*
22 *tri]bus ipsorum Gaimâni.*
23 *Nomine pa]troni ipsorum Ḥagari*
24 *Ḳaha]mi.*

68

O. M. 3.

(Tab. XII.)

Lapis, $0^{m},26$ altus, $0^{m},53$ latus, tribus versibus perlongis inscriptus erat, quorum neque initium nec finem possidemus. Pars media quæ superest servatur in museo Constantinopolitano Tšinili Kiöšk dicto. Summo musei procuratori Ḥamdî Bey iterum gratias agimus quod nobis hujus tituli ectypum chartaceum misit. Quod in tabula nostra duodecima luce solis expressum invenies. Litteræ exsculptæ sunt, prout plerumque fit in titulis qui ad ædificationem monumenti pertinent.

De titulo egerunt Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, in *Denkschriften der philosophisch-historischen Classe der kaiserlichen Akademie zu Wien*, XXXIII (1883), 2te Abtheilung, *Abhandlungen von Nicht-Mitgliedern der Akademie*, p. 17-18; separatim excusum, p. 17-18; vide etiam ibidem tabulam II.

Quæ exstant non sunt ambigua :

1 𐩹𐩵𐩺𐩲𐩺 | 𐩲𐩵𐩵𐩱 | 𐩨𐩵𐩵𐩹𐩲 | 𐩹𐩨𐩺𐩱𐩷

2 𐩲𐩺𐩸𐩳 | 𐩹𐩵𐩱 | 𐩲𐩹𐩨𐩲𐩱 | 𐩲𐩵𐩹𐩨𐩵𐩲 | 𐩵𐩳𐩨𐩵

3 | 𐩸𐩨𐩲𐩹 | 𐩸𐩷𐩳𐩲 | 𐩲𐩹𐩨𐩲𐩱 | 𐩹𐩹𐩵𐩳𐩨𐩵𐩺 |

Quæ hebraicis litteris :

1 דעימן | ונאסס | בראו | והותרן

2 אמלא | סתמלאו | בעמהו | בכן | גזיר

3 | יסתמלאנן | בעמהו | ולדת | נעמת |

(Impressum mense decembri 1888.)

Versus 1. Præcedebant nomina voventium, inter quos numerandi sunt M..... Gaimânensis (cf. tituli 67 versus 9 et 21) et Nu'âs. Mordtmann et Müller nomen regis judæi yemenensis apud Arabum historicos celebris ذو نُواس ingeniose cum Nu'âs composuerunt; utrum jure annon in medio relinquimus. — Post והותרן supplendum והשקרן (vel ותובן); cf. titulos 4, v. 2; 6, v. 3; 17, v. 2; 29, v. 2; 40, v. 2; 41, v. 2; etc. Deinde veniebat mentio loci oblati, sive ביתהמו «castellum suum» (cf. titulum 4, v. 2; 6, v. 3; 41, v. 2), vel aliud simile (cf. titulum 40, v. 2), sive מחרם sacrarium (cf. titulum 43, v. 3), vel aliud vocabulum ejusdem generis. Sive castellum seu sacrarium sit, auctores tituli ejus nomen commemoraverunt, nec referre omiserunt cujus dei ope (ברדא) opus perfecerint.

Versus 2. Müller et Mordtmann recte vocabula antecedentia restituerunt, nempe הופיהמו | ברת «quia tuitus est ipsos»; addimus בכל, sicut in titulo 67, v. 5. — גזיו verbum est novum. Substantivum גזיתן in titulo Glaseriano 284, v. 2, occurrit, de quo vide Hartwig Derenbourg in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 173; separatim excusum, p. 7; vide etiam nomen proprium גזין in titulo Glaseri 305, v. 3, *ibid.*, I, p. 200, separatim excusum, p. 20. Arabice جَزَى «pensavit, retribuit» significat. Intelligimus «quum solverint» deo suo accepta beneficia precibus et muneribus. Sensus patet, verba nos fugiunt.

Versus 3. Finis tituli omnino cum Os. 23 = B. M. 25, v. 4 et seq., concinit; cf. titulum nostrum 43, v. 6.

Sic ergo, incerti quomodo versus incipiant et desinant, titulum complere audemus :

1 ..... [| לעימן | ונאסס | בראו | והותרן [| והשקרן | ביתהמו | .... | ברדא | ..... | בלת

2 הופיהמו | בכל [| אמלא | סתמלאו | בעמהו | בכן | גזיו [| ..... | ול | וזא | ..... | הופינהמו |

3 בכל | אמלא] | יסתמלאנן | בעמהו | ולדת | נעמת | [ותנעמן | לבני | עימן | ב.....

1 *H....., et.....] Gaimânensis, et Nu'âs condiderunt et fundaverunt [et texerunt castellum suum....., ope (dei)....., quia*

2 *tuitus est ipsos in omnibus] votis quæ ut explerentur petiverunt ab eo, quum solvissent [(deo)..... Et pergat (deus) ..... tueri ipsos*

3 *in omnibus votis quæ] ut expleantur petent ab eo, atque quia contigit, [et ut contingat Gaimânensibus. Nomine (dei).....*

69

O. M. 4.

(Tab. XII.)

Lapis, $0^m,45$ altus, $0^m,25$ latus et $0^m,15$ crassus, a dextra et a sinistra truncus est. Excepto primo versu, cujus mediæ litteræ fractura lapidis evanuerunt, reliquiæ ceterorum versuum intactæ manserunt, et impedimenta majora in interpretando quam in legendo sunt superanda. Ipse lapis in museo Constantinopolitano, Tšinili Kiöšk dicto, servatur, cujus summus procurator Ḥamdî Bey nostra gratia tituli imaginem solis luce exprimendam curavit, et nobiscum communicavit. Quam in tabula nostra duodecima, qualem accepimus, accurate imitati, titulum perarduum, ut implicatam disserendi materiam, eruditis proponimus. Ne quidquam in textu constituendo incertum relinqueretur, adjunctus musei custos, Nikolaki Effendi Ohanny, tituli hujus, quemadmodum tituli 67, ductus graphide delineavit.

De hoc titulo egerunt Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, in *Denkschriften der philosophisch-historischen Classe der kaiserlichen Akademie der Wissenschaften zu Wien*, XXXIII (1883), 2te Abtheilung, *Abhandlungen von Nicht-Mitgliedern der Akademie*, p. 18-20; separatim excusum, p. 18-20; vide etiam ibidem tabulam II.

Hæc legenda censemus :



Quæ hebraicis litteris :

1 ׳ | יאמן | בן ?? ... בא | ודרי ??

2 בדהמו | דומן | יאזם | דעימן | עלביתנהן | מרחב ?

3 אסדן | ואנתן | ומסחנן | וכל | אולדהמו | ואול

4 חדם | ועדר | עדרם | מסחנת | כלב | עבדהן | אלשרח

5 עמת | מרתד | חטי | מחקב | אמתחגר | אחכרב | נ

6 מסחנת | ופין | משנא | חיו | מסחנת | צרב | שפקם

7 נת | אבזאד | רבא

Versus 1. Litteris majoribus quam ceterorum versuum monemur ab hoc versu titulum incepisse. Initio pauca desiderari videntur. Solum enim nomen regis Sabæ et Raidâni nunc perditum antecedebat cognomini יאמן, decurtato ex יהאמן (cf. formam plenam in titulo nostro 10, et apud Os. 33 = B. M. 34, v. 2), sicut ינעם decurtatum est ex יהנעם in titulo 67, v. 8 et 21. — Pro litteris dubiis יה Muelleri et Mordtmanni, בן «filius» præsentimus potius quam legimus. — Post nomen patris, quod nos fugit, מלך[ס|בא|ורי]דן confidenter restituimus. — Quidni deinde ובניהמו | ואחיהו, collato tituli 67 versu primo?

Versus 2. Quum agatur de imperio quod a rege Sabæ et Raidâni ejusque cognatis ad «servum suum Daumân» deferebatur, ut Mordtmann et Müller recte animadverterunt, verbum supplendum est quod præficere vel quiddam simile significat. Arabicum وَلَّى, hebraicum הִפְקִיד nostræ sententiæ aptissime quadrarent. Ḥimyaritice autem tanta vocabulorum inopia adhuc laboramus ut nullum verbum pro his verbis submittere audeamus. — דומן = دَوْمان ab Arabum meridionalium genealogiæ indagatoribus dicitur esse filius Bakîli; vide Al-Hamdânî apud Müller, *Südarabische Studien*, p. 13, et *Die Burgen*, II, p. 33, adn. 9; Ibn Doraid, *Ištiḳâḳ*, p. 256; Wüstenfeld, *Register*, p. 160. — De cognomine יאזם, vide titulum Gaimânensem 59 (supra, p. 88) et quæ ad hunc titulum adnotavimus. — דעימן, cf. titulos 30, v. 2; 51; 52; 56, v. 1; 67, v. 9 et 21; 68, v. 1. — Mordtmann et Muller ולביתנהן legerunt et ideo præpositionem *lâm* vocabulo ע]בדהמו quoque antecessisse putaverunt. Nos autem litteram ʿ*ain*, non litteram *wâw*, in ectypo chartaceo et in imagine luce solis expressa exstare arbitramur, et ideo nobiscum ipsi quæ-

rimus sitne propositio על disjungenda, etsi plenior forma עלי (Hal. 49, v. 12 et 13; 152, v. 13) scribi solet, neque על a vocabulo sequente linea separationis dividitur. — ביתנהן «castellum utrumque». De hac dualis forma vide quæ ad tituli 37 v. 8, supra, p. 60, adnotavimus. — Mordtmann et Müller prioris castelli nomen מרחב legunt, collatis דמרחבם apud Prideaux, 13, v. 2, et nomine vallis وادى مرحب, in regione Gaimâni, apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 108. Cui opinioni assentimur. — Sequebatur nomen alterius castelli. Auctor tituli, ni fallimur, hæc deinde vel similia addebat: כל | בנהמי | ואתוו «et intraverunt in hæc duo (castella) omnes», collato titulo Academiæ 14°, v. 15, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 76-77.

Versus 3. Mordtmannum et Muellerum secuti, | אסדן ואנתן vertimus «viri et mulieres»; cf. de priore vocabulo O. M. 9, v. 2, 4, 9, et quæ ab his duobus peritissimis interpretandi artificibus scripta sunt in *Sabäische Denkmäler*, p. 36-37; cf. de posteriore D. H. Müller, *Ḥimjarische Studien*, in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 675. — Quo modo autem intelligendum sit sequens vocabulum מסחנן non ita distincte videmus. Alterum exemplum formæ מסחנן apud Prideaux 14 *c*, v. 1, in *Transactions of the Society of biblical Archæology*, IV, p. 198, occurrit. Lapidem, quem Prideaux in urbe Aden exscripserat, in museo ethnographico Parisiensi nunc exstantem, doctus et amabilis hujus musei custos, Dr Hamy, nobis inspiciendum nuperrime commisit, ita ut etiam illic de vera lectione מסחנן non dubitaremus. Quam formam pluralem idem valere ac מסחנת nostri tituli, semel in v. 4, bis in v. 6, et, cum nûnatione, מסחנתן in titulo Glaseriano 290 (Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 177-178; separatim excusum, p. 11-12) D. H. Müller contendit, et مَسْحَنُونَ = مَساحِنُ et مَساحِنَةٌ, pluralia vocabuli مُسْحَنٌ, contulit; vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104. Nos autem, analogiæ et grammaticæ legibus freti, diffidimus unius et ejusdem tituli auctorem duabus formis tam dissimilibus promiscue usum esse, omni discrimine inter eas remoto. Credimus potius מסחנן plurale masculinum esse, מסחנת autem plurale femininum participii מסחן. Quoad radicem ipsam סחן, Mordtmann et Müller eam arabico سحن æquaverunt, littera ح (ח) in خ (ח) immutata, et سِحْنٌ «tutela» præcipue contulerunt. Etsi hæ litteræ invicem permutari non solent (vide tamen quæ ad tituli 40 versum 5, supra, p. 66-67, de رحم et رخم idem valentibus adnotavimus), aliter nodum expedire non valemus. Inde fit ut מסחנן in «clientes» et מסחנת in «clientas» vertamus. Huc fortasse trahas licet verbum samaritanum ܣܚܢ *saḥan* «possedit, hæreditavit», et vocabula ad hanc radicem samaritanam pertinentia apud Edmundum Castellum, *Lexicon heptaglotton*, II, col. 2504. De peculiari servitutis notione radici סחן hærente, confer quæ Al-Fîrûzâbâdhî in suo *Ḳâmûso* de verbo خَسَسَ, duabus primis litteris transpositis, dixit: أَخْسَسَ الرجُلُ ذَلَّ بعد عِزٍّ. — In fine versus, comple cum Mordtmanno et Muellero ואול[ד | אולדהמו «et liberi liberorum suorum».

Versus 4. Initio חדם pro חדם Mordtmanni et Muelleri certo legentes, vocabulum אחדם complemus, quod præcedebat fortasse verbum ואחד, sicut verbum ערר hic ante עדרם, atque ut verbum ולד ante ולדם in loco simili (Os. 35 = B. M. 33, v. 4) occurrit. Animadverte autem מאחד et מעדר in lingua ḥimyaritica idem significare, nempe arcem, propugnaculum. Ex quo potest probabiliter confici duo verba אחד et ערר unum ab altero sensu non longe dissidere. Intelligimus «prehendit in suo *ma'khadh* et retinuit in suo *ma'dhar*», de subjecto horum verborum ambigentes, quorum utrumque, sequente infinito absoluto ejusdem radicis, more arabico adhibetur. Alia vide apud Josephum Halévy, *Études sabéennes*, p. 169; necnon apud Mordtmannum et Muellerum, *Sabäische Denkmäler*, p. 19. — Post מסחנת, quod a verbis אחד et ערר pendere nobis videtur, sequens vocabulum כלב sane interpretari nequimus. Quod J. H. Mordtmann sibi fingit compositum ex כל + ב = כל + בן = كُلّ مَن, hoc est «quicumque». D. H. Müller autem arabicum كُلَّب comparat, quod idem valere ac אסד «vir» (v. 3) affirmat. Sed, de hoc vocabulo arabico كُلَّب non minus quam de vocabulo ḥimyaritico כלב dubitantes, conjecturæ Mordtmanni libentius assentimur, quamvis nosmet ipsos ad constructionem grammaticæ legibus repugnantem ea duci non ignoremus. Etenim, quum מסחנת, mîmatione et nûnatione carens, in statu constructo usurpetur, consentaneum est vertere «et clientæ cujuscumque». Contextu vero cogimur ut transferamus «et clientæ omnes, quas in servitutem redegerat», quum עבדהן arabico عَبَّدَهُنَّ assimulemus. Emendate scribentem decuisset hoc ordine eadem vocabula collocare: עבדהן | מסחנת | כל, præposito כל et omisso *bêt*. — De suffixo tertiæ personæ pluralis feminini הן = هُنَّ vide titulum 21, v. 1 et 3, et quæ ad illum locum (supra, p. 34) adnotavimus. — Mordtmann et Müller finem versus legunt שרח | עבדהנא, formæ insolitæ עבדהנא nullam rationem reddentes et שרח pro initio nominis proprii שרחאל vel שרחבאל habentes.

In ectypo chartaceo et in imagine luce solis expressa nobis legere videmur אלשרח | עבדהן «quas in servitutem redegit Îlšaraḥ». De nomine proprio Îlšaraḥ (Ἰλάσαρος Strabonis), vide Fresnel, 55, v. 1 et 3; Os. 29 = B. M. 6, v. 1 et 2; 35 = B. M. 33, v. 5; Hal. 465, v. 1; 662, v. 1, hunc titulum 662 inscriptum super lapidem Parisios allatum et in Museo Luparensi nunc servatum (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 2).

Versus 5. Seriem vocabulorum, non sententiarum nexum dispicimus. Maxima in eo inest difficultas quod in hoc versu et in versu sequente copula *wâw* inter tot substantiva sine ulla intermissione continua desideratur. Sintne omnia statu constructo inter se juncta dubitamus. In singulis non quidquam notabile, si מחקב excipias, quod vocabulum novum in contextu inexplicabili non intelligimus. [ע]מת et חטי idem haud multo secus valent, quum illud felicitatem, hoc favorem significet. Estne מרתד nomen proprium tribus, sine mîmatione, sicut apud Os. 16 = B. M. 20, v. 10, necnon apud Hal. 83, v. 1 (pro מרוד); 177 (pro מרד); 509; etc.? An potius habendum est nomen appellativum, consecrata numini indicans, ex verbo רתד «dedicare», cujus exempla vide in titulis 8, v. 3; 17, v. 4; 20, v. 4; 29, v. 4? De substantivo מרתד, cf. titulum Glaserianum 298, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I (1887), p. 196, separatim excusum, p. 20. — אמתחגר, nomen proprium femininum, «serva Ḥagari» significans; cf. אמתון, cujus littera *tâw* in litteram *thâ* inserta est, «serva Thûni» apud Prideaux 6 = Prætorius IX, v. 1 (*Zeitschrift der deutsch. morgenl. Gesellschaft*, XXVI, p. 432), et אמתשמסם «serva Solis» in O. M. 16, v. 1 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 65-66). — אחכרב; cf. Hal. 634. — Littera *nûn* videtur esse initium adjectivi ethnici.

Versus 6. Comple [מ]סחנת, vel fortasse [ומ]סחנת; quid autem «clientæ» egerint vel passæ sint prorsus latet, quum præcedentia nos fugiant, nec magis sensum eorum quæ sequuntur חיו | משנא | ופין assequi valeamus. Utrum חיו tertia persona sit pluralis perfecti, sicut in titulo Academiæ 11°, v. 4 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 64-65; cf. כהחיוהו in tituli 67 versu 12, supra, p. 95), an nomen proprium, sicut in titulo nostro 6, v. 4 (vide exempla supra, p. 18, allata), dijudicare nequimus. — Post alterum מסחנת, legimus צרב, de quo vocabulo cf. Os. 1 = B. M. 4, v. 7; 4 = B. M. 5, v. 9, et מצרב, apud Hal., 353, v. 6; 485, v. 3 (D. H. Müller in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 750). Quamquam exempla hujus vocabuli non deficiunt, de ejusdem sensu nihil certi statuere audemus. — שפקם dubium; fortasse שפת legendum est, quum צרב | שפתהמו apud Os. 1 = B. M. 4, v. 7, occurrat. Sed similia afferre multo facilius est quam obscura illustrare.

Versus 7. Nescimus an [מסח]נת sit complendum, sicut in versibus 4 et 6, nisi potius [ב]נת «filia» legere conveniat. — Auctoribus Mordtmanno et Muellero, nomine proprio אבזאד Abûzu'd «pater Zu'di» feminam designari putamus, quod videtur plane confirmare nomen proprium utique feminæ adscriptum קילזאד Ḳailzu'd, hoc est «princeps Zu'di», in titulo 8° Musei Luparensis, v. 1 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 9). De origine gentis Hamdânensis Zu'd ejusque sedibus, vide Al-Hamdânî, *Al-Iklîl*, in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 63-64. — Sequitur nomen proprium [ר]בא[ל]; cf. titulum 17, v. 1, et quæ ad hunc locum (supra, p. 27) adnotavimus. Quænam autem exsistat ratio inter hoc nomen proprium et ea quæ proxime antecedunt omnino ignoramus.

Quum plura assequi non valeamus, titulum ex parte sic restituimus et vertimus :

1 ·····] | יאמן | בן [|····· | מלך | ס[בא | ודרי[דן | ואחיהו | ובניהמו

2 ····ו | ע[בדהמו | דומן | יאזם | דעימן | עלביתנהן | מרחב [| ו···· | ואתוו | בנ

3 המי[כל|] אסדן | ואנתן | ומסחנן | וכל | אולדהמו | ואול[ד | אולדהמו | ו·····

4 פאחד| א[חדם | ועדר | עדרם | מסחנת | כלב | עבדהן | אלשרח [|·····

5 ····· | נ[עמת | מרתד | חטי | מחקב | אמתחגר | אחכרב | נ[·····

6 ····| ומ[סחנת | ופין | משנא | חיו | מסחנת | צרב | שפקם [|·····

7 ····מסח[ב]נת | אבזאד | רבא[ל·····

1 *. . . . . Yu'min, filius [. . . . . i, rex Sa]bæ et Rai[dâni, et ejus fratres, et filii ipsorum*

2 *præfecerunt ser]vum suum Daumânum Ya'zimum Gaimânensem duobus castellis Marḥab [et. . . . . Et convenerunt in*

3 *duo hæc (castella) omnes] viri et mulieres et clientes, omnesque eorum liberi et libe[ri liberorum suorum, et quoad M. . . . . ,*

4 *in sua arce pre]hendit et retinuit in suis propugnaculis clientas omnes quas in servitutem redegerat Ílšaraḥ . . . . . .*

5 *. . . . . Amaṭhagar Akhûkarîb . . . . . .*

6 . . . . . .

7 *. . . . Abûzu'd Rabb'î]l . . . . . .*

CAPUT IV.

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICÆ ET SABÆÆ IN VICO ʿAMRÂN ET IN REGIONE VICI ʿAMRÂN REPERTÆ VEL ʿAMRÂNO ORIUNDÆ.

ARTICULUS PRIOR.

ʿAMRÂN.

Vicus ʿAmrân, nullius momenti angustias ejus et breve spatium metienti, primas partes agit in epigraphia Yemenensi. Arabum geographi de hoc loco non silent, ut crediderat Osiander (*Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XIX, p. 163; XX, p. 267), sed quam paucissimis verbis et urbis et provinciæ Al-Baun qua continetur mentionem obiter faciunt. Al-Hamdânî (*Djazîrat al-ʿArab*, ed. D. H. Müller, p. 111, v. 11-25) præcipuas urbes provinciæ Al-Baun persecutus, vicum ʿAmrân prorsus omittit, ejus tamen meminit, quum (*ibid.*, p. 203, v. 16) arces Yemeni commemorat, inter quas cum pronuntiatione *ʿAmurân* eam laudat. Al-Bakrî (*Muʿdjam*, ed. Wüstenfeld, p. 668) pronuntiationem *ʿAmurân* quoque commendat et monet hanc urbem, in provincia Al-Baun sitam, ab Hamdânensibus habitari. Legendum enim in textu impresso nobis videtur مدينةٌ بالبون pro مدينةٍ بالنون, quod significatione omnino caret; cf. A. Rutgers, *Historia Jemanæ sub Hasano Pacha* (Lugduni Batavorum, 1838), p. 23, 149 et 212. Naśwân Al-Ḥimyarî, in suo lexico *Śams al-ʿulûm* «sol scientiarum» dicto, iisdem vocalibus *ʿAmurân* instruit; cf. D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 51. Alterum ʿAmrân, a priore discernendum, in provincia Al-Djauf exstitisse nobis videtur; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-Arab*, p. 82, v. 13; 167, v. 11; 169, v. 14; necnon ejusdem *Al-Iklîl*, apud D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, II, p. 49 et 92; cf. etiam utrumque ut unum et idem copulatum a J. H. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 6.

Urbem antiquam, inter septentrionem et occidentem diei unius circiter itinere Ṣanʿâo distantem, non semel deletam et iterum ædificatam, Carstenius Niebuhr anno 1763 exploravit et nos docuit ʿAmrânum, ut enuntiat, oppidum parvum esse mœnibus circumdatum, monti subjectum, in opima regione; vide ejus *Beschreibung von Arabien* (Kopenhagen, 1772), p. 253, necnon versionem gallicam, *Description de l'Arabie* (Paris, 1779), II, p. 91. De titulis autem non curavit quum regionem incognitam sciscitaretur. Anno circiter 1855, præfectus legionis in exercitu Anglico vel, ut vernaculo sermone dicimus, *Colonel* Coghlan ʿAmrâni viginti septem æra reperit quæ in Museo Britannico Londinii servantur. Quibus addenda est tabula et ipsa ærea, in Museo Britannico deposita, quam legatus præfecti legionis vel, ut vernaculo sermone dicimus, *Lieutenant-Colonel* Playfair ʿAmrâni invenit. Ex his viginti octo monumentis tituli sexti tantummodo descriptionem differemus quia in eo de rege Ḥaḍramauti agitur, quæ provincia meridionalis et maritima capite peculiari tractabitur.

(Impressum mense novembri 1891.)

Josephus Halévy, quum anno 1870 thesauros antiquitatis Yemenensis eruere feliciter conaretur, per ʿAmrânum non transivit, inter orientem et septentrionem alio pergens. Eduardus Glaser sub fine anni 1883 ʿAmrânum bis se contulit et ibi quinque fragmenta exscripsit quorum unum satis amplum. Hæc pauca inedita, necnon titulum 8um Academiæ (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 54-59), cujus in versu 4° urbis ʿAmrân (הגרן | עמרן) mentio fit, titulis Musei Britannici subjungemus, nec tres titulorum partes omittemus, in monte Djabal Ḍîn dicto qui ʿAmrâno proxime imminet, ab eodem Glasero repertas et nobiscum communicatas.

Titulos Musei Britannici arte lithographica expressos S. Birch et A. W. Franks cum brevi descriptione, sed sine translatione et sine commentario ediderunt; vide *Inscriptions in the Himyaritic Character discovered chiefly in Southern Arabia, and now in the British Museum.* London : printed by order of the trustees. MDCCCLXIII, qui liber oblongus sex paginis et duodeviginti tabulis constat.

Duo viri de epigraphia Yemenensi bene meriti, Ernestus Osiander et Josephus Halévy, omnia et singula quæ sic nude absque interpretatione enotuerant examinaverunt et operam dederunt ut perspicuis dubia illustrarent. M. A. Levy, de epigraphia Phœnicia optime meritus, etiam in epigraphiam Yemenensem egregia beneficia contulit, quum mortui interea Osianderi opus ederet et adnotatione sua exornaret; cf. Dr Ernst Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, aus seinem Nachlasse herausgegeben von Prof. Dr M. A. Levy, in *Zeitschrift der deuts. morg. Gesellschaft*, XIX (1865), p. 159-235, cum 24 tabulis; Joseph Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 321-365; décembre 1874, p. 497-514; separatim excusum, p. 104-165. Quam viam muniverant fidenter ingressi, eorum vestigia persecuti, novis adjumentis usi, meliora afferre et adhuc obscura enucleare conati, quam maximas gratias iis agimus quorum ope aditus ad titulorum sensum eliciendum patuit.

Tabulæ, ex archetypis ipsis luce solis expressæ sunt. Vir humanissimus, William Thompson, primus nunc inter Musei Britannici præfectos, suadente nostro Carolo Schefer, laborem a sodalitio quod *Autotype Society* vocant susceptum, quam accuratissime potuit, inspexit et expedivit. Quod grato animo confitemur.

70

British Museum, 1; Osiander, 3.

(Tab. XIII.)

Tabula ænea, 0m,32 alta, 0m,77 lata, undique integra occurrit, si dextram excipis, cujus dimidiam circiter partem desideramus. Titulus duobus versibus constabat, quorum, initio amisso, finis intacta superest. Animadverte deorsum cælaturam simplicem, nec tamen sine arte elaboratam. A sinistra, in quadrato duabus lineis parallelis omni ex parte clauso, ubi duo foramina aperta sunt, quorum ope tabulam suspendas licet, patet monogramma, in quo Josephus Halévy ותרם ⊕X⊥Ⅎ, sine dubio nomen voventis, recte agnovit. De hoc nomine proprio vide supra, titulum 10, p. 22, et quæ illic diximus.

De titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XIX (1865), p. 169-170. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 361; separatim excusum, p. 144, sub numero 24.

Hæc leguntur :

Quæ hebraice :

1 אלמקה ו דהרן ו דן ו צפ

2 ם ו וקלהמו ו ושעבהמו

Versus 1. Quum nomen proprium hominis Watr in monogrammate dilucide appareat, initium restitue certo ex titulo 83, v. 1 (infra, p. 132-133) : |מרתדם|בן|ותרם הקני « Watr Marthadensis consecravit ». De tribu Hamdânensi Bakîlensi Marthad mox disseremus. — Hirrân, sacrarium dei a Marthadensibus præcipue culti Îlmaḳḳâhi, citatur apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 80, v. 20; 82, v. 11; 110, v. 6, necnon apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 958, quod nomen in titulis ʿAmrâni cum nomine dei Îlmaḳḳâhi crebro conjungitur. — Quid צפ, quo vocabuli mutili principio tabula oblata designatur, sibi velit, obscurum. Fortasse legendum צפ[ון], id est turibulum, quum tura hac radice significari Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 78), argumentis gravibus freti, suspicentur. Animadverte tamen arabicum ضَفًا « latus », quod cum lamina qualis servatur optime congrueret.

Versus 2. Quum *mîm* terminatio nominis מתתד[ם esse videatur, quum etiam versuum latitudinem compertam habeamus, litteris superstitibus addimus : |ון|חגן|וקההו וכני|מרתד[ם « quia tuitus est ipsum et Marthadenses ». — In קל sequente Osiander principum Yemenensium nomen agnovit, quod Arabes قَيْل transcripserunt; vide singularis formam plenam קול in tituli 37 versu 6, supra, p. 56 et 58, et plurale אקול in tituli 24, v. 3 (supra, p. 37 et 38), et 50, v. 2 (supra, p. 83), necnon apud Os. 35 = B. M. 33, v. 2; cf. etiam quæ ad tituli 6 v. 3 (supra, p. 17) adnotavimus.

Ne dubites igitur titulum sic complere et vertere :

1 ותרם | בן | מרתדם | הקני |] אלמקה | דהרן | דן | צפ | ם

2 ון | חגן | וקההו | וכני | מרתד[ם | וקלהמו | ושעבהמו | ב

1 *Watr Marthadensis consecravit*] *Îlmaḳḳâho Hirrânensi hanc tabu-*
2 *lam, quia exaudivit ipsum et Marthaden*]*ses et eorum principem et tribum eorum.* | *Watr*

71

B. M., 2; Os., 2.

(Tab. XIII.)

Tabula ænea, $0^m,28$ alta, $0^m,36$ quam maxime lata, utrinque fracta, in qua aliquot litteræ duorum versuum supersunt. Deorsum idem cælaturæ genus apparet, quod in titulo 70.

De hoc fragmento egit : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 169.

Hæc leguntur :



Quæ hebraice :

ו הנ

ן ו לבני

Versus 1. Comple הנ[אם, præcedente אתמרם vel אולדם, sive gratiæ Îlmakkâho de liberis excellentibus vel de fructibus excellentibus agantur, et confer titulos 27, v. 4 (supra, p. 41-42); 28, v. 8 (supra, p. 44 et 45); 75, v. 6 (infra, p. 115-116); etc.

Versus 2. Quæ supersunt sic complenda esse persuasum habemus : מרתדם [] | לבני | ותנעמ]ן | נעמת | ולדת, collatis titulis 68, v. 3 (supra, p. 98); 72, v. 4 (infra, p. 120-121); 78, v. 9 et 10 (infra, p. 127); 83, v. 7 et 8 (infra, p. 133-134); etc.

Sic igitur tituli reliquiæ restituendæ sunt et vertendæ :

אולדם

1 ול | סעדהמו | אתמרם] | הנ[אם.....

2 ולדת | נעמת | ותנעמ]ן | לבני [] | מרתדם

liberos

1 *Et concedat ipsis fructus] perfec[tos*.....

2 *Atque quia contigit, et ut contin]gat nepotibus [Marthadi*.....

72

B. M., 3; Os., 5.

(Tab. XIII.)

Tabula ænea, $0^{m},21$ alta, $0^{m},54$ lata, undique integra, excepto latere dextero, cujus pars dimidia circiter desideratur. A sinistra, in quadrato clauso, anaglypta apparent, ubi leo agnoscitur cono angusto impositus, constrictis ob spatium brevius tribus feræ cruribus, quorum quartum erectum caput fere assequitur, dum cauda in orbem sublata capiti ordine respondet. Supra leonem emergit palma cum ramulis et dactylis ex parte utraque.

Per totam monumenti latitudinem eadem vel similis cælatura extenditur, quam occasione titulorum 70 et 71 commemoravimus. In summa parte alterum ornamentum respice, in speciem pinnarum figuratum, quod non ultra tituli fines procedit.

Sub fine tituli parvum circulum mirare, ex quo sex lineæ distrahuntur quarum tres superne tendunt, tres deorsum. Imaginem non absimilem, in titulo nono Musei Luparensis ter repetitam papilioni nuper æquiparavimus et, quum titulus sepulcri esset, de mytho Psyches deliravimus; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 11. Hæc autem interpretatio ad titulum de quo nunc agimus minime convenit. Etenim dedicationem deo Îlmakkâho, non epitaphium significat.

Hunc titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 177-179. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 362; separatim excusum, p. 145, sub numero 25.

Hæc perspicue leguntur :



Quæ hebraice :

1 ן | משׂנדן | חגן | וקההמו | אלמקה | במס
2 | אלמקה | צדקהמו | והופינהמו
3 | אמראהמו | בני | מרתׄדם | ול | חׄל
4 | נעמת | ותנעמן | לבני | יהפרע

Versus 1. Initium versus primi deest, a quo reipsa titulus, sicut e tabula patet, exordium capiebat. Ante servata restituimus : יהפרע | ובניהו | הקניו | אלמקה | דהרן | ד «Yuhafriʿ et ipsius filii voverunt Îlmaḳḳâho Hirrânensi hu]nc titulum», nomen Yuhafriʿ a versu quarto mutuati. — Verbum וקה «tuitus est», et nomen dei Îlmaḳḳâhi, hic conjuncta, radicis cognatione, de qua nihil certi afferre valemus, unum alteri adhærere existimamus. De ipsa lectione Îlmaḳḳâh dubitantes, hoc tantummodo asseveramus non ad radicem arabicam ل م ق confugiendum esse, cui D. H. Müller (*Die Burgen*, II, p. 21) notionem fulgoris et splendoris ficte imposuit. Nisi erramus, Îlmaḳḳâh vel aliud simile (fortasse in Îlmuḳih convertendum), littera *wâw* omissa, deum «Îl præsidem» significat. Quum enuntiationem Îlmaḳḳâh supra, p. 28 et sqq., adsciverimus, in ea, quamquam probabiliter mendosa, perseveramus.

Versus 2. Restitue אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא «propter pre[ces ad se, ut protegeret ipsos et protegeret liberos ipsorum. Et pergat». Cf. imprimis tituli 2 versus 5 et 6 (supra, p. 9). — Verbum צדק «indulgere» etiam in titulorum 84 v. 9; 104 v. 6; et, ni fallimur, in tituli 74 v. 8, occurrit.

Versus 3. Quæ desunt sic complemus : באמלא | סתמלאו | בעמהו | ול | סעדהמו | רצׄו «in votis quæ ut explerentur petiverant ab eo; et ipsis comparet favorem». Ultimæ duæ litteræ initium verbi ignoti, quod Halévy חׄלץ «liberare» fuisse conjicit. Cui assentimur, quum meliora non habeamus.

Versus 4. Initio legimus צהמו | אלמקה | בן | נצׄע | ושׄצי | שׄנאם | ולדׄת «et libe[ret ipsos Îlmaḳḳâh a contumelia et noxa hostis cujusque, atque quia», collato tituli 88 v. 10. — De fine tituli cf. titulos 68, v. 3; 71, v. 2 (supra, p. 98 et 106).

His præmissis, sic titulum complere audemus :

1 יהפרע | ובניהו | הקניו | אלמקה | דׄהרן | דׄ]ן | משׂנדן | חגן | וקההמו | אלמקה | במס
2 אלהו | לופיהמו | וופי | אולדהמו | ול | וזא] | אלמקה | צדקהמו | והופינהמו
3 באמלא | סתמלאו | בעמהו | ול | סעדהמו | רצׄו] | אמראהמו | בני | מרתׄדם | ול | חׄל
4 צהמו | אלמקה | בן | נצׄע | ושׄצי | שׄנאם | ולדׄת] | נעמת | ותנעמן | לבני | יהפרע

1 *Yuhafriʿ et ejus filii consecraverunt Îlmaḳḳâho Hirrânensi hu]nc titulum, quia exaudivit ipsos Îlmaḳḳâh propter pre-*
2 *ces ad se, ut protegeret ipsos et protegeret liberos ipsorum. Et pergat] Îlmaḳḳâh indulgere ipsis et protegere ipsos*

3 *in votis quæ ut explerentur petiverant ab eo, et ipsis comparet favorem*] *principum suorum Marthadensium, et libe-*

4 *ret ipsos Ílmaḳḳâh a contumelia et noxa hostis cujusque, atque quia*] *contigit et ut contingat filiis Yuhafriʿi.*

73

B. M., 4; Os., 1.

(Tab. XIII.)

Tabula ænea, $0^{m},445$ alta, $0^{m},27$ lata, undique integra, etsi in uno lateris superioris loco præstricta, in tres partes dispares dividitur, quarum media titulus undecim versuum continetur. In angulis quatuor foramina apparent, quorum ope tabulam suspendere queas.

Superne spatium arctum ornamentis varii generis clauditur, quorum celsiora ovi modo rotunda ad architecturam pertinent, inferiora florum inter se similium, granis interpositis, imaginem, sub titulo iterum expressam, præbent. In spatio sic terminato duæ sphinges vel duo leones pennati, facie humana induti, pede antico arborem sacram in medio surgentem attingunt, de cujus genere ambigimus. Utrinque caudæ belluarum palmas assequuntur e quibus pendent rami et fructus.

In altero spatio prioris instar deorsum reservato, ornamentis etiam clauso, quorum celsiora inferioribus spatii prioris respondent, inferiora autem lineis ordine dispositis constant, quatuor simulacra eminent, in quibus auctores libri anglice *Inscriptions* nuncupati duo mala granata et duos flores tetragonos agnoverunt, utrum revera an non decernere non audemus.

In utroque margine, a dextera et a sinistra lineæ compositæ sunt inter quas a dextera, in loco ubi titulus incipit, signum distinguitur, de quo vide supra, p. 13.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 161-169. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 344-346; separatim excusum, p. 127-129, sub numero 14. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 220-222.

Hæc leguntur :



1 ʾbn | ʾlmḳḳh | ʾlmḳḳhʾ | bnyn

2 hʿbnʾlh | ʾbnynʾlʿʾ | bhṯ

3 ḥbnʿbn | ʾbnynbṯ | ʾṯhḥyt |

4 ḫh | ʿmʿhḫbn | hʿbnyh | y

5 hn | bnʿbhʿbn | ʾbnyyḥʾ |

6 | yḥbnʿbh | ʾbnyṯḥʾyt | ḫ

7 ʾrḥ | ʾytnh | ʾbnyḫḥʾṯ | nʿbm

8 nyhh | bʿn | hbṯ | hʿbṯbn | h

9 ḥʿyn | bṯʾb | bḫbʿnn | h

10 | nʿrḥybm | hn | nʿrḥbʾ |

11 | bʿʾṯḫh | bʿḥḫʿ | hn

Quæ hebraice :

1 ריבם | ואחהו | בנו | מר
2 תדם | ושעבהמו | דעמרן
3 | הקניו | שימהמו | אלמק
4 ה | דהרן | משגדן | חג | דת
5 | וקהמו | במסאלם | בד
6 ת | הופיהמו | אלמקה |
7 צרב | שפתהמו | דבהו | כו
8 ן | מירן | תמן | ברם | דדהב
9 ן | בבלטתם | רצים | בחרף
10 | עמכרב | בן | סמהכרב |
11 בן | חזפרם | דתתורם |

Versus 1. Cum nomine voventis ריבם confer, non solum nomen proprium hominis رِئَاب, sicut Osiander et Halévy, sed etiam arcem Yemenensem بيت ريب nuncupatam apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 190. Huc etiam referendum nomen רתבם pro ריבם scriptum in titulo spurio apud J. H. Mordtmann, *Zwei himjarische Inschriften*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 24. — Osiander et Halévy ואחיהו legerunt, addita littera *yôd*, cujus nulla vestigia in titulo dispicis. Quod ad sensum attinet, nullum discrimen est inter scriptionem plenam ואחיהו et scriptionem mancam ואחהו «et fratres ejus»; cf. tituli 92 versum primum.

Versus 2. Tribus ʿAmrân, quæ suum urbi nomen imposuit, a genealogis Arabum commemoratur ʿImrân pro ʿAmrân enuntiantibus; cf. Ibn Doraid, *Iṣtiḳâḳ*, p. 314; Wüstenfeld, *Register zu den genealogischen Tabellen*, p. 247.

Versus 3. שים «patronus» de deo Ta'labo sæpius usurpatur quam de deo Îlmaḳḳâho; vide supra, p. 7 et 10.

Versus 4. Animadverte דת | חג «propterea quod» pro crebriore חגן eodem sensu adhibitum.

Versus 5 et 6. הופיהמו | בדת | במסאלם; cf. Fresnel, 54, v. 3 et 4. Alias במסאלהו cum suffixo ad deum invocatum relato semper reperitur. *Mîm* hic indeterminationis signum esse censemus et «ob precationem» vertimus, quum conjunctio בדת sequens non e במסאלם, sed e verbo וקהמו pendeat.

Versus 7. Quid sibi velit צרב non plane liquet (vide supra, p. 101, quæ ad tituli 69 versum 6 adnotavimus). Halévy, comparatis arabico صَرْف «mutatio, venditio» et hebraico חֵלֶף «pro, loco» e radice hebraica mutationem ipsa indicante, צרב præpositionem esse «pro, gratia» significantem existimavit. Cui assentimur, quum inter sensus radicis arabicæ صرب Al-Fîrûzâbâdhî in *Ḳamûso* «acquisivit» retulerit. Præpositio צרב in tituli 74 versu 9 iterum occurrit. — Verbum שפת (cf. tituli 29 v. 9, supra, p. 30) in titulis ʿAmrâni non rarum; cf. titulos 80, v. 7; 81, v. 2; 84, v. 2; 85, v. 4. Hebraicum שפת huc afferendum est, quod e sensu «statuit, posuit» ad sensum «constituit alicui aliquid, dedit» extensum est. Vertimus, Josephum Halévy sequentes : «pro dono ipsorum.» — כון | דבהו = الذى به كان.

Versus 8. מירן (cf. מירם, Hal., 343, v. 2) non cum Osiandero et Halevyo «pretium», sed, collato arabico مِيرَة, «commeatus, frumenta», designare conjicimus. Mordtmann = مائرنا «noster commeatus præbitor», in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XLIV (1890), p. 193. Quomodo autem hic sensus cum contextu consentiat nondum demonstravit. — Quum מירן pars subjectiva verbi כון sit, ab eo pendent quæ sequuntur תמן | ברם | דדהבן «octo *barâmi* aurei». Halévy hebraicum בְּרוֹמִים (Ezechiel, XXVII, 24) comparavit, quo res pretiosas, peculiariter vestes polymitas, designari inter Bibliorum interpretes convenit. Hic de mensura stata agi probabile videtur, ideoque provocamus ad conferendum *Coranum*, XLIII, 79 : أَمْ أَبْرَمُوا شَيْئًا فَإِنَّا مُبْرِمُونَ «an

stabiliverunt negotium, etenim nos stabilimus». ברם plurale internum esse singularis arabico بَرِيم simillimi, quo genus annulorum exprimitur ponderum vicem fortasse explentium, suspicamur. Nec te fugiat arabico بُرْمَة ollam dici. Sensus foret «frumenta (valentia) octo ollas auri», vel «octo ollas aureas», ut vertit J. H. Mordtmann, *Neue himjarische Münzen*, p. 31. Quod nec commendamus, nec improbamus. Si illi significationi «ollas auri» assentieris, vocabulo בבלטתם versus sequentis marmor quo ollæ conficiuntur indicari fortasse conjicies; cf. Quatremère, *Histoire des sultans mamlouks*, II, 1, p. 277-279. — Legendumne sit דרהבן, ut scribi solet, an ברהבן dubitamus.

Versus 9. רצים | בבלטתם Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 76) «mit erhaben geprägten, gangbaren (Münzen)» verterunt, collato Hal., 49, v. 3, de quo D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XXIX, p. 612, antea disseruerat, ubi talmudicum et aramaicum בולט «signatum» nostro בלט æquiparaverat. Halévy vertit : «en poids juste», ad verbum «en pierres acceptables». Animadverte autem terminationem femininam in בלטתם, masculinam in רצים. Utrumque ergo appositione, non autem ut adjectivum substantivo, conjungi potest. Neque obliviscaris in Hal., 48, v. 10, ארבעי | רצים «quadraginta *radi*», id est, nisi erramus, «quadraginta dona», occurrere. In nostro titulo בבלטתם a רצים separandum esse censemus, quum illi sensum monetæ, quem Castelli, *Lexicon heptaglotton*, col. 362, nescimus qua auctoritate fretus, syriaco ܒܠܛܐ attribuit, adscribamus, hoc autem donum deo acceptum significans a verbo שפת pendeat et hebraico רָצוֹן sæpius sic adhibito assimulandum nobis videatur.

Versus 10 et 11. עמכרב; cf. titulos 8, v. 1 (supra, p. 20), et 20, v. 1 (supra, p. 32-33). — סמהכרב; vide tituli 81 v. 4, et præsertim Hal., 51, v. 20 et 21, ubi חזפרם et probabiliter מכרב]ע sequuntur. — חזפרם; cf. Hal., 51, v. 21, et 615, v. 17; necnon titulum 1 D. H. Muelleri, v. 7, in *Zeitschr. der deutsc. morg. Ges.*, XXIX, p. 591, 619-620. Quod nomen proprium cum radice arabica حَزْفَر «ad pugnam se paravit» cohærere pro comperto habemus. — תהורם, nomen urbis vel tribus ignotæ; cf. nomen proprium hominis תורם in tituli 77 versu primo.

Titulum, his præmissis, sic vertimus :

1 *Riyâb, et ejus fratres, nepotes Mar-*
2 *thadi, et tribus eorum Dhû ʿAmrân,*
3 *consecraverunt patrono suo Ílmaḳḳâ-*
4 *ho Hirrânensi hunc titulum, propterea quod*
5 *exaudivit ipsos ob precationem, in eo qu-*
6 *od tuitus est ipsos Ílmaḳḳâh*
7 *pro munere ipsorum in quo fu-*
8 *erunt frumenta (valentia) octo* barîm *aure-*
9 *os in nummis bonis, munere accepto. Anno*
10 *ʿAmkarîbi, filii Samahkarîbi,*
11 *filii Ḥazfari, Tathwarensis.*

74

B. M., 5; Os., 4.

(Tab. XIV.)

Tabula ænea, $0^m,46$ alta, $0^m,29$ lata, undique integra, etsi in summo latere sinistro paululum ita præstricta ut neque ornamenta nec titulus hoc tenui detrimento attingantur. Altero autem graviore detrimento quatuor litteræ versuum 7 et 8, illæ deorsum, hæc sursum ruptæ sunt; pars autem superstes sufficit ut rimas explere valeamus. Tria supersunt e quatuor foraminibus ad suspendendam tabulam idoneis.

In fastigio monumenti spatium arctum undique clausum cernitur, ubi inter duos flores tetragonos floribus monumenti præcedentis similes malum granatum apparet et ipsum imagini simile quam occasione tituli 73, supra, p. 108, descripsimus.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 170-177. — Franz Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1872), p. 1-18. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, décembre 1874, p. 507-514; separatim excusum, p. 158-165, sub numero 32.

Hæc leguntur, restitutis restituendis in versibus 7 et 8 :



Quæ hebraice :

1 סעדלה ו ובנהו ו בנו ו מרתדם
2 הקניו ו אלמקה ו דהרן ו משנדן
3 חנן ו וקהמו ו במסאלהו ו אלמ
4 קה ו בעל ו אום ו דערן ו אלו ו פוק
5 ה ו בני ו מרתדם ו לשים ו פלית ו א
6 סרהמו ו דארהקם ו בעם ו אלמק
7 ה ו דהרן ו וקהמו [ו אלמ]קה ו ד

(Impressum mense novembri 1891.)

8 הרן | במסאלהו | לי[צדקן] | קעת
9 ם | וטיא | ושעבן | במתו | צרב |
10 דרם | דרם | בחרפם | ול | יעתור
11 ו | בנהו | עדי | ארהקם | ול | יד
12 בחו | בן | משמנהן | עתתר | ושמ
13 סם | ודבחם | בהרן | וגתננן |
14 להמת | אסררן | בן | מרתדם | פא
15 ו | דיקהן | וב | מחרם | אלמקה | ד
16 חרות | פל | יהופין | חג | עלם | ב
17 הו | תעלם | סעדלה | עלם | ראו | במח
18 רם | אלמקה | דנעמן | ואלמקה | דה
19 רן | פצרי | המת | אסררן | דאר
20 הקם | בן | ברדם | ובנכל | קלאתם

Versus 1. סעדלה = سعد الله; cf. סעדלת = سعد اللات in tituli 9 Musei Luparensis versu primo, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 11; cf. סעדאל in tituli 29 v. 1 (supra, p. 46). — ובנהו decurtatum ex ובניהו «et ejus filii»; cf. titulos 5, v. 1 (supra, p. 14); 8, v. 1 (supra, p. 20); etc.

Versus 4. Post mentionem sacrarii Awwami Îlmaḳḳâho voti additur אלו | דערן, id est, ni erramus, «quod est in urbe Alwo». In tituli inediti Glaseriani 105 v. 6, legitur אלו | דערן | אום | במחרמן «in sacrario Awwamo urbis Alwi», dum in ejusdem tituli versu 16 eadem post nomen Îlmaḳḳâhi sequuntur quæ hic occurrunt. Vide etiam infra tituli 80 versum 9, et quæ ad hunc locum (infra, p. 126) adnotavimus.

Versus 5. לשים «ob munus», ut bene vidit Prætorius; cf. שמו «posuerunt» in tituli 1 versu 3 (supra, p. 6). — פלית, cum terminatione feminina, e radice פלי oriundum, quæ hebraico פָּלָה in *ḳal* inaudito, sed in *nifʿal* et *hifʿîl* usitato, respondet. Sensus idem foret quem vocabulo פרע in tituli 2 versu 13 (supra, p. 10) attribuimus, scilicet «insignia, optima». Fortasse autem huc afferendum הפללן «adjudicaverunt» in tituli 11 versu 2 (supra, p. 23), et vertendum «ob munus concessionis». Inter interpretationem utramque incerti hæremus.

Versus 6. אסרר plurale substantivi סר «vallis»; cf. v. 19; D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsc. morg. Ges.*, XXXII, p. 546; et in primis Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 50-54. Qui vallium tractus דארהקם (cf. v. 10, 19 et 20) appellatur. Urbs Urhuḳ, ad provinciam Al-Baun, sicut ʿAmrân, pertinens, ab Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 111, v. 24, notatur. De Wâdî Urhuḳ, in territorio Thulæ vel Thilæ (ثُلَى), vide etiam A. Rutgers, *Historia Jemanæ sub Hasano Pascha*, p. 25. — בעם cum sequentibus hic pleonastice usurpatum videtur, sicut מֵאֵת cum sequentibus in *Gen.*, XIX, 24, ubi legitur : וַיהוָה הִמְטִיר עַל־סְדֹם וְעַל עֲמֹרָה גָּפְרִית וָאֵשׁ מֵאֵת יְהוָה מִן־הַשָּׁמָיִם «Et Deus effudit super Sedôm et ʿAmôrâh pluviam sulfuris et ignis, (ortam) e Deo a cælis». Intellige hic etiam : (quæ exauditio profecta erat) «ex Îlmaḳḳâho Hirrânensi». D. H. Müller, qui octo primos versus in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 31-32, in Germanorum sermonem vertit, opinatur Îlmaḳḳâhum Alwensem Marthadensibus concessisse ut valles suas, ipsi obnoxias, tutelæ Îlmaḳḳâhi Hirrânensis deinceps committerent. Ideo בעם «in potestatem» significare finxit, non vero nobis fidem fecit.

Versus 7. Post וזקהמו, comple certo קה[אלמ] |.

Versus 8. Halevyum secuti, complevimus [צדקן]לי, quod e reliquiis litterarum elicimus, Osiandero ליצלמן et Prætorio ליצרין (cf. v. 19) commendantibus. De verbo צדק, vide tituli 72 versum 2, tituli 84 versum 9, tituli 104 versum 6. — קעתם = قاعات «terræ planæ, campi».

Versus 9. וטיא = وَطايَا *nûnatione* caret quæ ejusmodi formæ nusquam adhæret. Nihilominus, appositionis vel adjectivi partes tenens, substantivo קעתם jungitur. Vertimus : « ut indulgeat campis depressis »; cf. D. H. Müller, *Die Nunation und die Mimation*, in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXII, p. 543, adn. 1. — שעבן a Josepho Halévy cum arabico شِعْبٌ « locus editus » comparatur, quasi hoc vocabulum proxime præcedenti וטיא opponatur. Cui D. H. Müller assentitur, *ibid.*, XXX, p. 675. Quum autem שעבן sensum tribus alias patefaciat, idem eodem vocabulo hic significari censemus. — במתו = بِمَثَاوٍ « in mansionibus », si Halevyo et Muellero, *loc. cit.*, confidas. Aliam viam ingressi, suspicamur sub hoc מתו nomen vici latere; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 101, v. 17; 125, v. 22; Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 415, ubi legitur : مَثْوة من حصون بنى زبيد باليمن « Mathwa, inter arces Zubaidensium in Yemeno ». De tribu Yemenensi Hamdânensi Zubaid ibn Al-Ḥârith vide Ibn Doraid, *Iṣtiḳâḳ*, p. 252; Wüstenfeld, *Register*, p. 474. — צרב « pro »; cf. quæ ad tituli 73 versum 7 adnotavimus.

Versus 10. Vis distributiva in דרם | דרם bis repetito inesse nobis videtur. Vertimus : « pro omni dono quotannis »; cf. O. M. 13 *b*, v. 10, et interpretationem a nostra differentem occasione illius tituli apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 61. — ול consecutio est præpositionis *lâm* in ליצדקן, v. 8, cum imperfecto subjunctivo plurali יעתורו = يغتوروا, qua octava forma Osiander (*ad locum*) « descendere in locum depressum » significari recte agnovit; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 38.

Versus 11. בנהו = منه, hoc est ex arce Mathwo (v. 9). — עדי apud Yemenenses sensum præpositionis « intra » sæpius accepit; cf. supra, p. 10, adnotationem ad tituli 2 versum 6. Præcedente autem בן « ex », forma plenior habetur, sicut apud Hebræorum poetas, pro frequentiore עד « usque ad »; cf. Mordtmann in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 27. — ול, ut in versu 10, a במסאלהו (v. 10) iterum pendet.

Versus 12. משמנהן duale est substantivi משם, ex eadem radice ac vocabulum שים (v. 5), cujus plurale משימת in titulis non raro occurrit; cf. tituli 2 v. 15 et 16 (supra, p. 9); tituli 28 v. 10 (supra, p. 44), ubi alia exempla afferuntur. Quum agros arabiles hoc vocabulo designari antea conjecerimus, hic, suadentibus Prideaux (*Transactions of the Society of Biblical Archæology*, VI, p. 313) et Mordtmanno (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 65), sedem dominationis exprimi intelligentes, « in agro utroque » vertimus, hoc est in urbe utraque ipsi obnoxia, Mathwo et Urhuḳo. — Donantur e proventu duorum oppidulorum deus ʿAthtar et dea Šams.

Versus 13. Propositio nova incipit a ורכחם « Et sacrificium (fuit) Hirrâni », ubi templum Îlmaḳḳâḥi (v. 2) ceteris diis, sicut pantheon, patuisse credideris. Intercedit parenthesis quæ usque ad vocabulum ריקהן (v. 15) extenditur. — נתננן = الاجتنان « protectio » infinitivum definitum est; cf. Fr. Prætorium in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XLII, p. 56-61.

Versus 14. המת (vide etiam in v. 19), pronomen demonstrativum plurale, ut primus agnovit Halévy; conf. nunc Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 61; necnon Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 64-67, quum in titulo Academiæ 11° אולדן | המת « hi liberi » bis (v. 4 et 5) legatur. Neque obliviscaris apud Phœnices eamdem formam itidem occurrere; vide titulum Eśmunʿazari, v. 11 et 22, in *Corpus inscriptionum semiticarum*, pars prima, I, p. 14. — בן = مِنْ. — מרתדם « Marthad », scilicet Marthadenses. — פאו, arabice أو « vel », particula *fa* addita, sensu non mutato.

Versus 15. ריקהן = الذى يَقْهَرْ. Quum verbum וקה (cf. v. 3, 4 et 5, 7) deos exaudientes plerumque designet, nihil obstat quin etiam de hominibus exaudientibus et obedientibus adhibeatur. Ut Halévy recte præsensit, de vassalis Marthadensium agitur. — מחרם | וב post parenthesin vocem בהרן (v. 13) continuat.

Versus 16. חרות, sacrarii Îlmaḳḳâho dedicati nomen, nusquam alias reperitur; cf. arabice حَرَاةٌ « tractus, latus », ḥimyaritice חרתן, fortasse nomen loci apud Fresnel 11, v. 2. — A פל = ף + ל nova sententia incipit. — חנ præpositio « secundum » significans substantivum præcedit; cf. חנן (v. 3) ante verbum. — علم = عَلَمٌ « signum » hic et in versu 17 cum verbo sequente statu constructo conjungitur; eamdem constructionem vide in titulis 2, v. 6; 19, v. 7; 30, v. 4.

Versus 17. תעלם | בהו = تَعَلَّمَ بِهِ « quo monitus est ». — Alterum עלם repetitio prioris (v. 16). — רא forma decurtata, amissa tertia littera radicali *yâ* = رَأَى; cf. itidem Hal., 49, v. 10; Rebatsek, 6, v. 10, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XXIX, p. 615; XXX, p. 689.

Versus 18. Tertius Îlmaḳḳâh, scilicet Naʿmânensis, commemoratur. De territorio Naʿmân dicto vide supra, p. 57-58, quæ ad tituli 37 versum 4 adnotavimus. Adde designationem tribus רנעמן in titulo 3 quem D. H. Müller in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 675, edidit.

Versus 19. Copula ף usurpatur sicut arabicum ف post

أمّا; vide supra, p. 10 et 30. — צרי; cf. tituli 28 v. 1 (supra, p. 43).

Versus 20. ברדם | בן vertimus «a frigore», Muellerum secuti, *ibid.*, XXIX, p. 607. — Etsi linea separationis caret, vocabulum וכנכל, in ובן et כל separandum, «ab omni» significat. — Quid valeat קלאתם non ita perspicuum. Etsi *alif* ut tertia littera radicalis scribitur (cf. in Bibliis semel קָלְיָא, I Samuel, XVII, 17), radicem semiticam قَلَى, æthiopice ቀለወ *ḳalawa* et ቀለየ *ḳalaya*, hebraice קָלָה, chaldaice קְלָא «torruit, fricuit», comparandam esse et vocabulo קלאתם in titulo nostro æstum significari censemus.

Inde patet titulum nostra sententia sic, completis complendis, esse vertendum :

1 *Saʿdlâh et ejus filii Marthadenses*
2 *consecraverunt Îlmaḳḳâho Hirrânensi hunc titulum,*
3 *quia exaudivit ipsos propter preces ad se Îlma-*
4 *ḳḳâh, dominus Awwami, quod est in urbe Alw. Atqui exau-*
5 *divit Marthadenses ob munus rerum optimarum val-*
6 *lium ipsorum Dhû Urhuḳ; (quod contigit oriundum) ex Îlmaḳḳâ-*
7 *ho Hirrânensi; et exaudivit ipsos [Îlma]ḳḳâh*
8 *Hirrânensis propter preces ad se ut [indulge]ret campis*
9 *depressis et tribui in Mathw, pro*
10 *omni dono quotannis, et ut descende-*
11 *rent ex eo (loco) usque ad Urhuḳum, atque ut sacri-*
12 *ficarent in agro utroque ʿAthtaro et So-*
13 *li. Et sacrificium (fuit) Hirrâni, quum protectio*
14 *his vallibus (manaret) e Marthadensibus ve-*
15 *l e vassalis (eorum), et in sacrario Îlmaḳḳâhi*
16 *Ḥirwatensis. Atque utinam protegat secundum signum qu-*
17 *o monitus est Saʿdlâh, signum quod vidit in sacra-*
18 *rio Îlmaḳḳâhi Naʿmânensis! Et quod attinet ad Îlmaḳḳâhum Hi-*
19 *rrânensem, liberavit has valles Dhû Ur-*
20 *huḳ a frigore et ab omni æstu.*

75

B. M., 7; Os., 9.

(Tab. XIV.)

Tabula ænea, $0^{m}28$ alta, $0^{m}175$ lata, undique integra, quum fragmentum exiguum partis sinistræ fractum suo loco apte repositum sit. Quadrato binis lineis clauso titulus insertus est, quarum inferiori in summo monumento septem pinnas adjectas observa. In angulis quatuor foramina apparent, quorum ope tabulam suspendas licet.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 192-194. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 333-335; separatim excusum, p. 116-118,

sub numero 9. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 212-213.

Hæc leguntur :



Quæ hebraice :

1 הינמת ו ואחיהו ו ובניה
2 מו ו בנו ו ארפט ו הקניו
3 אלמקה ו דהרן ו דן ו משנ
4 דן ו חגן ו וקהמו ו במס
5 אלהו ו לופיהמו ו ול ו ס
6 עדהמו ו אתמרם ו הנאם
7 עדי ו ארצהמו ו ומשימ
8 תהמו ו ולדת ו נעמת ו ו
9 תנעמן ו לבני ו ארפט ו
10 ול ו סעדהמו ו רצו ו אמ
11 ראהמו ו בני ו מרתדם

Versus 1. הינמת, nomen proprium hominis; cf. הנום obscurum in O. M. 31, v. 6, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 87 et 91; nomen proprium viri هَنّام apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ* (ed. Wüstenfeld), p. 210 et 328; هِنّام tribum dæmonum, auctore Al-Fîrûzâbâdhîo in *Ḳâmûs*, sub rad. ه ن م; nomen montis هِنْوَم apud al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 69, 72, 113, etc., cum enuntiatione Hanûm apud Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 58 et 62, *Hinûm* apud Wüstenfeld, *Jemen im XI. (XVII.) Jahrhundert*, p. 94 et 127. Arabice هَيْمَة vocem submissam, occultam, quæ non intelligitur, significat.

Versus 2. ארפט, Arfaṭ, tribus Marthadensibus subdita, ut constat e versibus 10 et 11 hujus tituli, necnon e tituli 77 versu 3. Radicem רפט, in tractatibus Talmudi «laxari, dissolvi» significantem, in ceteris linguis semiticis non reperimus.

Quum cetera perluceant, jam ad vertendum titulum venimus :

1 *Hainamat, et ejus fratres, et filii eo-*
2 *rum, Arfaṭenses, consecraverunt*
3 *Îlmaḳḳâho Hirrânensi hunc titu-*
4 *lum, quia exaudivit ipsos propter pre-*
5 *ces ad se, ut servaret ipsos et conce-*
6 *deret ipsis fructus eximios*
7 *intra terram ipsorum et agros*
8 *ipsorum, atque quia contigit, et*
9 *ut contingat Arfaṭensibus,*
10 *et ut concedat ipsis favorem do-*
11 *minorum suorum Marthadensium.*

76

B. M., 8; Os., 12.

(Tab. XIV.)

Tabula ænea, $0^{m},27$ alta, $0^{m},16$ lata, ubi a sinistra paucissima desunt, quæ tamen titulum integrum reliquerunt. Quadrato binis lineis clauso titulus insertus est. In linea inferiore summi monumenti tres pinnas a sinistra, quatuor a dextera, duo manus demissæ, omina secunda, altera ad alteram conversa, pollicibus paululum sublatis, separant. In quatuor angulis foramina apparent, quorum ope tabulam suspendere queas.

De titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morgenl. Gesellschaft*, XIX, p. 201-203. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 357-358; separatim excusum, p. 140-141, sub numero 21.

Hæc leguntur :



Quæ hebraice :

1 שמר | יכב | בן | ושכם | הקנ
2 י | אלמקה | דהרן | דן | משׁ
3 נדן | בדת | הופיהו | במ
4 סאלהו | ובדת | יזאן | ה
5 ופינהו | במסאל | יסתא
6 לן | בעמהו | ובדת | סעד
7 הו | מהרנ | צדקם | בן | שׁעב
8 ן | נבשׁם | ול | ושׁפהו | בר
9 י | אדנם | ומקמם | ורצי | מ
10 ראהו | יתעם | בן | מרתדם |

Versus 1. שמר, nomen proprium hominis, quod in tituli 80 versu 1 iterum occurrit, Šammar enuntiandum est, ut Naśwân docuit, cujus textum vide apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 30. Inter reges Sabæ et Raidâni unus Šammar Yuharʿiś appellatur; cf. titulum 14um Academiæ apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 80-81. — Cognomen יכב = يَكِبُ «gradatim progrediens» significat. — Nomen patris ושכם contra «celeriter procedentem» (arabice واشك), utpote nomen appellativum, designat. Quæ nomina contraria filii et patris fortuito, non consulto, sic dissentire nobis videntur.

Versus 4. יזאן imperfectum verbi וזא; cf. tituli 3 versus 9 et 10, supra, p. 12.

Versus 5. יסתאלן, imperfectum formæ quæ octavæ sermonis arabici respondet, et quam «sibi precari» vertimus, quum substantivo præcedenti במסאל «propter preces» statu constructo conjungatur.

Versus 7. מהרנ צדקם; cf. הרנ|מהרנ|צדקם in tituli 78 v. 4 et 5; O. M., 7, v. 5; et, sine præcedente הרנ, veluti in nostro titulo, in tituli 79 v. 6, et in O. M., 5, v. 6. Quod ad sensum attinet, hebraicum הָרַג «interfecit» huc afferendum, et «cædes, strages» substantivo מהרנ exprimi inde concludendum; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 25. צדקם sensu adjectivo adhibitum in tituli 2 v. 15 jam occurrit (supra, p. 8-9 et 11). — בן = مِنْ.

Versus 8. נבשׁם; sic quoque in eodem contextu legitur בן | שׁעבן | נבשׁם in tituli 78 v. 6. Halévy : «Gens spoliatrix.» Nabśum nomen tribus esse, ut præsensit Osiander, conjicimus; cf. etiam D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 13; et æquipara nomina propria ejusdem radicis النبّاش apud Ibn Doraid, *Iśtiḳâḳ*, p. 128; نُبَيْشة, *ibid.*, p. 189 et 288. — ושׁף «donare»; vide quæ ad tituli 43 v. 5, supra, p. 73, adnotavimus, et adde quæ de hac radice attulit Prideaux in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, VI, p. 308.

Versus 9. אדנם | ברי; cf. tituli 28 v. 6 et 7, supra, p. 44.

Versus 10. Nomen proprium יתע, sæpius cognomen, vel pars prior nominum propriorum compositorum יתעאל, יתעאמר, יתעכרב, in hoc solo exemplo cum *mîmatione* occurrit. Nam spurium deum יתעם in spurio titulo (Lenormant, *Lettres assyriologiques*, II, p. 7 et seq.; Halévy, *Études sabéennes*, p. 187-191) et hominem hujus dei servum appellatum עבדיתעם in altero titulo spurio (Lenormant in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres*, 1867, p. 257; Halévy, *Études sabéennes*, p. 191) scientes omittimus. Deusne יתו, ubi *wâw* pro *ʿain* errore lapicidæ scriptum fuerit, hic sit comparandus alii statuant; cf. titulum 9 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 1, apud W. F. Prideaux, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, IV, p. 199; Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale* (*Cabinet des Médailles et Antiques*), Paris, 1891, p. 20.

Itaque titulus sic vertendus esse nobis videtur :

1 *Šammar Yakib, filius Wâšiki, consecra-*
2 *vit Îlmaḳḳâho Hirrânensi hunc ti-*
3 *tulum, quia protexit ipsum propter pre-*
4 *ces ad se, et quia perget pro-*
5 *tegere ipsum propter preces quæ ut exaudiantur*
6 *precabitur ab eo, et quia largitus est ipsi*
7 *cædem eximiam tribu-*
8 *s Nabši. Et donet ipsi plenitudi-*
9 *nem potentiæ et auctoritatis, necnon favorem do-*
10 *mini ipsius Yathaʿi Marthadensis.*

77

B. M., 9; Os., 11.

(Tab. XIV.)

Tabula ænea, $0^{m},265$ alta, $0^{m},145$ lata, cujus margo a sinistra et in ima dextera parte fractus, ita tamen ut nihil tituli evanuerit. E margine, qui duabus lineis parallelis constat, rima usque ad medium titulum e sinistra extenditur, nullo characteribus detrimento allato. In summo monumento quinque pinnas animadverte, necnon quatuor foramina in angulis singulis, quorum ope tabulam suspendere queas.

Hunc titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 199-200. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 331-333; separatim excusum, p. 114-116, sub numero 8. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 211-212.

Hæc leguntur :



Quæ hebraice :

1 תורם | ואסידם | ואח
2 יהמי | ובנהמו | בנו
3 ארפט | אדם | בן | מרת
4 דם | הקניו | אלמקה | ד
5 הרן | משנדן | לופיה
6 מו | ול | סעדהמו | א
7 למקה | אתמרם | עדי
8 ארצהמו | ומשימ
9 תהמו | ורצו | אמ
10 ראהמו | בני | מר
11 תדם | ול | ופיהם

Versus 1. תורם; cf. nomen proprium ثَوْر apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 212 et 314; Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 88, 114; Wüstenfeld, *Register*, p. 452-453. — אסידם = أُسَيِّد, forma deminutiva Tamîmitis peculiaris vocabuli أَسْوَد «niger», quæ arabice etiam ut nomen proprium usurpatur; cf. Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 123, 127; Wüstenfeld, *Register*, p. 363-364. Non autem infitiamur, si quis contendat nomen proprium אסידם cum أُسَيْد «leænæ catulus» fortasse potius congruere; cf. Wüstenfeld, *ibid.*, p. 364.

Versus 2. בנהמו forma pluralis decurtata pro בניהמו; cf. itidem titulos 5, v. 1 (supra, p. 14); 8, v. 1 (supra, p. 20); etc.

Versus 3. ארפט nomen tribus; cf. tituli 75 versus 2 et 9. — בן, forma decurtata pluralis בני; cf. versum 2 et tituli 80 v. 5.

Versus 11. Animadverte *wâwum* sub fine suffixi pluralis omissum, etsi lapicida loco non caruit, et vide itidem מקברהם pro מקברהמו in tituli 20 medio versu 2; שעבהם pro שעבהמו in tituli 102 medio versu 8.

Quum omnia liqueant, titulum sic vertimus :

1 *Thaur et Usayyid, et fratr-*
2 *es utriusque, et filii eorum, nepotes*
3 *Arfaṭi, vassali Martha-*
4 *densium, consecraverunt Îlmaḳḳâho*
5 *Hirrânensi hunc titulum, ut protegeret ip-*
6 *sos et ut largiretur ipsis Î-*
7 *lmaḳḳâh fructus intra*
8 *terram ipsorum et agros*
9 *ipsorum et favorem do-*
10 *minorum ipsorum Mar-*
11 *thadensium, et ut protegeret eos (Marthadenses).*

(Impressum mense novembri 1891.)

78

B. M., 10; Os., 6.

(Tab. XIV.)

Tabula ænea, $0^{m},25$ alta, $0^{m},135$ lata, cujus margo duabus lineis parallelis constans a sinistra paululum fractus est, sine tamen ulla litterarum jactura. Rima usque ad summum monumentum flexuose extenditur, servatis omnibus fragmentis. In summo decem pinnæ inter se quadrantes apparent, necnon in quatuor angulis quatuor foramina, quorum ope tabulam suspendere licet.

De hoc titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 179-184. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 356-357; separatim excusum, p. 139-140, sub numero 20.

Hæc leguntur :



Quæ hebraice :

1 אנמרם ו אטלם ו בן ו ה
2 ופעתת ו דנחסן ו הקנ
3 י ו אלמקה ו דהרן ו משׁ
4 נדן ו בדת ו סעדהו ו ה
5 רג ו מהרג ו צדקם ו ב
6 ן ו שׁעבן ו נבשׁם ו ול ו
7 וזא ו אלמקה ו סעד ו א
8 נמרם ו ברי ו אדנם ו ו
9 מקמם ו ודת ו נעמת ו ו
10 תנעמן ו לבני ו דנחסן

Versus 1. אנמרם, nomen proprium hominis, quod in tituli 82 versibus 1, 6, 9, 11 et 12, atque apud Hal. 412 = Glaser 309, nunc 85 Musei Britannici, v. 1 (Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions; the Glaser Collection*, p. 21) occurrit; cf. ذو أَنْمَرٍ Dhû Anmar in Naśwâni poemate ḥimyaritico, v. 118, apud D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 49 et 55; أَنْمار Anmâr apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 125, 167, 302; Wüstenfeld, *Register*, p. 83. — Cognomen אטלם = أَظْلَمُ «injustissimus» mirum in titulo 104, v. 1 (infra, p. 170), iterum exstat, necnon in v. 1 tituli in Museo Britannico sub numero 99 servati, quem D. H. Müller in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, II, p. 2, edidit. Huc referenda ظُلَيْمٌ Ṭhulaim, locus Yemenensis, et rex Ḥimyari ذو ظُلَيْم Dhû Ṭhulaim (Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 581); nomina propria hominum ظُلَيْمٌ Ṭhulaim et ظالِمٌ Ṭhâlim, apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 119, 134, 160, 171; Wüstenfeld, *Register*, p. 153 et 156; ظليمة Ṭhulaima, locus Hamdânensis; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 113 et 202.

Versus 2. הופעתת; cf. titulos 1, v. 2 (supra, p. 6); 37, v. 4 (supra, p. 55-60); 43, v. 1 (supra, p. 72). — נחסן nomen tribus, sicut e versu 10 liquet. Animadverte radices ظ ل م et ن ح س eodem fere sensu obscuritatis ab Arabibus adhiberi.

Versus 5. צדקם | מהרנ | הרנ; cf. tituli 76 v. 7.

Versus 6. De tribu Nabś vide tituli 76 v. 8.

Versus 9. ודת conjunctionem בדת in v. 4 continuat, quum longa parenthesis interposita fuerit.

Titulum, quum cetera perspicua nobis videantur, sic vertimus :

1 *Anmar Aṭhlam, filius Ha-*
2 *ufʿathati Dhû-Naḥsensis, consecra-*
3 *vit Ilmaḳḳâho Hirrânensi ti-*
4 *tulum hunc, quia concessit ipsi cæ-*
5 *dere cædem eximiam*
6 *tribus Nabśi (et*
7 *pergat Ilmaḳḳâh concedere A-*
8 *nmaro plenitudinem potentiæ et*
9 *auctoritatis), et quia contigit, et*
10 *ut contingat Dhû-Naḥsensibus.*

79

B. M., 11; Os., 8.

(Tab. XV.)

Tabula ænea, $0^m,31$ alta, $0^m,17$ lata, undique integra quod ad titulum attinet, sed ex parte superiore marginis a sinistra hoc modo fracta ut pars marginis sinistræ abscissa fuerit. In margine superiore utraque manus ter cum demissis digitis repræsentatur, pollicibus paululum sublatis et ita altero ad alterum conversis ut tria paria efficiantur. Duæ manus sic quoque in fragmento nunc deficiente conjungebantur. Infra, ubi titulus incipere solet, tres manus similiter positæ apparent, quarum duabus e sinistra par constat, tertia ad dexteram tendente, quum tres manus aliæ deficiant, quarum prima ad sinistram vergente tertia lateris alterius complebatur, binis ceteris concinne distributis. In medio inter triadem manuum quamque duo ornamenta supersunt quæ scalarum speciem præbere nobis videntur. Animadverte in imo monumenti margine tres characteres, quibus lapicida egebat ut versum ultimum absolveret. Tria foramina in tribus angulis residuis aperta sunt, quorum ope tabulam suspendere queas.

De hoc titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 188-192. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 358-360; separatim excusum, p. 141-143, sub numero 22.

Hæc certo leguntur :

1 𐩱𐩺𐩹 | 𐩹𐩵𐩲 | 𐩺𐩣 | 𐩨𐩸𐩲𐩱 | 𐩨𐩣𐩣𐩵
2 𐩣𐩹𐩺 | 𐩺𐩺𐩺𐩸𐩨 | 𐩺𐩷 | 𐩺𐩵𐩷 | 𐩹𐩹𐩨𐩺𐩲
3 𐩺𐩲𐩲𐩨𐩣 | 𐩹𐩹𐩨𐩺𐩲 | 𐩵𐩹𐩺𐩲𐩲 | 𐩸𐩷 | 𐩺
4 𐩵𐩹𐩵𐩷𐩥𐩣 | 𐩵𐩹𐩱𐩹𐩵𐩹𐩷 | 𐩺𐩣𐩹𐩺𐩵 | 𐩵𐩹
5 𐩹𐩨𐩺𐩲 | 𐩵𐩹𐩺𐩹𐩲𐩷 | 𐩺𐩣𐩹𐩺𐩵 | 𐩺𐩲𐩺𐩹𐩨𐩷
6 𐩹𐩺𐩲 | 𐩱𐩣𐩲𐩲𐩵 | 𐩺𐩺𐩥𐩲𐩵 | 𐩸𐩺𐩹𐩹𐩨 | 𐩹
7 𐩹𐩱 | 𐩵𐩨𐩹𐩲𐩹𐩨 | 𐩹𐩵𐩸 | 𐩹𐩹𐩲𐩲 | 𐩺𐩣𐩣 | 𐩨
8 𐩣𐩹 | 𐩹𐩹𐩹𐩷 | 𐩺𐩣𐩹𐩺𐩵 | 𐩨𐩺𐩹𐩹𐩨 | 𐩺𐩣 | 𐩹𐩹
9 𐩹 | 𐩨𐩹𐩣 | 𐩨𐩺𐩹 | 𐩨𐩺𐩹𐩸𐩣 | 𐩨𐩣𐩣𐩹 | 𐩵𐩹𐩺
10 𐩹 | 𐩵𐩹𐩺𐩹𐩲 | 𐩺𐩵 | 𐩨𐩸𐩹𐩹𐩨 | 𐩹𐩺𐩺𐩣 | 𐩺𐩣𐩹
11 𐩨𐩵 | 𐩨𐩺𐩷𐩲 | 𐩱𐩹𐩣𐩵 | 𐩹𐩹𐩹𐩱 | 𐩵𐩹𐩲𐩹𐩨 | 𐩵𐩷
12 𐩲 | 𐩱𐩺𐩣𐩺 | 𐩺𐩨𐩹𐩺𐩸𐩵 | 𐩸𐩨𐩹𐩺 | 𐩸𐩷𐩺𐩵 | 𐩨𐩨𐩹
13 𐩹𐩹𐩺

Quæ hebraice :

1 רבבם | יאזם | בן | אחרף | הקני
2 אלמקה | דהרן | דן | משנדן | לקב
3 ל | דת | סאלהו | אלמקה | במסאל
4 הו | ולקבל | דהופיהו | בחצרהו
5 דמעלצן | ולקבל | דסעדהו | אלמק
6 ה | מהרגת | ואחלל | ואסבי | צדק
7 ם | בכל | אברת | שוע | מראהמו | יפ
8 רע | בן | מרתדם | ולקבל | דפרק | עב
9 דהו | רבבם | בתקדם | קדם | בעם | ע
10 רבן | בחלף | מנהתם | ול | סעדהו | ר
11 צו | מראהו | יפרע | ובני | אדנם | ומ
12 קמם | ולדת | נעמת | ותנעמן | לבני | א
13 חרף

Versus 1. רבבם nomen proprium hominis, servum significans, id est servum dei cujusdam omissi, ut sæpe fit in nominibus theophoris semiticis; cf. quæ occasione tituli 43 v. 1, de nomine proprio hominis רבב | שמסם, id est « servo Šamsi », supra, p. 72, disseruimus. Nomen רבבם in tituli Glaseriani v. 1 etiam occurrit, quem D. H. Müller in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, II, p. 2, edidit. — יאזם cognomen in titulis 59;

69, v. 2, jam notatum; cf. supra, p. 88 et 99. — אחרף (cf. v. 12 et 13) nomen hominis vel tribus; cf., auctore Osiandero, بنو الحارف apud Ibn Doraid, *Iṣtiḳâḳ*, p. 265, de quibus Khârifensibus vide etiam Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 111, v. 23, in descriptione provinciæ Al-Baun (supra, p. 103). Inter provincias Yemeni Al-Bakrî (*Muʿdjam*, p. 312 et 614) provinciam Hamdânensem مخلاف الحارف dictam bis commemorat, quæ huc etiam afferenda nobis videtur. Nomen loci أُخْرَف, in hac eadem regione, vide apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 69, 72, 113, 188.

Versus 2 et 3. לקבל | רת conjunctio composita, quæ in tituli 82 versu 3 iterum occurrit; cf. brevius לקבל | ר in nostri tituli versibus 4, 5, 8, et præpositionem לקבלי in tituli 87 v. 5. Osiander chaldaicum לֶקֳבֵל דִּי (Ezra, VI, 13) «quia» jure comparavit. — Osiandero non minus assentimur, quum סאל non primæ, sed secundæ verbi arabici سَأَلَ formæ æquiparat, eo sensu, quo Arabes quartam formam ejusdem verbi usurpare solent, id est «concessit petitum». Cf., ni fallimur, דהסאל «qui concessit» apud Hal. 345, v. 5.

Versus 4. בחצרהו; cf. itidem in eodem contextu tituli 82 versum 4. Sensus est arabici حَضَرٌ «locus habitatus, habitaculum». Ab Arabibus incolæ urbium اهل الحضر appellantur; vide Freytag, *Einleitung in das Studium der arabischen Sprache*, p. 2.

Versus 5. דמעלצן. Halévy: «tempore inopiæ» hic et in titulorum 82 v. 4 et 93 v. 2. Quod nobis minime placet. Opinionem Osianderi potius sequimur, qui Maʿlṣân in tribus titulis nomen loci esse contendit. Etenim J. H. Mordtmann (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 8) nomen urbis Μαλσάνη ab Uranio apud Stephanum Byzantinum commemoratæ nostro Maʿlṣân recte assimulavit. Cf. etiam وادى عُلْصان apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 77 et 190.

Versus 6. מהרגת plurale substantivi מהרג, de quo cf. titulorum 76 v. 7 et 78 v. 5. מהרגת, simul ac duo substantiva sequentia, statu constructo cum צדקם conjungitur. De hac constructione linguæ ḥimyariticæ peculiari vide supra, p. 57 et 66. — אחלל plurale est singularis nondum reperti, quod «bona, facultates» significare Mordtmann et Müller nos docuerunt; vide utriusque *Sabäische Denkmäler*, p. 62. — Non dubium tertio substantivo אסבי captivos exprimi; cf. singulare סבים in titulo Rehatsek 6, v. 13. Perinde ac in nostro titulo, sed sine אחלל, legitur in titulo 129 Glaseri inedito, v. 3 et 4, מהרגת | ואסבי | צדקם.

Versus 7. Osiander et Halévy אברת plurale vocis ברת esse affirmant et arabicum بَرْتٌ, pl. أَبْرَاتٌ «terra plana et mollis» comparant. Quod nobis verisimillimum videtur, quum de campis prœliorum agi censeamus. — שוע «clientes, asseclæ», auctoribus Osiandero et Halevyo. Perfectum verbi שוע «auxiliari», cui אברת statu constructo conjungitur, cum contextu melius congruere persuasum habemus; cf. infinitivum cum *nûnatione* שוען in tituli 2 v. 11 (supra, p. 8-10); cognomen יהשע in tituli 1 v. 2 (supra, p. 6), et quæ ad illum locum adnotavimus. — יפרע; cf. formam pleniorem יהפרע in titulis 36; 72, v. 4, supra, p. 54 et 107.

Versus 8. פרק cum eadem radice, quemadmodum hebraice et aramaice usurpatur, sensu magis concinit quam cum arabico فرق. Osianderum et Halevyum secuti, «liberavit» vertimus.

Versus 9. בתקדם | קדם ad verbum «in progressu qui progressus est», hoc est in impetu qui prorupit, quum קדם primæ verbi arabici formæ æquiparemus, non autem secundæ, قَدَّمَ, ut suaserunt Müller et Mordtmann, *Sabäische Denkmäler*, p. 36. Vertimus quasi in arabico sermone legatur : بتقدّم قَدِمَ من عند العرب

Versus 10. Qui sint ערבן impetum facientes ambigitur. Halévy, postquam Arabas genere toto primum agnoverat, deinde conjecit Arabanitas Plinii hoc vocabulo designari. Frustra vero Arabanitas in Plinii *Historia naturali* quæsivimus. Ἀραβανῖται in Ptolemæi Geographia occurrunt, quos Sprenger (*Die alte Geographie Arabiens*, p. 304-305) Arḥabitis assimulavit. In titulis autem Arḥab non ערב, sed ארחב appellatus foret; cf. unicum exemplum, etsi mutilum et ideo dubium, in titulo 14° Academiæ, v. 10, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 76-78 et 82. Ab his populus ערב «Arabes» in titulis Yemenensibus dictus omnino sejungendus. Neque enim nomen Arabum in nostro tantummodo titulo obvium habuimus, sed etiam Hal. 48, v. 7; 232, v. 2 (plurale אערב); 362, v. 1; 413, v. 2; 414, v. 2; 419, v. 5; 526, v. 2; 599, v. 5 (ערבן, sicut in nostro titulo); 601, v. 4, etsi interpretatio non in omnibus his locis plane liquet; Rehatsek 6, v. 8; et in titulo Academiæ 14°, v. 5 et 10 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 76-78), ubi collectivum ערב et plurale אערב simul occurrunt. In titulo Rehatseki 6°, v. 7 et 8, jam citato, legitur : שבא | וערבן | שבן «tribus Saba' et Arabes», ita ut Arabes Saba'ensibus opponantur. Sic etiam in titulo Academiæ 14°, v. 10, inscriptum est מרב | אערב «Arabes Ma'ribi», ita ut Arabas quosdam in capite regni Sabæ vixisse constet. Nomina propria hominum ערבשמסם in tituli 40 v. 1 (supra,

p. 64-65) et brevius ערבם in tituli primi Bibliothecæ Maximæ Parisiensis versu 1 consulto præterimus, quum non de Arabibus, sed de occasu Solis in utroque agatur. Hunc titulum, quem a nostro sodali Carolo Schefer Bibliothecæ Maximæ Parisiensi anno 1876 munifice oblatum esse (supra, p. 1) commemoravimus, vide nunc editum et in francogallicum sermonem versum apud Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale* (*Cabinet des Médailles et Antiques*), p. 10. His præmissis, concludimus nomine Arabum incolas Arabiæ septentrionalis præcipue designari, eosque hoc nomen servavisse, quum, sedibus in Yemenum translatis, in Arabia meridionali degerent. Analoga vide apud Eduardum Glaser in libro suo eximio et nova plurima afferente *Skizze der Geschichte und Geographie Arabiens*, II (Berlin, 1890), p. 315. Veteris Testamenti locis, ubi Arabum mentio fit, hæc opinio confirmatur, excepto tamen uno loco (2 *Chr.* XXI, 16), ubi meridionalis Arabiæ incolæ sunt intelligendi. Nihil autem obstat quin ibi, sicut in titulis suspicamur, Arabum gentes designentur, quæ illuc migraverint et coloniam constituerint, quam Paralipomena confinem esse Kouśitis, id est Æthiopibus, affirmant. — חלף hic non præpositionem esse, sed substantivum arabico مخلاف æquiparandum, contendimus, quo provinciæ Yemeni apud Arabas appellantur; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 25-30, peculiariter p. 26-27, ubi de nostro loco agitur. — מנהתם. Iis quæ de arce et provincia Manahât, necnon de Manahâtensibus olim attulimus adde nunc titulos Glaseri 282, v. 1 et 2; 283, v. 3; 298, v. 4; 343, v. 2, apud Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions; The Glaser Collection*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 168-169; 170-171; 196; 204; separatim excusum, p. 2-3; 4-5; 16; 24.

Ideo sic vertimus :

1 *Rabîb Ya'zim Akhrafensis consecravit*
2 *Ílmaḳḳâho Hirrânensi hunc titulum propter-*
3 *ea quod exaudivit ipsum Ílmaḳḳâh propter preces*
4 *ad se, et propterea quod protexit ipsum in habitaculo ipsius*
5 *Dhû Maʿlṣân, et propterea quod concessit ipsi Ílmaḳḳâ-*
6 *h cædes atque facultates captivosque eximi-*
7 *os in omnibus prœliis ubi auxiliatus est domino eorum Yuf-*
8 *riʿ Marthadensi, et propterea quod liberavit ser-*
9 *vum suum Rabîbum in impetu qui prorupit ex A-*
10 *rabibus in provincia Manahât, et quia concessit ipsi fa-*
11 *vorem domini ipsius Yufriʿ et plenitudinem potentiæ et auc-*
12 *toritatis, et quia contigit, et ut contingat nepotibus A-*
13 *khrafi.*

80

B. M., 12; Os., 13.

(Tab. XV.)

Tabula ænea, $0^{m},31$ alta, $0^{m},18$ lata, in duas partes inæquales divisa, quarum altera cum altera non apte cohæret. Credas fragmentum interpositum desiderari; quod reipsa textu tituli confirmari nobis videtur. Rima e sinistra usque ad duos primos partis inferioris versus superstites ita extenditur ut prioris versus litteræ ultimæ evanuerint. Cetera intacta manserunt. Margo duabus lineis parallelis constat; in summo octo pinnæ apparent, necnon in quatuor angulis quatuor foramina, quorum ope tabulam suspendere licet. Sub fine tituli ornamentum rotundum eo consilio additum est ut versus ultimus brevior compleretur.

De hoc titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 203-207. — Fr. Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1872), p. 36-41. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 351-353; separatim excusum, p. 134-136, sub numero 18.

Osiander, Prætorius et Halévy, quippe qui titulum integrum esse censerent, hæc legerunt :

1 ᎩᏂ | ᎩᏊᏁᏗᏏ | ᏊᏂᏊᎩ | ᏁᏂᏊᏋᏊ | ᏂᏁ | ᏋᏁᏍ
2 | ᎩᏊᏁᏗᏏ | ᏊᎩᎩᏊᏊ | ᏂᏄᏠ | ᏂᏂᏂᏍᏁ | ᏂᏋ
3 | ᏗᏗᏏᏗᏍ | ᏂᏂᏁ | ᏊᎩᏗᏗᏏᏁᏁ | ᏁᏊᏏ | ᏗᏊᏁ
4 Ꮑ | ᏍᏍᏂᏠ | ᏍᏍᏂᏠ | ᏂᏊᏁ | ᏋᏁᏍ | ᏊᎩᏁᏊᏁ
5 ᎩᏂᏁᏊ | ᏊᏍᏁ | ᏍᏂᏁᏊᏁ | ᏁᏂᏊᏋᏊ | ᏂᏁ | ᏍᏊᏁ
6 ᎩᏊᏁᏗᏏᏊ | ᏂᏍᏍᏂᏠ | ᏍᏊᎩ | ᏂᏁ | ᏋᏁᏍ | Ꭺ
7 Ꭺ | ᏁᏍᏊᏋᏊ | ᏊᎩᏗᏗᏏᏁᏁ | ᏋᏁᏍ | ᏍᏊᏋᏍ
8 ᏁᏊᏂᏗᏊ | ᏊᏁᎩᏋᏋᏠᏗᏗᏊ | ᏊᏁᎩᏋᏋᏠᏗᏗ
9 ...ᏁᏋᏊ | ᏊᏗᏗᏂ | ᏂᏋᏊᏂ | ᏁᏊᏗ | ᏊᏂᏊ
10 ᏁᏋᏂᏊᏗ | ᏊᏊᏁᏋᏂ | ᏂᏗᏊᏊᏊ | ᏂᏂᏁ | ᏁᏗᏂ
11 ᏂᏗᏗᏏᏗᏁ | ᏂᏂ | ᏂᏊᏂᏊ | ᏗᏊᏗᏗ | ᎩᏂᏁᏊ
12 Ꮑ | ᏗᏗᏂᏂᏊ | ᏍᏋᏂᏁ | ᏂᏗᏊᏋᏊ
13 ❁ | ᏗᏗᏂ | ᏋᏁᏂ | ᏂᏗᏁᎩᏏᏊ | Ꮒ

Quæ hebraicis litteris :

1 שמרובן | קרינם | הקני | אלמקה | דה
2 רן | משנדן | חגן | וקהחו | אלמקה |
3 בעל | אום | במסאלהו | בכן | תסאל |
4 בעמהו | שמר | בעד | חדתת | חדתת | ב
5 בית | בן | קרינם | ובדת | מתע | עבדה
6 ו | שמר | בן | הית | חדתתן | ואלמקה
7 פשפת | שמר | במסאלהו | צריתם | ל
8 אחררהמו | ואחררתהמו | ואדיב
9 עדי | אום | דערן | דאלו | תורם...
10 כלם | בכן | יפקלן | ארבעי | אקדרם
11 ובנה | ללעל | וכון | דן | מסאלן
12 וצריתן | בחרף | ודדאל | ב
13 ❁ | ן | יקהמלך | כבר | חלל

Versus 1. שמר, nomen hominis; vide quæ ad tituli 76 v. 1 adnotavimus, supra, p. 117. — קרינם nomen hominis vel tribus (cf. v. 5), quod sine *mîmatione* in tituli 9 Musei Luparensis versu primo ut cognomen adhibitum est (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 17), ne de titulo probabiliter spurio loquamur, ubi קרינם bis repetitum ut nomen defuncti et ejus avi occurrit; cf. Fr. Lenormant in *Comptes rendus de l'Académie des inscriptions et belles-lettres* (1867), p. 260-261; J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 192. Osiander قرين بن سلمى apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 209, jure comparavit.

Versus 3. תסאל; perfectum habemus formæ quæ quintæ arabici sermonis respondet, a conjunctione præcedente בכן «quum» pendens. Sensus esse videtur : «quum petiit sibi».

Versus 4. Utrum בעד, manifeste præpositio, «post», ut arabicum بَعْدَ, an «propter», ut בְּעַד in aliquot Veteris Testamenti locis pro usitatiore בַּעֲבוּר, ambigitur. Utrinque ad sensum analogum pervenitur. Hanc interpretandi viam Osiander jam munivit, quem Halévy secutus est, postquam, collato بَعْدٌ infinitivo verbi بَعَدَ, «removere» verterat. Quod repellendum esset, quum arabice بَعُدَ, يَبْعُدُ, بُعْدٌ dicatur, cui significatio intransitiva «distitit» assignatur, secunda forma transitive adhibita. — בעד | חדתת | חדתת = بَعْدَ حادِثاتٍ حَدَثَتْ «post (vel propter) casus qui acciderunt».

Versus 5. בן forma decurtata pluralis בני; cf. בן | מרתדם «Marthadenses» in titulorum 77 v. 3 et 4; 86 v. 1 et 2. — מתע = متّع «superstitem servavit», ut recte interpretatus est Osiander; cf. tituli 26 v. 3, supra, p. 40.

Versus 6. הית, pronomen demonstrativum femininum singulare cum determinato plurali חדתתן, more arabico conjunctum esse constat; cf. Halévy, *Études sabéennes*, p. 238; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 61; D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 31; necnon tituli 40 v. 3 et 4, supra, p. 66.

Versus 7. שפת «ornavit muneribus, largitus est»; cf. tituli 19 v. 9, supra, p. 30. — צריתם «salus, incolumitas»; cf. titulorum 28 v. 1; 74 v. 3, et exempla a D. H. Muellero allata in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXIX, p. 596.

Versus 8. לאחרתהמו | ואחרתהמו, Osianderum et Halevyum secuti, «hominibus liberis et feminis liberis eorum» interpretamur. Cf. analoga in nostro tituli 69 commentario, supra, p. 100. — אדיב. Ad enucleandum hoc vocabulum ab eadem radice atque Halévy profecti, ab eo in conclusione dissidemus. Etenim, comparato دَأَبَ «laboravit in opere faciendo», inde דיב, in plurali אדיב, opificem primum, deinde servum significare opinamur. Similiter arabice قَيْنٌ non solum fabrum et omnis generis opificem, sed etiam servum et mancipium, ḥimyaritice famulum vel servum, semper designat; vide locos quos J. Mordtmann in *Zeitschr. der deutsc. morg. Ges.*, XXX, p. 32, congessit. Si hunc sensum vocabulo אדיב tribuendum et vocibus אחרר et אדיב contraria contrariis opposita esse concedes, adduceris ut versum deficientem sic, ni fallimur, restituas :

המו | ואדיבתהמו | ושמר | פוקף

«et servis ancillisque eorum. Šammar vero legavit» vel «obtulit». Formam אדיבתהמו formæ אחררתהמו persimilem finximus. Quod ad finem versus attinet, ea inseruimus quibus et numerus characterum compleretur, et versus nonus illustraretur. Fortasse, pro פוקף «legavit, obtulit», sicut in tituli 81 v. 2, ubi itidem תורם sequitur, legendum est פרבח «sacrificavit».

Versus 9. אום | דערן | דאלו; cf. אלו | דערן | אום in tituli 74 v. 4, supra, p. 112. Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 96, vallem Yemenensem Alwa (الْوَة) commemorat. Utrum nostro אלו sit assimulanda annon ambiguum. — תורם «taurus»; cf. titulos 26, v. 6, supra, p. 39-40; 81, v. 2. Halévy : «terra», collato arabico شور «acquisitio», quod nobis minime placet. Sub fine versus nihil in imagine nostra ex monumento ipso solis luce expressa apparet. *Nûn* quod in operis *Inscriptions in the Himyaritic Character* tabula lithographica VIII^a super parvulum fragmentum apparet, fortasse hic suo loco collocatum est, nisi e versu præcedente ceterum amisso superfuerit.

Versus 10. Auctore Osiandero, legimus [מו]כלם, collato מוכלן in tituli 81 v. 6. מוכלם = موكّل «commendatus» adjectivum substantivi תורם a verbo וקף pendentis. Vertimus : «Šammar vero obtulit..... taurum electum», quum taurus ideo commendatus fuerit ut egregia hostia litaretur. — בכן «idcirco ut», cum imperfecto יפקלן, cujus pars subjectiva «urbs Alw» in versu præcedente quærenda nobis videtur. Verbum פקל «fruges fundere» in nostro tantummodo titulo reperitur, dum substantivi pluralis exempla אפקל «fruges» non rara sunt; cf. titulos 2, v. 15; 86, v. 7; Hal. 128; O. M. 6, v. 11; 8, v. 8; 12, v. 4; etc. — ארבעי «quadraginta», sequente plurali אקדרם «mensuræ», quod a legibus grammaticæ semiticæ recedit; cf. tamen itidem in titulo Os. 31 = B. M. 32, v. 2 et 3, ארבעתן | ועשרנהן | אצלמן «viginti quatuor statuæ», et simillime in Vetere Testamento (*Gen.*, XXVI, 12) מֵאָה שְׁעָרִים «centum mensuræ».

Versus 11. ללעל | ובנה. Sensus non dubius, construc-

tio vero non liquet. Vertimus : «et plus etiam his». בנה = منها. Quod ad ללעל attinet, provocamus ad comparandum æthiopicum በላዕሉ *balâʿlû* «supra, desuper», præpositione ל in nostro vocabulo præpositionis *ba* æthiopicæ partes tenente. Cf. ḥimyariticum לעל in Hal. 199, v. 1; aramaica ܡܢ ܠܥܠ, לְעֵילָא, לְעֵיל ܠܥܠ, מִלְעֵילָא, necnon hebraica מַעַל, מִלְמַעְלָה, et in primis עַד לְמַעְלָה.

Versus 12. ודדאל nomen proprium eponymi compositum; cf. Hal. 44, v. 1; 48, v. 9; 187, v. 1; 188, v. 4; 416, v. 1; etc.; titulum 16 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 1, apud Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale* (*Cabinet des Médailles et Antiques*), p. 26.

Versus 13. יקהמלך nomen proprium hominis, quod fortasse in Hal. 380, v. 1, iterum occurrit. — כבר | חלל. Animadverte hæc duo vocabula, si nomina aut adjectiva sunt, et mîmatione et nûnatione carere; idem mirare in ceteris exemplis Hal. 51, v. 19, et titulo Academiæ 5°, v. 5, de quo vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 47-50. Epitheton, quasi cognomen Wadadîli vel Yaḳahmaliki, utroque vocabulo conjuncte exprimi opinamur; cf. עלי | וכבר, addita copula ו, in titulo 3° Academiæ apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *ibid.*, 1, p. 43-44.

Quæ quum ita sint, restitutis quæ restituenda esse conjecimus, titulum sic legimus et vertimus :

1 שׁמר | בן | קרינם | הקני | אלמקה | דׄה
2 רן | משׁנדן | חנן | וקההו | אלמקה |
3 בעל | אום | במסאלהו | בכן | תסאל |
4 בעמהו | שׁמר | בעד | חדתׄת | חדתׄת | ב
5 בית | בן | קרינם | ובדׄת | מתע | עבדה
6 ו | שׁמר | בן | הית | חדתׄתן | ואלמקה
7 פשׁפת | שׁמר | במסאלהו | צריתם | ל
8 אחררהמו | ואחררתהמו | ואדיב
8 *bis* [המו | ואדיבתהמו | ושׁמר | פוקף]
9 עדי | אום | דׄערן | דׄאלו | תׄורם [| מו]
10 כלם | בכן | יפקלן | ארבעי | אקדרם
11 ובנה | ללעל | וכון | דׄן | מסאלן
12 וצריתן | בחׄרף | ודדאל | ב
13 ן | יקהמלך | כבר | חׄלל |

1 *Śammar Ḳiryanensis consecravit Îlmaḳḳâho Hi-*
2 *rrânensi hunc titulum, quia exaudivit ipsum Îlmaḳḳâh,*
3 *dominus Awwami, propter preces ad eum, quum sibi precatus est*
4 *ab eo Śammar ob accidentia quæ acciderunt in*
5 *castello Ḳiryanensium, et quod liberavit servum su-*
6 *um Śammar ab his accidentibus. Et quoad Îlmaḳḳâh,*
7 *largitus est Śammaro, ob preces ad se, liberationem*
8 *hominibus liberis et feminis liberis eorum, et servis*
8 *bis* [*ancillisque eorum. Śammar vero obtulit*]
9 *intra Awwamum, quod est in urbe Alw, taurum* [*e-*

(Impressum mense novembri 1891.)

10 *lectum, ut funderet (Alw) frugum quadraginta mensuras*
11 *et plus etiam his. Et fuerunt hæ preces*
12 *et hæc liberatio in anno Wadad'ili, fi-*
13 *lii Yaḳahmaliki, nobilis, dilecti.*

81

B. M., 13; Os., 10.

(Tab. XV.)

Tabula ænea, $0^{m},265$ alta, $0^{m},17$ lata, undique integra, duabus lineis parallelis circumdata, quarum inferiori in summo monumento quatuor pinnæ subjectæ sunt. In quatuor angulis foramina rotunda aperta sunt quorum ope tabulam, si lubet, suspendere queas. Sub fine tituli, ut versus undecimus compleretur, additum est ornamentum , quod nihil significare videtur.

Titulum tractaverunt: E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 194-199. — Fr. Prætorius, *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1873), p. 7-15. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 354-356; separatim excusum, p. 137-139, sub numero 19. — D. H. Müller, *Himjarische Inschriften*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXIX (1876), p. 605-609.

Hæc perspicue leguntur :

1 ᎿᎸᏁᏗᏘ | ᎾᏂᎸᎿ | ᏁᏘᎾᎿ | ᏂᏘ | ᏁᏘᏁᏦᏂᏘᎾ
2 ᎸᎸᏘᏘ | ᏘᎿᏂᎸᏦ | ᏂᏂᏂᏧᏁ | ᏂᏥᎿᏦ
3 ᏘᎾ | ᏂᏘ | ᏘᏁᎿᎾᏂᏁ | ᏂᏘᏘ | ᏁᏥᏘᏧ | ᏘᎿᏗ
4 ᏘᏥᏘᎿᏁᏘ | ᎸᏥᏂᏘ | ᏂᏘᏥᏘᏘ | ᏂᏘᏘᏦ | Ꮨ
5 ᏥᏂᏘᎿᏘ | ᏁᏦᏘᎸ | ᏂᏘ | ᏘᏥᏘᎾᏘᏂ | ᏂᏘ
6 ᎿᎾᏘᎾ | ᏥᏘᏂᏘ | ᏂᏗᏘᏘᏁ | ᏂᎾᎸᏘᎿ | Ꮨ
7 ᏂᏗᏗᏦᎿᎾᏘ | ᏘᏁᎿᏂᎾᏘ | ᏂᏦᏂᎸᎾᏦ | ᏘᏁ
8 ᎿᏘ | ᏂᎸᏂᏘ | ᎾᏂᏘ | ᏂᏘᏦᏂᏘ | ᏘᏁᎿᎾᏂᎸ
9 ᏘᏁᎿᏂᏘ | ᏗᏘ | ᏁᏂᏁᏘᏂ | ᎿᎸᏁᏘᏗ | ᏘᏘ
10 ᎾᏥᏥᏘ | ᏁᏥᏘᏦᏘ | ᏁᏂᏗᏘᏘ | ᏁᏥᏁᏘᏘ
11 | ᏁᏂᏘᏥᏁ | ᎾᏂᏘ | ᏘᏁᎿᏥᏥᏘ

Quæ hebraicis litteris :

1 עבדשמסס | בן | חיטם | הקניו אלמקה
2 דהרן | משנדן | דשפתהו | ווקף
3 להו | תורם | בכן | מתעהמו | בן | עו
4 ס | דכון | בארצן | בחרף | סמהכרב
5 בן | תבעכרב | בן | פצחם | והאחר
6 ו | הופין | מוכלן | ונכר | בעליה

7 מו | ליפתחן | ביתהמו | ויהללן
8 קניהמו | ומשחכן | עדי | צנקן | וה
9 תב | לאלמקה | תאמנם | ול | סעדהמו
10 אתמרם | ואולדם | אלכרם | ורצי
11 אמראהמו | בני | מרתדם |

Versus 1. עבדשמסם = عبد شمس; cf. סעדשמסם in titulis 3, v. 1; 9; in titulo 8° Academiæ, apud nos 102, v. 2; ערבשמסם in titulo 40, v. 1; necnon רכב | שמסם in titulo 43, v. 1, et quæ ad hunc locum adnotavimus, supra, p. 72. — חיטם nomen proprium hominis inauditum; cf. nomen proprium iisdem litteris constans, ordine inverso, חטין, in titulo 23, supra, p. 36.

Versus 2. דשפתהו; cf. itidem tituli 84 v. 2; 85 v. 2. — וקף = وقف «legavit in pios usus»; cf. tituli 80 v. 8 *bis*.

Versus 3. תורם «taurus», cum *mîmo* indeterminationis; cf. tituli 80 v. 9; 82 v. 5. — בכן «quum»; cf. titulorum 80 v. 3; 84 v. 3; necnon titulum 14um Academiæ, v. 5, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 76-77. — עום certe calamitatem exprimit; cujus autem generis sit non liquet. Quum radix arabica عاس «obivit noctu» significet, nescimus an de incursione nocturna agatur. Halévy : «deprædatio». Fortasse arabicum عَوَزٌ «egestas, inopia» comparandum, etsi geminæ radices litteris sibilis differunt. Quidquid id est, mirare substantivum עום in statu constructo, quem more æthiopico pronomen ל sequitur: cf. D. H. Müller, *Der Status constructus im Ḥimjarischen*, in *Zeitschr. der d. morg. Ges.*, XXX, p. 121, n. 1.

Versus 4. בארצן «in hac regione». — סמהכרב nomen proprium eponymi; cf. titulos 37, v. 1; 73, v. 10; 83, v. 5; etc.

Versus 5. תבעכרב; cf. tituli 83 v. 6; necnon Fresnel 56, v. 1; Hal. 485, v. 5; 604, v. 6 et 7; etc. — פצחם nomen proprium hominis; cf. Hal. 48, v. 13; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 75. — והאחרו «distulerunt» sequente הופין «pensionem, solutionem»; cf. in Vetere Testamento *Eccl.*, v, 3, אַל־תְּאַחֵר לְשַׁלְּמוֹ.

Versus 6. מוכלן; cf. מוכלם in tituli 80 v. 9 et 10. Sensus est : «quod commendatum erat», sive taurus sit (v. 3), sive alterum donum Îlmakkâho votum. — ונכר «et recusavit, et avertit», scilicet Îlmakkâh Hirrânensis, sacrificii promissi dilationem non ultus. Cf. substantivum נכרם «detrimentum» in tituli 29 versu 5, supra, p. 45-47. — בעליהמו. Osiander «eorum domini»; Halévy «auctores earum», hoc est deprædationum. Muellerum secuti, בעליהמו hebraico מֵעֲלֵיהֶם, arabico مِنْ عَلَيْهِمْ assimulamus, recordantes præpositionis ḥimyariticæ compositæ usitatissimæ בעם = hebraice מֵעִם. Præpositionem בעלי «desuper, ab» in Fresnel 55, v. 3, D. H. Müller recte agnovit; cf. *Zeitschr. der deutsc. morg. Ges.*, XXIX, p. 607-608; XXX, p. 123; cf. etiam tituli 90 v. 5, atque, ni fallimur, Fresnel 56, v. 2; Hal. 43, v. 3; 602, v. 8; 603, v. 4; 630, v. 6; 631, v. 6 (pro בעכי); 668, v. 2; Prideaux 14 *a*, v. 5.

Versus 7 et 8. ליפתחן | ביתהמו | ויהללן | קניהמו fortasse passive : «ut expugnaretur castellum eorum, et ut pro vili haberentur bona eorum»; cf. קניהו | וביתהו sic consociata in tituli 37 v. 2, supra, p. 55-57. — משחכן desperamus, nihil probabile argumentari audentes. Animadverte tantummodo substantivum سِحَاك *Siḥâk* arabice idem significare, scilicet «lignum quod in ore hœdi ponitur ne sugat», ac سِبَام, *Sibâm*, quod nomen aliquot urbium Yemeni esse constat; cf. supra, p. 20-21; 37; 46-47; A. Rutgers, *Historia Jemanæ sub Hasano Pascha*, p. 218; F. Wüstenfeld, *Die Çufiten in Süd-Arabien im* XI. (XVII.) *Jahrhundert*, p. 144; id., *Jemen im* XI. (XVII.) *Jahrhundert*, p. 120. — צנקן nomen urbis esse Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 75) contendunt; cf. Hal. 208, v. 2; 344, v. 24 (in apographo צנקחן), necnon quæ J. H. Mordtmann olim anno 1876 in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 27, adn. 3, præsenserat.

Versus 9. התב non sensu architectonico hic adhibetur, sicut in tituli 24 v. 4, supra, p. 37. Osianderum secuti, hebraicum הֵשִׁיב «referre, offerre» comparamus. — Sequitur תאמנם, perinde ac in tituli 84 v. 8, in Fresnel 56, v. 2, hoc est «documentum fidei».

Verte igitur, si lubet :

1 *ʿAbdšams, filius Ḥaiṯhi, consecravit Îlmaḳḳâho*
2 *Hirrânensi hunc titulum quem inscripsit, et obtulit*
3 *ei taurum, quum liberavit ipsos ab incursione*
4 *nocturna (?) quæ fuit in hac regione anno Samahkarîbi,*
5 *filii Tubbaʿkarîbi, filii Faḍḥi. Et distule-*
6 *rant pensionem (voti) suscepti, et averterat (Îlmaḳḳâh) ab ip-*
7 *sis quin expugnaretur castellum ipsorum et pro vili haberentur*
8 *bona ipsorum et. . . . . in (urbe) Ṣânîḳân. Et præ-*
9 *buit Îlmaḳḳâho documentum fidei. Et concedat ipsis*
10 *fructus et infantes masculos et favorem*
11 *dominorum suorum Marthadensium !*

82

B. M., 14; Os., 7.

(Tab. XV.)

Tabula ænea, $0^{m},25$ alta, $0^{m},155$ lata, duabus lineis parallelis circumdata, a quarum inferiore in fastigio quatuor pinnæ pendent. A dextera ima tabula paululum fracta est, sine ullo tamen tituli detrimento. Quatuor litteræ in margine infero insculptæ sunt, quarum gratia ultimus tituli versus completur. In quatuor angulis foramina rotunda, ut solet, apparent, quorum ope tabulam affigere queas.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 184-188. — Fr. Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1872), p. 31-36. — Id., *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1873), p. 15-18. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 346-348; separatim excusum, p. 129-131, sub numero 15. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 222-224.

Hæc lege sine dubitatione :



Quæ hebraicis litteris :

1 אנמרם | בן | שמרת | הקני | אלמקה
2 דהרן | דן | משנדן | חגן | וקהה
3 ו | במסאלהו | לקבל | דת | הופיה
4 ו | בחצרהו | דמעלצן | ובדת | סע
5 דהו | אלמקה | היהרן | בתורהו | ול |
6 דת | הען | ומתען | אלמקה | עבדהו | אנ
7 מרם | בן | זחנת | זחן | במוטנן | בקס
8 ח | אסדן | ול | וזא | אלמקה | שוף | ומ
9 תען | עבדהו | אנמרם | בן | באסתם | ונכ
10 יתם | ונכים | ול | סעדהו | רצו | אמראהמו
11 בני | מרתדם | ול | דת | נעמת | ותנעמן | לא
12 נמרם

Versus 1. אנמרם nomen proprium hominis; cf. tituli 78 v. 1, 7 et 8. — שמרת nomen proprium hominis, cum terminatione feminina, qua hoc nomen etiam carere potest, quum שמר in titulis 76, v. 1; 80, v. 1, 4, 6, occurrat.

Versus 3. לקבל | דת «propterea quod»; cf. tituli 79 v. 2 et 3.

Versus 4. בחצרהו | דמעלצן; vide quæ ad tituli 79 v. 4 et 5 adnotavimus.

Versus 5. היהרן sensu a דהרן (v. 2) non differre credimus. *Hâ* demonstrativum in masculino singulari הות tituli 19, v. 10 (supra, p. 31, ubi cetera exempla invenies), in feminino singulari הית titulorum 40, v. 3 et 4; 80, v. 6; et in plurali המת tituli 74, v. 14 et 19, cujus occasione exempla congesta vide supra, p. 113, non impedit quin הי sic adhibitum equidem demiremur. Comparanda fortasse sunt העדן «ʿAdenensis» Hal. 153, v. 5, et היהרצינהמ[ו «auctor conciliandi iis favorem» Hal. 346, v. 2. — בתורהו. Halévy : «in ejus possessione», collatis titulis nostris 80, v. 9; 81, v. 3. Collatis iisdem locis, illic et hic de tauro agi iterum contendimus, et vertimus : «pro tauro ipsius» (oblato), præpositionem *bâ* de pretio, præmio et permutatione usurpari memores.

Versus 6. De verbo הען, quartæ arabicæ formæ أعان «adjuvit» respondente, vide supra, p. 10, quæ de tituli 2 primo versu adnotavimus, ubi idem hoc vocabulum nominis proprii partes tenet; vide etiam tituli 27 v. 5, supra, p. 42.

Versus 7 et 8. אסדן | בקסח | במוטנן | זחן | זחנת calamitatem indicant, a cujus noxa Îlmaḳḳâh servum suum Anmarum «adjuvit et liberavit». Mordtmannum et Muellerum (*Sabäische Denkmäler*, p. 37) secuti, vertimus : «a vulnere quo vulneratus est in his sedibus crudelitate bellatorum». זחן nobis passivum videtur esse, eodem modo adhibitum quo arabicum أُثخن, fortasse comparandum, quum geminæ radices fere consonent. | במוטנן بالموطن بقسح الأعداء = בקסח | אסדן. — שוף «intueri» et inde «tueri» cum מתען sic conjunctum respice in titulo 10° Academiæ, v. 8 et 9, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 61-63.

Versus 9. באסתם; cf. titulos Academiæ 5, v. 11; 10, v. 10 (in priore ונכיתם | באסתם), apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 47, 50, 61-63.

Versus 10. Femininum נכיתם et masculinum נכים consociata mirare, ut omnis generis noxæ exprimantur. וכצעתם | כצעם «merces omnis generis», inverso ordine, in titulo Academiæ 14° sic adhibita esse conjecimus (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 83-84) et מַשְׁעֵן וּמַשְׁעֶנָה (Isaias, III, 1) «fulcrum et fultura», id est omnis generis præsidia, comparavimus.

Hæc igitur tituli translatio :

1 *Anmar, filius Šammarati, consecravit Îlmaḳḳâho*
2 *Hirrânensi hunc titulum, quia exaudivit ip-*
3 *sum, propter preces ad se, in eo quod protexit ip-*
4 *sum in habitaculo ipsius Dhû Maʿlṣân, et quia lar-*
5 *gitus est ipsi Îlmaḳḳâh Hirrânensis pro tauro ipsius (oblato), et*
6 *quod adjuvit et liberavit Îlmaḳḳâh servum suum An-*
7 *marum a vulnere quo vulneratus est in his sedibus crudeli-*
8 *tate bellatorum. Et pergat Îlmaḳḳâh tueri et li-*
9 *berare servum suum Anmarum a malo et a no-*
10 *xis cujusque generis, et concedat ipsi favorem dominorum ipsorum*
11 *Marthadensium, atque quia contigit et ut contingat A-*
12 *nmaro!*

83

B. M., 15; Os., 14.

(Tab. XV.)

Tabula ænea, $0^{m},25$ alta, $0^{m},185$ lata, undique integra, si partem sinistram marginis inferioris excipias, sine ullo tamen tituli detrimento. Parvum monumentum ornamenta circumdant, lineæ flexuosæ, ordine dispositæ, ramis similes, in orbes sinuatæ. Ab his ramis commenticiis et fictis pendent sarmenta et uvæ; cf. titulum 7um Musei Luparensis apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 8, necnon ibidem tabulam 1. Loco lineæ qua titulus cancellari solet, cælator funis texti, cum quatuor nodis concinnis, repræsentationem æri insculpsit. Sub margine superiore septem pinnæ conspiciuntur. In angulis ejusdem foramina duo aperta sunt, quibus tabulam affigas licet. In fine tituli versus ultimus fragmento ornamenti, quale in marginibus apparet, completur.

De titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 207-209. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 343-344; separatim excusum, p. 126-127, sub numero 13. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 219-220.

Hæc certo leguntur :



6 ዘሠ | ዛበ | በንሖዐበX | ዛ
7 ዛX• | XᎠዐዛ | XዘᎦ | XᎠ
8 | ᎠዛᎾንᎠ | ᎾዛበᎦ | ዛᎠዐ
9 | •ᎠᎿበዐᎩ•

Quæ hebraicis litteris :

1 ותרסובן|מרתדם|הקני
2 אלמקה|דהרן|דן|מש
3 נדן | דתנבא | משה
4 רם | בין | הרפנהן |
5 בחרף | סמהכרב | ב
6 ן | תבעכרב | בן | חד
7 מת | לדת | נעמת | ותנ
8 עמן | לבני | מרתדם |
9 ושעבהמו |

Versus 1. De initio cf. quæ supra, p. 105, ad tituli 70 v. 1 adnotavimus, ubi eadem occurrere conjecimus.

Versus 3. משהרם | דתנבא (hunc titulum) «quem proclamavit publice», arabice الذى نَبَّأَه مُشْهَرًا. Occasione tituli mutili 31, v. 2 (supra, p. 50), de hoc vocabulo deliravisse nobis videmur, quum vertimus «concessa obtulit». Ibi, citato loco Fresnel 55, v. 5, 35 pro 55 mendose impressum esse lectorem admonemus. De radice שהר apud Sabæos, vide quæ ad tituli 46 v. 6 supra, p. 78, adnotavimus. Halévy : «quia abundantiam attulit».

Versus 4. בין | הרפנהן. Non dubium est quin הרפנהן duale sit vocis חרף (v. 5), ut Prideaux agnovit; cf. *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, VI, p. 313. Vernaculo sermone vertit : «The two seasons». Quod probamus, quum annus Sabæorum in duo tempora probabiliter divisus fuerit, scilicet רתא «ver» æstatem comprehendens et חרף «autumnum» ab hieme non secretum; vide supra, p. 10. D. H. Müller (*Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 51) הרפנהן plurale esse contendit; quod nobis minime placet. Halévy itidem, הרפנהן plurale esse arbitratus, verterat : «inter agnos», collato arabico خَرُوف cujus plurale est خِرْفَانٌ. — בין præpositio arabico بَيْنَ «inter» respondens; cf. Rehatsek 5, v. 5, apud D. H. Muellerum in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 682 et 685; Hal. 435, v. 1; 535, v. 1 et 2; J. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 62, ubi nostrum locum interpretatur : «inter hos duos annos». Ni fallimur, בין הרפנהן tempore inter ver et autumnum interposito, scilicet æstate, significat.

Versus 5. תבעכרב | בן | סמהכרב; cf. tituli 81 v. 4 et 5. Differt nomen avi, illic פצחם, hic חרמת, quod nomen hominis in Hal. 51 v. 10 iterum occurrit; cf. بنو حِذْيَم apud Abû Tammâm, *Hamasæ Carmina* (ed. Freytag), p. 212; Ibn Doraid, *Iṣtiḳâḳ* (ed. Wüstenfeld), p. 169; Wüstenfeld, *Register*, p. 223.

Versus 9. ושעבהמו in extremo titulo additum est, sicut in titulo 70, v. 2 (supra, p. 105), cujus auctorem eumdem Watrum Marthadensem agnovimus.

Vertimus igitur :

1 *Watr Marthadensis consecravit*
2 *Îlmaḳḳâho Hirrânensi hunc titu-*
3 *lum quem proclamavit publi-*

4 *ce inter duo anni tempora,*
5 *anno Samahkarîbi, fi-*
6 *lii Tubba'karîbi, filii Ḥadh-*
7 *mati, quia contigit et ut con-*
8 *tingat Marthadensibus*
9 *et tribui eorum.*

84

B. M., 16; Os., 27.

(Tab. XVI.)

Tabula ænea, $0^{m},23$ alta, $0^{m},14$ lata, undique integra, duplici linea circumdata. A summo margine tres pinnæ pendent; in imo characteres tituli continuantur, paululum minores et magis constricti et usque ad finem monumenti utrinque procedentes. In versu penultimo una littera margini sinistro inserta est, quum lapicida improvidus loco caruerit ut textum integrum æri inscriberet. In quatuor angulis foramina, ut sæpe fit, aperta sunt, quibus tabulam affigere liceret.

Hunc titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 231-235. — Fr. Prætorius, *Neue Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1873), p. 19-21. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 349-351; separatim excusum, p. 132-134, sub numero 17.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 סרעם ו מענין ו הקני ו אלמק
2 ה ו דהרן ו דן ו משנדן ו דשפ
3 תהו ו בכן ו האחל ו סבאין
4 ואסד ו האחלו ו ללקטה

5 ו | בבית | בן | צופן | וסת

6 מלא | בעמהו | במהות | עצר

7 ן | והופיהו | במסאלהו | ו

8 התב | לחיל | אלמקה | תאמנם

9 ול | יזאן | אלמקהו | צדק | עבדה

10 ו | סרעם | באמלא | יסתמלאן | בעמהו

Versus 1. סרעם nomen proprium hominis, arabice سريع «rapidus», quod et ipsum nominis proprii vice fungitur. — מענין «Minæus» nomen adjectivum ethnicum, cum *nûno* determinationis. Sitne Sarîʿ e stirpe veterum Minæorum oriundus vel in urbe Maʿîn natus non constat. Respice tamen ad plurale אמענן, supra, p. 46, in tituli 29 v. 2, ubi etiam idiomata dialecti Minæorum desiderantur. Idcirco credimus in utroque titulo antiquam gentis originem ut commendationem egregiam memorari, quum Ed. Glaser nuperrime priscam Minæorum potentiam luce veritatis illustraverit; cf. viri de Yemeni indagatione optime meriti libros eximios, inscriptos : *Skizze der Geschichte Arabiens von den ältesten Zeiten bis zum Propheten Muḥammad* (München, im Sommer 1889) et *Skizze der Geschichte und Geographie Arabiens... auf Grund der Inschriften, der Angaben der alten Autoren und der Bibel*, volumen alterum (Berlin, 1890), quum volumen prius nondum publici juris factum sit.

Versus 2. רשפתהו; cf. itidem tituli 81 v. 2.

Versus 3. בכן «quum, quando»; cf. tituli 81 v. 3. — האחד, infinitivus absolutus, si Osiandero et Halevyo credas, quem deinde verbum flexum האחדו sequitur hebraico more. Hanc viam ingressi, partem subjectivam inter infinitivum immutabilem et perfectum declinatum interpositam esse suspicati sunt. Cujus constructionis nullum apud veteres Hebræos exemplum reperies. Itaque etiam translationem hujus loci apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 37, rejicimus. Prætorio potius assentimur, qui האחד verbi perfectum singulare esse conjicit. Quo sensu autem האחד adhibeatur non perspicuum. Quarta forma hujus verbi in arabico sermone non plane ignota, incerta tamen, fortasse a confusione cum tertia forma in ejusmodi verbis simili provenit. Apud Hebræos, Aramæos et Æthiopes nulla hujus formæ vestigia manserunt. In O. M. 9, v. 5, Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 35 et 39) primam formam sabæam אחד «corripere, captivum facere», eodem sensu quo أَسَرَ et سَبَا, significare contendunt. De quarta autem forma tacent. Contextu freti, adducimur ut האחד, non nisi in nostro titulo obvium, «cœpit, instituit», ut sæpius arabicum أَخَذَ, vertamus. Pars subjectiva, Îlmaḳḳâh vel Sarîʿ, ut Prætorius arbitrabatur, nostro judicio nulla alia esse potest quam סבאין «Sabæus», vel, ni fallimur, conjuncte «Sabæi», sicut in titulo 14° Academiæ, v. 17, ubi legitur : | מח]פדן מנהמתם | דסבאין «arx Sabæorum Manhamât»; cf. Joseph et Ḥartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 77-78 et 84. Verbum præcedens האחד in singulari perstitit, quum subjectiva pars sequeretur.

Versus 4. אסד nec viros, ut אסדן in tituli 69 v. 3 (supra, p. 99 et 101), nec bellatores designat, ut אסדן in tituli 82 v. 8 (supra, p. 131). Hic de tribu arabica agitur, cujus mentio itidem fit in tituli Glaseriani 282 v. 1; cf. Hartwig Derenbourg, *Yemen Inscriptions; the Glaser Collection*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 168-169; separatim excusum, p. 2-3. Asdensium ʿAmrânensium meminerunt qui de genealogiis Arabum scripserunt; cf. præsertim قبائل من الأسْد بن عمران apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 70, v. 25; Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 283. Sequitur verbum האחדו «cœperunt», ideo in plurali positum. — ללקטהו. Collata octava verbi arabici forma اِلْتَقَطَ «incidit in rem non quæsitam, seu inopinato», vertimus «aggredi ipsum».

Versus 5. צופן nomen tribus; cf. بنو صوفة apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 285. Lexicographi Arabum nos docent homines hac tribu oriundos, الصُّوفان vel آل صُوفان, appellatos, domus sacræ, id est Kaʿbæ Mekkensis, ministros fuisse, quos nostris Ṣaufânensibus vel Ṣûfânensibus comparamus, non assimulamus. De illis vide *Tâdj al-ʿArûs*, VI, p. 169-170; Lane, *An Arabic-English Lexicon*, p. 1748 *b*. Beatus Dozy alia conjecit, memor hebraici צוּפָה; cf. ejus *Die Israeliten zu Mekka*, p. 184-185; *Supplément aux dictionnaires arabes*, I, p. 853.

Versus 6. עצרן | במהות. Osiander dubius hærens translatione abstinuit. Prætorius : «(et petiit ab eo) exitium

(Impressum mense novembri 1891.)

vexantis». Halévy : «in egestate temporis». Fortasse talmudici מהות «modus, genus» recordandum, cui arabice ماهيّة et ماهيّة in sermone philosophorum respondet. Quum meliora desperemus, tantum nobis arrogamus ut scripturæ mendam tollere audeamus. Nobis enim videtur litteram *mîm*, errore lapicidæ additam, delendam et verba in textu sic restituenda esse : | בהות עצרן «in hac inopia». De pronomine demonstrativo masculino singulari הות, vide quæ ad tituli 19 v. 10, supra, p. 31, attulimus. Quoad עצרן, provocamus ad comparanda hebraicum עֹצֶר «oppressio, vexatio», æthiopicum ዐጸሪ ʿaṣârî «tortor» variosque sensus radicis ejusdem apud Arabas et Samaritanos, ubi «premere» et dein «opprimere» significat.

Versus 8. Vide fere eadem in tituli 81 v. 8 et 9 (supra, p. 128-129). In titulo de quo nunc agimus tantummodo, pro לאלמקה illic scripto, legitur | לחיל אלמקה «robori», scilicet «potentiæ Îlmaḳḳâhi». De singulari pleno חיל cf. titulos 44, v. 5 (supra, p. 74); 90, v. 8 (infra, p. 147); 95, v. 9 (infra, p. 155); de singulari decurtato חל vide titulos 2, v. 8 (supra, p. 9-10); 45, v. 8 (supra, p. 74); de plurali אחיל vide titulos 40, v. 6 (supra, p. 64 et 67); 41, v. 4 (supra, p. 68 et 70).

Versus 9. Animadverte orthographiam אלמקהו, dum in versu præcedente usitatior אלמקה occurrebat. In titulis 87, v. 3, 7, 8; 93, v. 3; 95, v. 3 et 9; etc., hunc scribendi modum quoque reperies. — צדק; cf. titulorum 72 v. 2 (supra, p. 107); 74 v. 8 (supra, p. 112); 104 v. 5 (infra, p. 169-181).

Verte igitur, si præmissa probas :

1 *Sarîʿ Maʿînensis consecravit Îlmaḳḳâ-*
2 *ho Hirrânensi hunc titulum quem inscrip-*
3 *sit, quum cœperunt Sabæi*
4 *et Asdenses cœperunt aggredi ip-*
5 *sum in castello Ṣaufânensium, et ut vota sua explerentur*
6 *petiit ab eo in hac inopi-*
7 *a, et protexit ipsum (Îlmaḳḳâh) propter preces ad se. Et*
8 *præbuit potestati Îlmaḳḳâhi documentum fidei.*
9 *Et pergat Îlmaḳḳâh concedere servo su-*
10 *o Sarîʿ quæ ut expleantur petet ab eo.*

85

B. M., 17; Os., 15.

(Tab. XVI.)

Tabula ænea, $0^{m},175$ alta, $0^{m},13$ lata, quinque locis læsa, unam tantum in primo tituli versu litteram amisit. Duplici linea titulum circumdante, tres pinnæ summum marginem continuant. In quatuor angulis foramina exstabant, quorum ope titulum suspendere licebat; duo autem in monumenti damnis evanuerunt.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 209-210. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 329-330; separatim excusum, p. 112-113, sub numero 5. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 209-210.

Hæc leguntur, restituta littera deficiente :

| 𐩱𐩹𐩺𐩵𐩱 | 𐩵𐩸 | 𐩵𐩷[𐩱]𐩷𐩹 1
𐩱𐩷𐩹 | 𐩵𐩺𐩹𐩺𐩺 | 𐩹𐩹𐩹𐩼 | 𐩵𐩹𐩷 2
𐩸 | 𐩹𐩹𐩹𐩹𐩱 | 𐩹𐩸 | 𐩹𐩵𐩺𐩸 | 𐩺𐩺 3
𐩼𐩱𐩺𐩺𐩼𐩼𐩷 | 𐩼𐩺𐩵𐩵𐩼𐩲 4
𐩹𐩵𐩼 | 𐩵𐩱𐩼𐩹 | 𐩵𐩸𐩷𐩼 5
| 𐩱𐩹𐩺𐩵𐩱 | 𐩺𐩹𐩷𐩷 | 𐩹𐩱𐩼 6

Quæ hebraicis litteris :

אב[מ]לך ו מרתדם ו 1
בנת ו ענן ו הקנית ו אלמ 2
קה ו דהרן ו דן ו משנדן ו ד 3
שפתתהו ו לופיהמו 4
ולדת ו נעמת ו ותנ 5
עמן ו לבני ו מרתדם ו 6

Versus 1. אב[מ]לך nomen feminæ, ut toto titulo demonstratur; cf. itidem אבעלי in titulo 6, v. 1 (supra, p. 16), et in titulo 8° Musei Luparensis, v. 4 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 9); אבואד in tituli 69 v. 7 (supra, p. 99 et 101). Vide etiam exempla similia e litteratura veterum Hebræorum supra, p. 17, allata. — מרתדם | ת (cf. tituli 95 v. 2) in feminina forma, masculinæ מרתדם | בן «Marthadensis» respondens; masculinam vide in tituli 70 v. 1, ni fallimur; certo in titulis 83, v. 1; 89, v. 1; etc.

Versus 2. בנת «filia» forma plena, quæ in tituli 92 v. 2 iterum occurrit; alias forma decurtata בת hebraico more usurpatur; cf. tituli 6 v. 1 (supra, p. 16-17) et quæ ad illum locum adnotavimus. Adde titulum 8um Musei Luparensis, v. 4, quem nunc quidem citavimus. — ענן nomen proprium hominis vel potius gentis, ut Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 30, monuerunt.

Versus 4. דשפתתהו; cf. masculinum דשפתהו itidem post משנדן adhibitum in titulis 81, v. 2 (supra, p. 128); 84, v. 2 (supra, p. 134).

Sed jam ad vertendum titulum dilucidum veniamus :

1 *Abû[ma]lik Marthadensis,*
2 *oriunda stirpe ʿAnani, consecravit Ilma-*
3 *ḳḳâho Hirrânensis hunc titulum quem*
4 *inscripsit ob præsidium ipsorum,*
5 *et quia contigit, et ut con-*
6 *tingat Marthadensibus.*

86

B. M., 18; Os., 17.

(Tab. XVI.)

Tabula ænea, $0^{m},225$ alta, $0^{m},12$ lata, undique integra, exceptis duabus rimulis in versu penultimo et in margine inferiore, sine ullo tituli detrimento. Margo duabus lineis parallelis constat. Sub fine tituli signum 𐩱 animadverte signo non absimile quod initio titulorum figurari per occasionem tituli 4, v. 1 (supra, p. 13), notavimus. Hoc ornamentum inane ideo additum esse putamus ut versus ultimus brevior compleretur. In quatuor angulis foramina quatuor, ut fit, quæ tabulam suspendi sinunt.

De titulo egerunt: E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 213-216. — F. Prætorius, *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften* (Halle, 1872), p. 41-45. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 337-339; separatim excusum, p. 120-122, sub numero 11. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 215-216.

Hæc leguntur :



| 𐩱𐩪𐩲𐩵 | 𐩰𐩥𐩤𐩣𐩬 | 𐩲𐩨𐩵 | 𐩨𐩬 | 1
𐩣𐩧𐩻𐩵𐩣 | 𐩠𐩤𐩬𐩺 | 𐩱𐩡𐩣𐩤𐩠 | 𐩹 | 2
𐩠𐩧𐩬 | 𐩣𐩯𐩬𐩵𐩬 | 𐩢𐩴𐩬 | 𐩫𐩥𐩤𐩠 | 3
𐩠𐩥 | 𐩨𐩣𐩪𐩱𐩡𐩠𐩥 | 𐩡𐩥𐩰𐩺𐩠𐩣𐩥 | 4
𐩥𐩡 | 𐩥𐩯𐩰𐩠𐩣𐩥 | 𐩱𐩥𐩡𐩵𐩣 | 𐩱 | 5
𐩹𐩫𐩧𐩥𐩣 | 𐩠𐩬𐩱𐩣 | 𐩥𐩡 | 𐩥𐩯𐩰𐩠 | 6
𐩣𐩥 | 𐩱𐩻𐩣𐩧𐩣 | 𐩥𐩱𐩰𐩤𐩡𐩣 | 𐩥𐩥 | 7
𐩰𐩺 | 𐩱𐩨𐩲𐩡 | 𐩨𐩺𐩩𐩠𐩣𐩥 | 𐩥𐩡 | 𐩴𐩺 | 8
𐩨𐩠𐩣𐩥 | 𐩨𐩬 | 𐩢𐩧𐩺 | 𐩥𐩡𐩪𐩬 | 𐩥𐩣 | 9
𐩲𐩳𐩥 | 𐩥𐩠𐩧𐩣 | 𐩥𐩪𐩳𐩧 | 𐩫𐩡 | 10
𐩱𐩬𐩪𐩣 | 𐩹𐩺𐩯𐩮𐩺𐩬 | 𐩨𐩠𐩣 | 11
𐩥 | 𐩨𐩫𐩺𐩧 | 𐩮𐩵𐩤𐩣 | 𐩱 | 12

Quæ hebraicis litteris :

אסעד | פוקמן | עבד | בן | 1
מרתׄדם | הקני | אלמקה | דׄ 2
הרן | משׄנדן | חגן | כוקה 3
הו | במסאלהו | לופיהמו 4
ול | ושׄפהמו | אולדם | א 5
דׄכרום | הנאם | ול | ושׄפה 6

7 מו | אתמרם | ואפקלם | וו
8 פי | אבעל | ביתהמו | ול | גי
9 בהמו | בן | חרי | ולסן | ומ
10 עצו | והרם | וסצר | כל |
11 אנסם | דישצין | בהמ
12 ו | בעיר | צדקם | ל

Versus 1. אסעד nomen proprium voventis; cf. Os. 33 = B. M. 34, v. 1; necnon regem Ḥimyaritarum Abû Karib Asʿad apud Al-Masʿûdî, *Les prairies d'or*, IV, p. 50; Edrisi, *Description de l'Espagne*, p. 28; D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 8; etc. — פוקמן «Fauḳamensis», scilicet e tribu Fauḳam oriundus, sicut מענין «Maʿînensis» in tituli 84 versu 1 (supra, p. 134); cf. nomen proprium hominis פוקמן in titulo 8° Musei Luparensis, v. 1 et 2 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 9), ac tribus فَقَم dictas apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 150; Wüstenfeld, *Register*, p. 168. — בן forma decurtata pro בני; cf. titulorum 77 v. 3; 80 v. 5; 84 v. 5.

Versus 3. Animadverte חגן | כ «propterea quod» pro usitatiore et breviore חגן; vide itidem Hal. 147, v. 8.

Versus 5. De verbo ושף (etiam in versu 6) vide quæ ad titulorum 43 v. 5 (supra, p. 73) et 76 v. 8 (supra, p. 117) adnotavimus.

Versus 6. Mirare orthographiam אדכרום, inserto ante mîmationem *wâwo*, quum idem vocabulum אדכרם scribi soleat, sicut in titulorum 81 v. 10; 87 v. 8. אדכרום sic etiam iterum in titulo 5° Academiæ, v. 10, semel occurrit; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 46-47; 50.

Versus 7. אפקלם «fruges»; cf. exempla occasione tituli 80, v. 10, supra, p. 126, congesta.

Versus 8. ביתהמו | אבעל; cf. itidem Os. 36 = B. M. 37, v. 5, præcedente etiam פי[ו. Apud Fresnel 45 = Hal. 657, v. 2, legitur ונעמן | הרן | ביתנהן | אבעל «domini amborum castellorum, Hirrâni et Naʿmâni», ubi Glaser, *Mittheilungen*, p. 30, non de hominibus, sed de diis agi contendit. Quod alio exemplo confirmaretur, ubi בעל | ביתהמו «dominus eorum castelli» deum præsidem, cui fit consecratio, sine dubio designat; vide titulum 5um Academiæ apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 46-49. Cui opinioni de titulo nostro, de altero Musei Britannici deque ære penes Academiam deposito assentimur, incerti quod ad titulum simul Fresnelianum et Halevyanum attinet. — A ול nova sententia, et ea quidem optativa incipit, qua *lâm* versus 4 et utrumque ול versuum 5 et 6 non continuantur. — Adjuvante contextu, de sensu verbi גיב «defendere, liberare» non ambigitur, sequente בן = مِنْ (v. 9), sicut in tituli 87 v. 10, ubi verbum alterum consonans, synonymum et ipsum ignotum כיב in constructione simili similiter adhibetur. Cum גיב fortasse conferendum جابَ, præsertim أَجاب «respondit, annuit», unde substantivum جِيبة «responsum» manavit. Halévy arabicum غيّب «abdidit» comparavit, quum in tituli 87 v. 10 עיב legerit, quod tamen titulo luce solis expresso refellitur.

Versus 9. A præpositione בן quinque substantiva pendent, statu constructo conjuncta cum אנסם | כל (v. 10 et 11), ut Prætorius recte agnovit, præpositionis בן sensus adhuc ignarus. De hac constructione linguæ ḥimyariticæ peculiari vide quæ ad titulorum 37 v. 3 (supra, p. 57) et 40 v. 3 (supra, p. 66) adnotavimus. — חרי; cf. حَرَى «decrevit, deminutus fuit»; أَحْرَى «deminuit, noxa affecit». Auctore Prætorio, sensum activum, non passivum, substantivo vel infinitivo חרי assignamus. — לסן, si lectio dubia non rejicitur, collato arabico لسان «lingua», Prætorium secuti, «calumnia» vertimus. Halévy: «maledictio», quod nobis minus placet. Sic apud veteres Hebræos לָשׁוֹן linguam obtrectatricem sonat; cf. Jer. XVIII, 18; Ez. XXXVI, 3; *Ps.* CXL, 12; Job, V, 21.

Versus 10. In vocabulo quod, meliora desperantes, מעצו transcripsimus, litteram ⊟ solitæ ⊟ locum tenere conjicimus. Provocamus ad comparanda arabicum عَضَّ «momordit, dentibus læsit» et æthiopicum ዐደደ *ʿaḍaḍa* «injuriam intulit». Halévy, collato æthiopico ተዓደወ *taʿâḍawa* «sortes conjicere», adducitur ut cautiones, vernaculo sermone «sortilèges» vertat. Eadem commendat D. H. Müller in *Zeitschr. der deutschen morg. Gesellsch.*, XXX, p. 120. Hæc, origine vocabuli nostri «sortilèges»,

non autem sensu ipso verbi æthiopici nixa, valde repudiaremus, nisi de lectione ipsa, imo de interpretatione dubitaremus. — חרם; cf. arabica هَرِمَ «decrepitus fuit»; هَرَّمَ et أَهْرَمَ «decrepitum reddidit». Sensum activum, quæcumque forma usurpatur, sicut in חרי (v. 9), subodoramur. — Ut quatuor substantiva præcedentia, ultimum סצר in nullo alio titulo reperitur. Halévy æthiopicum ሠፀረ *saḍara* «fidit, diffidit» comparavit; quod nobis vero simillimum videtur. «Tormentum» vertimus, quum de maleficiis agatur quibus hostis ab hoste vexari solet.

Versus 11. אנסם = إنسان «homo, vir», vel أُناس, إِنْس «homines, viri»; cf. אנסם | כל Hal. 362, v. 1, et אנס in tituli 88 v. 5. — בהמו | רישצין; cf. tituli 2 v. 19 (supra, p. 9-11).

Versus 12. צרקם | בעיר = بغير صِدْق. Vox עיר in tituli Halevyani 682 v. 6 et in O. M. 31 v. 6 (D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 79) rursus occurrere videtur.

Verte igitur, si nostræ interpretationi faves :

1 *As'ad Fauḳamensis, servus nepotum*
2 *Marthadi, consecravit Îlmaḳḳâho*
3 *Hirrânensi hunc titulum, propterea quod exaudivit*
4 *ipsum ob preces ad se ut tueretur eos,*
5 *atque ut donaret iis liberos mas-*
6 *culos excellentes et ut donaret i-*
7 *is fructus et fruges et tu-*
8 *telam (deorum) præsidum domus eorum. Atque utinam defen-*
9 *dat eos a noxa et calumnia et in-*
10 *juria et ictu delente et tormento omnis*
11 *hominis qui offendat e-*
12 *os contra jus!*

87

B. M., 19; Os., 18.

(Tab. XVI.)

Tabula ænea, $0^m,20$ alta, $0^m,12$ lata, undique integra, duplicis lineæ margine circumdatur a qua in parte superiore quatuor pinnæ pendent sine ordine dispositæ. Aliquot litteræ defectu metalli damna passæ sunt, non talia tamen ut titulum legi vel intelligi impedirent. Quum initio versus 8 lapicida litteram *wâw* non insculpserit, eam margini dextro inseruit. In quatuor angulis foramina apparent, quibus tabulam, si lubet, affigere queas.

De titulo egerunt: E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 216-219. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 340-343; separatim excusum, p. 123-126, sub numero 12. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 217-218.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 לחיעתת | ובניהו | תובאל | וא
2 חיהו | ובניהמו | בנו | והרן | אֹ
3 דם | בני | מרתדם | הקניו | אלמקה
4 ו | דהרן | חגן | וקהמו | במסאלה
5 ו | דן | משנדן | לקבלי | אצף | יעב
6 רן | פֹרע | לעלם | ילדן | וקהמ
7 ו | אלמקהו | להות | משנדן | ול
8 דזא | אלמקהו | סעדהמו | אדכרם
9 הנאם | ול | ופי | גרבתהמו | ול
10 כיבהמו | בן | נצע | ושצי | שנאם | ו
11 לדת | נעמת | ותנעמן | לבן | והרן

Versus 1. לחיעתת; cf. titulos 2, v. 2 (supra, p. 8-9); 42, v. 1 (supra, p. 71); Mordtmann, *Miscellen zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXI, p. 90; Nöldeke, *Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden*, p. 173. — תובאל nomen proprium hominis, de quo vide Müller und Mordtmann, *Sabäische Denkmäler*, p. 71-72; D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 56. תו אל = ثَواب إل «remuneratio Îli», sicut והבאל «donum Îli», quod in titulis 1, v. 6; 42, v. 1, obvium habuimus.

Versus 2. Suffixum idem in ואחיהו ad תובאל, in ובניהו (v. 1) ad לחיעתת refertur. — Wahrânenses in titulo 58, supra, p. 87-88, agnoscere nobis videbamur. Iis quæ illic citavimus hoc tantummodo addimus substantivum وَهَرٌ ut vocem Yemenensem commemorari qua fervor e radiis solis terra repercussis ortus significatur; cf. *Tâdj al-ʿaroûs*, III, p. 608; Freytag, *Einleitung in das Studium der arabischen Sprache*, p. 120. Animadverte etiam in *Ḳâmûso* Fîrûzâbâdhîi وَهْران gentis conditorem (ابو قوم). — Sub fine versus *alifum* mente potius quam oculis videmus.

Versus 3 et 4. Mirare scripturam אלמקהו (iterum in versibus 7 et 8), quæ in tituli 84 v. 9 (supra, p. 134) jam occurrit et quæ in aliis Musei Britannici æribus mox aderit.

Versus 5. רן | משׁנדן a verbo הקניו pendet, etsi, quod raro fit, sententia interposita est. — Quoad præpositionem לקבלי «ob, propter, pro», vide quæ ad tituli 78 v. 2 et 3 adnotavimus et cf. tituli 82 v. 3. — אצף substantivum est statu constructo cum verbo יעברן conjunctum. Halévy : scriptio defectiva pro אצוף = أَصُوفٌ «laniger». De pecore lanigero agi inde contendit. Quod nobis minime placet. Malumus provocare ad comparandum arabicum وَصِيفَة «ancilla», quum pro plurali وُصُف facile أُصُف primo dici et postea scribi potuerit; cf. arabice وُجُودٌ et أُجُودٌ; وُجُوهٌ et أُجُوهٌ; وُرُيْقٌ et أُرُيْقٌ; وُجِدٌ et أُجِدٌ; etc. — יעברן. Halévy hebraicum et chaldaicum עִבֵּר «concepit, prægnans fuit» jure comparavisse nobis videtur. Cui assentitur J. Mordtmann, de nostro loco etiam locutus; vide *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XXXIII, p. 487-488, necnon Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 49.

Versus 6. Osiander, Halévy et Mordtmann זרע «semen, posteritas» legerunt et verterunt. Tunc temporis autem *zayinum* ḥimyaritice X scribi Prætorius nondum demonstraverat. Prima vocabuli littera utrum שׁ an פ habenda sit non plane perspicuum, ז autem prorsus rejiciendum. Non dubitantes quin פרע sit legendum, provocamus ad comparandam vim vocabuli פרע in tituli 2 v. 13. «Optima» illic, «optimi» hic interpretamur. — Quum autem פרע statu constructo cum vocabulo sequente conjungatur, miramur inter utrumque præpositionem *lâm* interpositam esse. Halévy : בגלם = بِاجِلٍ «bono statu gaudens», quod neque titulus solis luce expressus, neque ectypum chartaceum, neque accurata in libro anglico *Inscriptions* edita lithographia accipi sinunt. Ideo, textu explorato, præpositione *lâm*, more aramaico, adjectivi statum constructum a substantivo ei obnoxio separari censemus. Hujus constructionis vide exempla apud Th. Nöldeke, *Kurzgefasste syrische Grammatik*, p. 147. — לעלם | ילדן; cf. מגדלת | ולדתהו | עלם «juvenis quem peperit Magdalât» in tituli 19 v. 7 et 8 (supra, p. 30), ubi ad nostram hujus tituli interpretationem jam allusimus. Suffixum post verbum omitti legibus grammaticæ non repugnat.

Versus 8. אדכרם brevius pro usitatiore אולדם | אדכרם «liberi masculi» hic adhibetur.

Versus 9. גרבת = جِرْبَة «arvum, campus consitus», ut Osiander et Halévy nos monuerunt; cf. eadem fortasse in tituli 105 v. 3; גרב, probabiliter collectivum, in tituli 95 v. 4, necnon bis in titulo 1 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 4 et 5, apud Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale* (*Cabinet des Médailles et Antiques*), p. 10.

Versus 10. Cælator sine dubio כיבהמו inscripsit, dum in tituli 86 v. 8 et 9 גיבהמו in eodem contextu idem certo significans occurrit. M. A. Levy, de palæographia semitica tam bene meritus, de sensu non disseruit, sed agnovit nullam aliam lectionem cum lineis characterum congruere; vide *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XIX, p. 219, adn. 2. De etymo verbi כיב non meliora afferre quam de etymo verbi גיב valemus. Significatio liquet : «defendere, liberare». — Halévy primus, deinde Mordtmann et Müller, נצע arabico وَضَعَ «humiliatus, depressus fuit» æquiparaverunt, litteræ *nûn* præsertim initio vocabulorum semiticorum infirmitate freti; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 34 et 61. Quod non improbaremus, nisi radix וצע itidem ḥimyaritice usurparetur in titulo 2, v. 17 (supra, p. 8-11), apud Os. 31 = B. M. 32, v. 5; fortasse apud Hal. 62, v. 11, si בוכעם in בוצעם corrigis, eodem titulo vocem נצע (v. 15) continente. Hebraici *hifʿîl* הִצִּיעַ «stravit, substravit», e נצע æque ac e יצע oriundi memores, necnon arabici أَنْصَعَ «intendit malum, rixam, pugnam», infensum animum et injuriam ipsam hoc vocabulo significari conjicimus. Quod etiam ceteris exemplis quadrat; cf. titulos 95, v. 7; Hal. 62, v. 15; 346, v. 10; O. M. 8, v. 22; 9, v. 19; 12, v. 9; titulum 8um Academiæ, v. 9, apud nos 102, in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 55; etc.

Versus 11. בן forma decurtata pro בני, sicut in titulorum 5 v. 1; 8 v. 1, et in multis ʿAmrâni æribus.

Omnibus perpensis, titulum sic vertimus :

1 *Leḥîʿathat, ejusque filii Thawâb'îl et fra-*
2 *tres hujus, et filii eorum Wahrânenses, vas-*
3 *sali Marthadensium, consecraverunt Îlmakkâ-*
4 *ho Ḥirrânensi, quia exaudivit ipsos propter preces ad*

5 *se, hunc titulum pro ancillis prægnan-*
6 *tibus quæ optimos juvenes parerent. Et exaudivit ip-*
7 *sos Îlmaḳḳâh ob hunc titulum. Et utinam*
8 *pergat Îlmaḳḳâh donare ipsis (liberos) masculos*
9 *excellentes et protegere ipsorum campos consitos! Et utinam*
10 *defendat ipsos ab injuria et noxa hostis cujusque, et*
11 *quia contigit et ut contigat Wahrânensibus!*

88

B. M., 20; Os., 16.

(Tab. XVI.)

Tabula ænea, $0^m,23$ alta, $0^m,14$ lata, undique integra, margine duabus lineis constante circumdatur, a quo pinnæ quatuor ordine positæ pendent. In quatuor angulis quatuor foramina ideo aperta sunt ut tabulam muro affigere liceret.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 210-213. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 335-337; separatim excusum, p. 118-120, sub numero 10. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 213-214.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 ישׁף ו ואחיהו ו ובניהמו
2 בנו ו כתבם ו אדם ו בן ו מרת
3 דם ו הקניו ו אלמקה ו דהרן ו מ
4 שׁנדן ו חגן ו וקהמו ו אלמק

(Impressum mense novembri 1891.)

5 ה | במסאלהו | כיפען | אנס | פנ

6 ר | ביתהמו | וחמדו | מקם | אלמ

7 קה | בדת | הופיהמו | בכל | אמל

8 א | סתמלאו | ויסתמלאנן | בעמה

9 ו | ול | סעדהמו | נעמתם | וופי

10 ם | ורצו | אמראהמו | בני | מרתד

Versus 1. ישף nomen proprium hominis, «intuens, tuens» (يشوف) significans; cf. verbum שוף in tituli 82 v. 8; in tituli Academiæ decimi v. 8 et 9, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 62; necnon substantivum שופתם in tituli 43 v. 6 (supra, p. 72-73).

Versus 2. כתבם hic nomen gentis Marthadensibus obnoxiæ. Radix كتب «collegit, congregavit» non minus gentis nomini convenit quam urbium apud Yâḳûtum (*Muʿdjam*, IV, p. 238) allatarum. Al-Fîrûzâbâdhî in *Ḳâmûso* loci كُتْبان, in littore Yemeni, mentionem facit, ut Osiander nos docuit.

Versus 5 et 6. ביתהמו | פגר | אנס | כיפען. כיפען, compositum ex כ = كَيْ «ut» et יפען, tertia imperfecti singularis persona, e verbo יפע; cf. يَفَعُ «collis»; יפע nomen sacrarii in tituli 40 v. 5 (supra, p. 64 et 66); אליפע nomen regum Minæorum apud D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, II, p. 62-63, et apud eumdem, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 26, 28, 44; יפען nomen urbis vel tribus apud Hal. 206 (Glaser, *Mittheilungen*, p. 18-19); 477, v. 2; 520, v. 2 et 15; 529, v. 1; etc., et apud D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler*, p. 32, 33, 55, 56; denique cf. formam verbi יפען, ni fallimur, in Hal. 49, v. 15; 51, v. 10. Hæc omnia exempla non obstant quin de interpretatione hujus vocabuli et eorum quæ sequuntur perplexi hæreamus. Osiander : «so dass die Leute erheben den Wohlstand ihres Hauses.» Halévy : «en faisant multiplier les hommes et aussi les habitants de leur maison.» D. H. Müller (*Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 118) : «weil er beglückte die Angehörigen und auch die Schützlinge ihres Hauses.» Prætorius in *Beiträge*, I, p. 21 et 22 : «zu vernichten die ihrem Hause feindlichen Leute», ficta radice פען = פעם «percussit, pulsavit». Halévy hebraicum הוֹפִיעַ huc allatum idem valere ac פָּרַשׂ «extendit» suspicatus est. Verbum יפע, Osianderum secuti, «erigere, augere» vertimus, quasi secundæ Arabum formæ يَفَّعَ respondens, deo Îlmaḳḳâho subjectivam partem tenente, sicut Halévy et Müller asseveraverunt. Nec infitiamur fortasse כיפין «ut protegeret» legendum esse, quum lapicida litteras ף et ם similes permiscuerit. Quod omnem difficultatem tolleret; sed hanc viam menda corrigendi ingredi non audemus. אנס; cf. quæ ad tituli 86 v. 11, supra, p. 140, adnotavimus. Hic sensum pluralem vel collectivum huic vocabulo subjiciendum esse persuasum habemus, hoc est «hominum, incolarum, defensorum». פגר; Halévy et Müller litteram *fâ* particulam copulativam esse contendunt, sequente גר, arabice جارٌ, hebraice גֵּר. E quo fonte autem Halévy commemoratos גָּרֵי בַיִת apud Hebræos hauserit nescimus. Adde copulam *fâ* apud Yemenenses raro aliter quam in sermone arabico فَ post أَمَّا usurpari; vide tamen tituli 74 v. 4 et 16, sed in constructione a nostra prorsus discrepante (supra, p. 111-112). Nostra sententia, אנס statu constructo conjungitur cum פגר = فَجَرٌ, qua voce, auctore Fresnel (*Journal asiatique*, 1838, I, p. 520), Yemenenses tunc temporis summum montis jugum designabant. Quantum cognitio linguæ neohimyariticæ interpretationi titulorum conferat Ed. Glaser illustravit; vide ejus *Mittheilungen*, p. VI, 17, 19, 23-24; etc.; ejusdem *Südarabische Streitfragen*, p. 24. פגר et ipsum statu constructo cum ביתהמו «castellum ipsorum» conjungitur. — חמדו; cf. tituli 2 v. 7 et 8 (supra, p. 9-10).

Versus 10. Sub fine ultimam litteram nominis proprii מרתדם ob spatium nimis exiguum lapicida omisit.

Verte, si lubet :

1 *Yaśûf, et ejus fratres, et filii eorum,*
2 *Kathabenses, vassali nepotum Martha-*
3 *di, consecraverunt Îlmaḳḳâho Hirrânensi ti-*
4 *tulum, quia exaudivit ipsos Îlmaḳḳâ-*
5 *h propter preces ad se ut augeret defensores ju-*
6 *gi castelli ipsorum. Et laudaverunt potentiam Îlma-*
7 *ḳḳâhi propterea quod tuitus est ipsos in omnibus vo-*
8 *tis quæ ut explerentur petiverant et quæ ut expleantur petunt ab e-*
9 *o. Atque utinam concedat ipsis felicitatem, et tute-*
10 *lam, et favorem dominorum ipsorum Marthadensium!*

89

B. M., 21; Os., 21.

(Tab. XVI.)

Tabula ænea, $0^{m},21$ alta, $0^{m},115$ lata, undique integra exstaret, nisi in imo latere dextro pars tituli et marginum incomposite rupta esset. Quæ desunt autem nec legendo titulo, nec interpretando nocent. Dimidium versus ultimi superstes nullas litteras ostendit, sed, absoluto titulo, uvarum, racemorum et pampinorum repræsentationem exhibet. A margine superiore decem pinnæ confertæ pendent. In tribus angulis, quarto deficiente, tria foramina conspice quibus titulum affigi potest.

De hoc titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 225-226. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 325; separatim excusum, p. 108, sub numero 2. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 205-206.

Hæc, completis complendis, leguntur :



19.

Quæ hebraicis litteris :

1 עלהן ו בן ו מרתדם
2 ו הקניו אלמקה ו דה
3 רן ו משנדן ו חגן
4 וקהה ו אלמקה ו
5 במסאלהו ו ול
6 ו סעדהו ו אלמ
7 [קה] ו נעמתם ו
8 [ו ופים ו]

Versus 1. עלהן; cf. tituli 2 v. 11 et quæ illic, p. 10-11, adnotavimus.

Versus 8. ופים post נעמתם consulto addimus, collatis titulis 88, v. 9, et 1 Academiæ, v. 4, ubi cum Mordtmanno ופים | ונעמתם inverso ordine nunc legimus : vide *Literatur-Blatt für Orientalische Philologie*, I, p. 432.

Vertimus igitur :

1 *ʿAlhân Marthadensis*
2 *consecravit Îlmaḳḳâho Hi-*
3 *rrânensi hunc titulum, quia*
4 *exaudivit ipsum Îlmaḳḳâh*
5 *propter preces ad se. Atque utinam*
6 *concedat ei Îlma-*
7 *[ḳḳâh] felicitatem*
8 *[et tutelam!]*

90

B. M., 22; Os., 26.

(Tab. XVII.)

Tabula ænea, $0^m,265$ alta, $0^m,115$ quam maxime lata, sinistra parte carens, initio tam gravia damna passa est ut versus primi, exempli causa, unum tantummodo vocabulum servaretur. Quo propius ad finem accedis, tituli pars superstes paulatim ita crescit ut, pro quatuor litteris et linea una separativa versus primi, ultimo duodecim characteres et tres separationis lineæ offerantur. Marginis, duabus lineis parallelis terminati, latus dextrum plane exstat, cum fragmento parvulo superne a quo duo pinnæ etiamnunc pendent, multo majore deorsum. In duobus angulis foramina apparent, duobus alteris amissis, quibus tabulam suspendere licebat.

De titulo egerunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 230-231. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 360-361; separatim excusum, p. 143-144, sub numero 23.

Hæc leguntur :

1 |𐩣𐩺𐩵𐩺
2 𐩹𐩺 |𐩵𐩺𐩠
3 𐩣𐩱𐩺 |𐩵𐩹𐩺𐩹𐩹 |𐩣
4 𐩣𐩠𐩺𐩹 | 𐩺𐩺𐩺𐩺𐩣
5 𐩵𐩺 |𐩹𐩱𐩹𐩠 |𐩹𐩹𐩣𐩱
6 𐩣 |𐩣𐩺𐩵𐩺 |𐩵𐩹𐩺𐩠
7 𐩣𐩹𐩵 |𐩵𐩹𐩹𐩠𐩹𐩱 |𐩣
8 𐩹𐩣𐩱𐩺 |𐩣𐩹𐩣𐩵 |𐩱𐩹𐩹
9 𐩺𐩹𐩹𐩣 |𐩺𐩠 |𐩵𐩹𐩹𐩹𐩣
10 |𐩹𐩣𐩺𐩣𐩹 |𐩺𐩠 |𐩱𐩺𐩣𐩠𐩺

Quæ hebraicis litteris :

1 אוסם |
2 בנו | כר
3 ם | הקניו | אלמ
4 משנדן | עדבם
5 למקה | בעלי | או
6 בדהו | אוסם | מ
7 ם | לעברהו | וחמ
8 חיל | ומקם | אלמק
9 מתעהו | בן | מיקט
10 נבטאל | בן | עמאמר |

Versus 1. אוסם nomen proprium hominis theophorum, abscissum ex אוסאל vel rariore אוסעתת (Hal. 187, v. 1). — Sequebatur ואחיהו|ובניהמו «et ejus fratres, et filii eorum», sicut in titulis pariter ʿAmrânensibus 75, v. 1 et 2; 77, v. 1 et 2; 88, v. 1. Inde patet versum quemque litteris circiter undeviginti olim constitisse.

Versus 2. Lege ם[מרתד | בן | בעתת | כר]. Non כרבאל legimus, quum hoc nomen regibus et principibus peculiare fuisse videatur. Accedit ut nomine sex litterarum versus optime compleatur. Gentem Karîbʿathat gentibus addere convenit quas ut Marthadensibus obnoxias J. H. Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 7, enumeravit.

Versus 3. Quæ desunt liquent, scilicet אלמ[קה | דהרן.

Versus 4. Contextu adducimur ut עדבם, nusquam alias repertum, idem valere conjiciamus ac חמדם in titulo Academiæ 14°, v. 3; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 75-76; vide etiam supra, p. 92-94, occasione tituli 67, v. 5. Post עדבם sine dubio particula correlativa ברת, ut post חמדם, exstabat; cf. |חמדם

ברת in titulo 20° Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 7, apud Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, p. 31, necnon in titulo 14° Academiæ, v. 3 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 75-77), atque in Rehatsek 6, v. 5; Miles 6, v. 4. Hebraice עֵקֶב אֲשֶׁר similiter «propterea quod, quia» significat. — Deinde verbum נכר conjicimus, quum præpositio בעלי in v. 5 agnoscatur; cf. tituli 81 v. 6, supra, p. 128-129.

Versus 5. Osiander אום | בעל, post nomen Îlmaḳḳâhi positum (cf. titulorum 74 v. 4; 80 v. 3), a nostro | בעלי או]ם sensu non differre contendit, addito *yôd* ut plurale majestatis hic significaretur. Halévy: בעלי | או]ם «les gens d'Awwâm» vernaculo sermone. Post præpositionem בעלי «desuper, ab» non או]ם legimus, sed sub duabus litteris או plurale suspicamur nominis a *wâwo* incipientis. Quidni אולד, sicut in titulorum 2 v. 6, supra, p. 8-9; 69 v. 3, supra, p. 99-101? Deinde inter בית «domus» et אהל «gens» incerti hæremus, quum certo sequatur ע, prima littera vocabuli עברהו, quod initio versus sequentis completur.

Versus 6. Calamitas, quam Îlmaḳḳâh servo suo Aus imminentem repulit, duobus vocabulis designatur quorum prius a littera *mîm* orditur, posterius *mîmo* terminatur. Quum posterius שנאם «hostis» esse conjiciamus, de illo, impetum aut noxam hostis significante, dubitamus. Fortasse ad מעצו tituli 86, v. 9 et 10, recurrendum esset, nisi de lectione et de interpretatione hujus vocis ambigeretur (vide supra, p. 138-139). Quidquid id est, sensus liquet.

Versus 7. De עבר, in plurali עברת, vallibus in ripis amnium sitis, supra, p. 57-58, disseruimus, quum de titulo 37, v. 3, 5, 7, ageretur. Halévy: «à celles qui sont enceintes, grosses chez lui», collato יעברן in tituli 87 v. 5 et 6. — Restitue: וחמ]ד | אוסם.

Versus 8. Adde sub finem: ה | ברת.

Versus 9. מיקט, auctore Osiandero, nomen proprium hominis. Halévy «contusion de tête», e وَقَطَ «vehementer percussit, contudit». Memineris potius convenit radicis arabicæ يَقِظَ «vigilavit», substantivo מיקט expergefactionem et inde concitationem mentium quietarum, et perturbationem rerum animorumque significante. In lithographia libri anglice *Inscriptions* dicti linea separationis in fragmento nunc deficiente addita est, quam e *mîmo* superesse existimamus, vertentes: «ab omni perturbatione». Restitue deinde cum Halevyo בחרף «anno»; cf. titulos 73, v. 9; 80, v. 12; 81, v. 4; 83, v. 5.

Versus 10. נבטאל nomen eponymi; cf. Osiander 37 = B. M. 35, v. 4; Hal. 650, v. 3, et nomen theophorum abscissum נבט Hal. 195, v. 8, necnon nomen patris Jarobeami נְבָט sæpius in Veteris Testamenti primo *Regum* libro; cf. Hartwig Derenbourg, *Les noms de personnes dans l'Ancien Testament et dans les inscriptions himyarites*, in *Revue des études juives*, I, p. 59; separatim excusum, p. 6. — Etsi forma *mîmi* prioris in patris nomine עמאמר a forma *mîmi* posterioris differat et *zaino* non absimilis sit, non dubitamus quin עמאמר legere expediat; cf. Hal. 51, v. 20; 389, v. 2; 630, v. 4 et 5. — Hunc versum integrum esse pro persuaso habemus, quum locus in ultimo versu vacuus non sufficiat collocandis בן et vel brevissimo nomini proprio avi.

Titulus ergo sic vel haud multo secus restituendus et vertendus:

1 אוסם | [ואחיהו | ובניהמו
2 בנו | בר[בעתת | בן | מרתד
3 ם | הקניו | אלמ[קה | דהרן
4 משנדן | עדבם [| בדת | נכר | א
vel אהל
5 למקה | בעלי | או[לד | בית | ע
??!
6 בדהו | אוסם | מ[עצו | שנא
7 ם | לעברהו | וחמ[ד | אוסם
8 חיל | ומקם | אלמק[ה | בדת
9 מתעהו | בן | מיקט[ם | בחרף
10 נבטאל | בן | עמאמר |

1 *Aus, [et ejus fratres, et filii eorum,*
2 *nepotes Karî[bʿathati Marthaden-*
3 *sis, consecraverunt Îlma[ḳḳâho Hirrânensi*
4 *hunc titulum ideo [quod recusavit Î-*
vel *gentis*
5 *lmaḳḳâh a li[beris domus ser-*
6 *vi sui Aus in[juriam hostis*
7 *cujusque agro littorali ipsius. Et lauda[vit Aus*
8 *vim et potentiam Îlmaḳḳâ[hi, quia*
9 *liberavit ipsum a perturbatione [quaque. Anno*
10 *Nabaṭʾîli, filii ʿAmʾamîri.*

91

B. M., 23; Os., 19.

(Tab. XVII.)

Tabula ænea, $0^{m},155$ alta, $0^{m},09$ lata, undique duplici linea circumdata, cujus margo summus a sinistra paululum fractus, sine ullo tituli detrimento. Decem pinnæ a linea inferiore summi marginis pendent. Tria foramina, duo superne et unum infra, olim aperta erant, quibus titulum affigere liceret; duo tantummodo supersunt, utrumque a dextera. Ultima tituli littera in margine sinistro inscripta est, quum cælator in versu septimo loco necessario caruerit.

Hunc titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutsc. morg. Gesellschaft*, XIX, p. 220. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 321-325; separatim excusum, p. 104-108, sub numero 1. — F. W. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 203-205.

Hæc leguntur :



1 𐩥𐩠𐩨𐩣 | 𐩥𐩱𐩧𐩠𐩥 | 𐩨𐩣𐩠𐩥
2 𐩥𐩬𐩥𐩠 | 𐩫𐩣𐩨𐩩 | 𐩠𐩤𐩬𐩥𐩠
3 𐩱𐩣𐩥𐩠 | 𐩱𐩠𐩧𐩬 | 𐩱𐩣𐩨𐩣𐩠
4 𐩬𐩣𐩩 | 𐩬𐩱𐩬𐩣𐩠 | 𐩬𐩣𐩠𐩣𐩠
5 𐩥𐩠𐩠𐩥 | 𐩨𐩣𐩫𐩱𐩣𐩠
6 𐩠𐩥 | 𐩥𐩠𐩠𐩥𐩠𐩥 | 𐩥𐩠𐩥
7 𐩣𐩱𐩥𐩠𐩥 | 𐩥𐩠𐩥𐩱𐩣𐩠𐩥 | 𐩣𐩠𐩥𐩨𐩣𐩠

Quæ hebraice :

1 והבם | ואחהו | ב
2 נו | כלבת | הקניו
3 אלמקה | דהרן | ד

4 ן | משׂנדן | חגן
5 וקההו | במסאל
6 הו | לופיהמו | ו
7 ל | סעדהמו | נעמתם

Versus 1. והבם nomen theophorum abscissum, «donum» significans, hoc est «donum» dei non designati; cf. arabice itidem وَهْبٌ, hebraice נָתָן et מַתָּן, ac respice ad tria nomina integra והבעתת, והבאום et והבאל in tituli 1 v. 1, 2 et 6 conjuncta, supra, p. 6. Arabico موهوب «donatus (a deo)» respondet ḥimyaritice מוהב in gemma Bibliothecæ Maximæ Parisiensis (n° 31 apud Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, p. 44). — ואחהו scriptio defectiva pro ואחיהו, sicut in titulorum 37 v. 5; 73 v. 1.

Versus 2. כלבת, nomen tribus femininum addendum formis masculinæ كَلْبٌ «canis» et pluralibus كِلَابٌ et أَكْلُبٌ sic adhibitis et commemoratis apud W. Robertson Smith, *Kinship and Marriage in early Arabia* (Cambridge, 1885), p. 200-201. Yâḳût (*Muʿdjam*, IV, p. 299) urbis كَلْبَة mentionem facit, in littore ʿOmâni sitæ. Mordtmann (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 95) nomen proprium hominis כלבת in titulo O. M. 37, v. 1 et 2, sibi agnovisse videtur.

Sed jam ad vertendum titulum perspicuum venimus :

1 *Wahb et fratres ipsius, ne-*
2 *potes Kalbati, consecraverunt*
3 *Îlmaḳḳâho Hirrânensi h-*
4 *unc titulum, quia*
5 *exaudivit ipsum, propter preces*
6 *ad se, ut protegeret eos, et*
7 *ut concederet iis felicitatem.*

92

B. M., 24; Os., 22.

(Tab. XVII.)

Tabula ænea, $0^{m},12$ alta, $0^{m},155$ lata, qualis nunc remansit, amissa parte inferiore monumenti, amisso plus quam dimidio tituli. Ex iis quæ supersunt patet marginem duabus lineis parallelis constitisse, quarum vestigia in tribus lateribus servata sunt. Superne a sinistra fragmentum parvulum evanuit, quasi unum e duobus foraminibus ad affigendam tabulam apertis extenderetur. Quinque pinnæ ordine a linea inferiore summi marginis pendent.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XIX, p. 226. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 330-331; separatim excusum, p. 113-114, sub numero 6. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 210. — D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens nach dem Iklîl des Hamdânî*, II (1881), p. 50-51.

Hæc leguntur :

| 𐩹𐩺𐩻𐩼 | 𐩽𐩺𐩻 | 𐩺𐩹 | 𐩹𐩺𐩾𐩿 1
𐩿 | 𐩺𐩽𐩺𐩺 | 𐩺𐩻 | 𐩺𐩺𐩻𐩼 | 𐩺𐩺𐩺𐩹 2
𐩺𐩺𐩺𐩹 | 𐩺𐩺𐩿𐩺 | 𐩺𐩽𐩹𐩺𐩺 | 𐩺𐩽𐩺𐩽 3
𐩽 𐩺𐩾𐩿 | 𐩺𐩾𐩿 | 𐩺 4

Quæ hebraice :

חלכם | דת | בני | עבדם | 1
דרותן | בנת | בן | דאין | ה 2
קנית | אלמקה | דהרן | משנד 3
ן | חגן | ש 4

Versus 1. חלכם nomen proprium feminæ, quocum Osiander nomen proprium hominis حُلاكة apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 194, recte comparavit. D. H. Müller : Ḥulkum, quasi *mîm* ad radicem pertineret. — Sequitur דת, sicut in tituli 85 v. 1, ubi de femina quoque agitur. — עבדם hic nomen tribus, nomen autem hominis in tituli 30 v. 1, supra, p. 48. De tribu Arḥabensi بنو عبد ابن عَلِيّان, vide Al-Hamdânî, *Al-Iklîl*, apud D. H. Müller, *Die Burgen und Schlösser Südarabiens*, II, p. 50 et 94.

Versus 2. רותן nomen castelli, quod Arabes روثان Rauthân transcripserunt, et ubi ʿAbdenses degisse Al-Hamdânî commemorat; cf. D. H. Müller, *ibid.*, p. 49-51. — Cur Müller בני legerit ignoramus. — דאין nomen dei esse Halévy olim contendit; quod nullo novo textu ab illo tempore confirmatum est. Arabice corvus ابن دأية cognominatur, quæ appellatio genti non minus convenit quam nomen ipsum غُراب sic adhibitum; cf. بنو غُراب ابن أَكْلُب apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 297, necnon quæ Robertson Smith in *Kinship and Marriage in early Arabia*, p. 200, scripsit. Huc non sunt referendi Banû Ad-Dâya « filii nutricis », apud Ibn Al-Athîr, *Kâmil at-tawârîkh*, in *Historiens orientaux des Croisades*, I, p. 553 et passim (cf. II, II, p. 171 et alias), quum hoc sensu *dâya* a lingua persica originem ducat.

Versus 4. Post חגן in titulis ʿAmrânensibus verbum וקה « exaudivit » usurpari solet. Attamen littera *šîn* probabili nobis initium verbi שוף « intuitus est, tuitus est » præberi videtur; cf. tituli 82 v. 8, supra, p. 131. — *Yôd* in fine versus dispicere nobis videmur.

Verte, si lubet :

1 *Ḥulâk, oriunda ʿAbdensibus,*
2 *Rautânensis, filia Ben-Da'yi, con-*
3 *secravit Îlmaḳḳâho Hirrânensi titulum*
4 *hunc, quia tu[itus est . . . . . .*

93

B. M., 25; Os., 23.

(Tab. XVII.)

Tabula ænea, $0^m,145$ alta, $0^m,152$ lata, initio carens et sex ultimos tituli versus complexa. Quæ deficiunt a solito titulorum ʿAmrânensium textu non differebant, gratiis Îlmaḳḳâho Hirrânensi

(Impressum mense novembri 1891.)

actis ob beneficium quod in servum suum Masʿûdum contulerat. Monumentum margine duarum linearum circumdatum erat, quarum nunc plurima desunt, quum partis inferioris fere dimidium ablatum sit, sine autem ullo tituli detrimento. Sub fine versus ultimi insculpti sunt duo scapi funis torsi, unus altero junctus et oppositus, quibus nihil aliud propositum est, nisi ut spatium vacuum impleretur. E quatuor foraminibus, quibus titulum suspendere licebat, unum tantummodo superest in imo latere sinistro.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XIX, p. 226-228. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 348-349; separatim excusum, p. 131-132, sub numero 16. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar; with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 224.

Hæc clare leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 פי | עבדהו | מסעדם | באמלא | סתמ
2 לא | בעמהו | במעלצן | ול | וזא | א
3 למקהו | הופין | עבדהו | מסעד
4 ס | בכל | אמלא | יסתמלאן | בעמה
5 ו | ולדת | נעמת | ותנעמן | לבני |
6 צבאם | באלמקה | דהרן |

Versus 1. Comple הו]פי, ut suasit Osiander, collatis versu 3 et tituli apud nos 76 v. 3, supra, p. 116-118. Quæ præcedebant liquent et sic nobis restituenda videntur, collato præcipue tituli nostri 88 initio :

מסעדם | ואחיהו | ובניהמו | בנו
צבאם | אדם | בן | מרתדם | הקניו
אלמקה | דהרן | משנדן | חגן | הו

Cum nomine proprio hominis מסעדם confer nomen proprium arabicum مَسْعُود Masʿûd; sic etiam in tituli 95 v. 4 מודדם arabico مَوْدُود æquiparamus.

Versus 2. מעלצן nomen loci esse supra, p. 123, occasione tituli 79, v. 5, contendimus; vide etiam tituli 82 v. 4, supra, p. 131.

Versus 3. Mirare scriptionem pleniorem אלמקהו, sicut in titulorum 84 v. 9; 87 v. 3 et 4, 7, 8; 95 v. 3 et 9, etsi in versu 6 nostri ejusdem tituli, de quo agimus, scriptio brevior אלמקה itidem apparet.

Versus 6. צבאם, nomen tribus, quod in ceteris Yemeni titulis nondum occurrit. Legendumne sit Ḍab (Wüstenfeld, *Register*, p. 152) an Ḍâbi' (Ibn Doraid, *Iṣtiḳâḳ*, p. 134) ambiguum.

Titulum igitur, restitutis restituendis, sic vertimus :

[Masʿûd, et ejus fratres et filii eorum, nepotes]
[Ḍab'i, vassali Marthadensium, consecraverunt]
[Îlmaḳḳâho Hirrânensi hunc titulum, quia pro-]
1 *texit servum suum Masʿûd in omnibus votis quæ petiit ut ex-*
2 *plerentur ab eo Maʿlṣâni. Et pergat Î-*
3 *lmaḳḳâh protegere servum suum Masʿûd*
4 *in omnibus votis quæ ut expleantur petet ab e-*
5 *o, et quia contigit, et ut contingat nepotibus*
6 *Ḍab'i! Nomine Îlmaḳḳâhi Hirrânensis.*

94

B. M., 26; Os., 25.

(Tab. XVII.)

Tabula ænea, quam maxime $0^{m},19$ alta, $0^{m},15$ lata, non solum parte superiore destituta, sed etiam in ductum lineæ diagonalis ita fracta ut non nisi tres ultimi versus integri manserint. Quum tabula titulo non prorsus impleretur, additi sunt in imo racemi cum viticulis, pampinis et uvis abundantibus; cf. titulos 83, 89, 96. Margine duarum linearum parallelarum titulus circumdabatur, cujus multa nunc deficiunt.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XIX, p. 229-230. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 362-363; separatim excusum, p. 145-146, sub numero 26.

Hæc etiamnunc leguntur :

1 [illegible]
2 [illegible]
3 [illegible]
4 [illegible]
5 [illegible]
6 [illegible]

Quæ hebraice :

1 הר·
2 חגן ו ופ
3 מסס ו במסא
4 לופיהמו ו וו
5 פי ו אקניהמו ו ד̇ק
6 ניו ו ויקנינן ו

Versus 1. Quum הרן, sacrarium dei Îlmaḳḳâhi, initio dispiciamus, non dubium est quin Îlmaḳḳâhi ipsius in versu olim præcedente mentio fieret. Quod ad voventem attinet, quum ejus nomen tribus litteris מסס (v. 3) terminetur, conjicimus, Osianderum et Halevyum secuti, id עבדשמסס ʿAbdšams fuisse; cf. tituli 81 v. 1, supra, p. 128. Inde adducimur, litteris computatis, ut versus tres desiderari censeamus, qui, tituli 93 initio conjecturali haud absimiles, sic vel paucis fere mutatis quondam occurrebant :

עבדשמסס | ואחי
הו | ובניהמו | ה
קניו | אלמקה | ד

Post הרן adde lineam separativam et solita vocabula | רן | משנדן.

Versus 2. Osiander et Halévy post חנן verbum וקה, ille sine suffixo, hic cum suffixo הו legerunt. Post *wâwum* tamen e vestigiis nihil aliud quam *fâ* elici potest. Complemus igitur ופ[ין עבדש.

Versus 3. Auctoribus Osiandero et Halevyo, במסא[להו inscriptum erat.

Versus 5 et 6. Auctor tituli consulto plurale substantivi קני cum verbi קני perfecto simul ac imperfecto conjunxit. De substantivo cf. tituli 37 v. 2, supra, p. 55-57, necnon titulorum 81 v. 8 (supra, p. 128-129) et 95 v. 3 (infra, p. 155-156); quod ad verbum attinet, cujus forma quartæ sermonis arabici respondens הקני «consecravit» vel הקניו «consecraverunt» in omnibus titulis ʿAmrânensibus usurpatur, קניו, sicut in nostro titulo, apud Fresnel 11, v. 2 (noli cum Halevyo עסיו legere); Hal. 527, v. 1 (Glaser, *Mittheilungen*, Prag, 1886, p. 61), occurrit, imperfectum autem hoc uno exemplo repræsentatur, nisi sub ביקנס (Hal. 259, v. 7) lateat.

Restitue igitur et verte, si lubet :

[עבדשמסס | ואחי]
[הו | ובניהמו | ה]
[קניו | אלמקה | ד]
1 הרן [| רן | משנדן
2 חנן | ופ[י | עבדש
3 מסס | במסא[להו
4 לופיהמו | וו
5 פי | אקניהמו | דק
6 ניו | ויקנינן |

[*ʿAbdšams, et fratres*]
[*ejus, et filii eorum, con-*
[*secraverunt Îlmaḳḳâho*]
1 *Hirrân*[*ensi hunc titulum,*
2 *quia prote*[*xit ʿAbdša-*
3 *msum ob pre*[*ces ad se*
4 *ut protegeret ipsos et pro-*
5 *tegeret bona ipsorum quæ acqui-*
6 *siverunt et quæ acquirent.*

95

B. M., 27; Os., 20.

(Tab. XVII.)

Tabula ænea, $0^{m},18$ alta, $0^{m},215$ lata, partem inferiorem monumenti et finem tituli continet. Undique margo duarum linearum circumjectus erat, quo fragmentum superstes a tribus lateribus etiamnunc ambitur. Infra duo foramina, quibus superne duo alia sic respondebant ut titulum suspendere liceret.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XIX, p. 220-225. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 363-365; separatim excusum, p. 146-148, sub numero 27.

Hæc attentis oculis dispicies :

1 ∞ⵣ1|ⵛⵑⵊ∘|ⵛⵑⵎⵄ|ⵕⵑ∘|1∞ⵃⵅⵂ|ⵛ1|∞ⵊⵄⵕⵖ∞

2 |ⵅⵂ|ⵛⵎ∞|ⵊⵑⵖⵑⵊ|ⵅⵂ|ⵅⵎⵣⵖ|∞ⵄⵅⵖⵑ∞|ⵛ∘

3 ⵄⵂ|∞ⵄⵖⵊ1ⵃ|ⵃⵅ∞|1∞|ⵑⵏⵃ1|ⵛⵅⵕⵛⵖⵃ

4 ∞|∞ⵄⵎⵑⵎ|ⵕⵖ∞|ⵊⵑⵑ∞ⵊ|∞ⵄⵑⵎ∘|ⵑⵊⵏ|ⵛⵑ

5 ⵄⵎ∘ⵣ∞|ⵊⵑⵖⵑⵊ|ⵕⵛⵎ|∞ⵄⵖⵑ∞ⵃ|∞ⵓⵑ∞|ⵕⵛⵡ

6 ⵄⵑⵎ∘|ⵛⵕⵑⵏ|1∞|ⵛⵑⵊ∘ⵂ|ⵛ∘ⵎⵑ|ⵊ1ⵃⵎ|∞ⵊ

7 ⵡⵑⵂ|ⵊⵃⵛⵣ|ⵕⵃⵣ∞|∘ⵓⵛ|ⵛⵎ|ⵊⵑⵑ∞ⵊ|∞

8 ∞ⵄⵊⵑⵃ1|ⵛⵊ∘ⵛⵅ∞|ⵅⵊ∘ⵛ|ⵅⵂ1∞|ⵎⵑⵖ∞|ⵖ

9 ⵛⵑⵄⵂ|∞ⵄⵖⵊ1ⵃ|1ⵕⵏ∞|ⵊⵖⵊⵎ|ⵎⵕⵣⵃ|ⵕⵛⵎ

Quæ hebraicis litteris :

1 ופיהמו ו לן ו דתאול ו עדי ו הגרן ו עמרן ו לשו

2 ען ו ורתתהו ו קשבת ו דת ו מרתדם ו ובן ו דת ו

3 אקניתן ו לאחר ו ול ו וזא ו אלמקהו ו דה

4 רן ו חמר ו עבדהו ו מודדם ו ופי ו גרבהו ו ו

5 חטי ו ורצו ו אורתהו ו בני ו מרתדם ו ושעבה

6 מו ו בכלם ו רבען ו דעמרן ו ול ו חרין ו עבדה

7 ו ו מודדם ו בן ו נצע ו ושצי ו שנאם ו דרח

8 ק ו וקרב ו ולדת ו נעמת ו ותנעמן ו לאדמהו

9 בני ו אשיב ו במקם ו וחיל ו אלמקהו ו דהרן

Versus 1. Duos versus deesse suspicamur, quos hoc fere modo restituendos esse conjicimus :

מודדם | ואחיהו | בנו | בכלם | רבען | דעמר
ן | הקניו | אלמקהו | דהרן | משנדן | חנן | ה

Quæ interpretabimur quum vocabula e textu desumpta in textu ipso occurrent. — Comple ה[ופיהמו, sicut ה[ופי in tituli 93 v. 1. — ל | לן conjunctio arabico لَمَّا «quum» assimulanda; cf. לן | לת Hal. 345, v. 2. — תאול. Halévy = تَأَوَّلَ «declaravit». Arabice أَوَّلَ «reduxit, redire jussit» significante, תאול «rediit» verteremus, nisi contrariis contraria opponerentur in hoc תאול et in אחר versus 3; cf. titulum XI in Al-ʿUlâ repertum, v. 4, apud D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 33-34. Inde adducimur, collato תקדם in tituli 79 v. 9 (supra, p. 122-123), ut תאול «primum impetum fecit» significare intelligamus. — עדי «usque ad», pro usitatiore עד, sicut in tituli 74 v. 11, supra, p. 111-113. — Deinde urbs ʿAmrân (הגרן | עמרן) pariter commemoratur ac in titulo 8° Academiæ, apud nos 102, v. 4; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 54-59, et supra, p. 104. — לשוען «ad auxiliandum», sicut in tituli 2 v. 11, supra, p. 8-10; cf. etiam שוע in tituli 79 v. 7, supra, p. 122-123.

Versus 2 et 3. ורתתהו «heres sua», ut proposuerunt Osiander et Halévy. — Sequitur nomen proprium feminæ קשבת, quæ, veluti אבמלך in tituli 85 v. 1 (supra, p. 137), appellatur מרתדם | לת «Marthadensis»; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 66; D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 19. Quod autem ad nomen ipsum קשבת attinet, vide quæ de hac radice scripserunt Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 62 et 74. Vero simile est feminam Ḳašabat tunc temporis ʿAmrânum pro patre suo Maudûdo administravisse, eumque heredem suam, adjuvante Îlmaḳḳâho, periculo liberavisse. Ne de regina Sabæ, neque de regina Arabiæ Samsi loquamur, provocamus ad titulum ex Madâʾin Ṣâliḥ oriundum, apud Carolum Doughty, *Documents épigraphiques recueillis dans le nord de l'Arabie*, tab. LVI, sub numero 29; D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 3, 47-48. Ibi legitur הגרן|רן|מלכת|ואדבי «Et Adabî, regina hujus urbis». Ḳašabat ʿAmrâni dominationem tenuisse, fortasse regnavisse, pro comperto habemus. — בן = مِنْ, designationem loci præcedens, a quo Maudûd profectus erat ut cetera exsequeretur. Quum in urbem ʿAmrânum primum impetum fecerit, concludimus eam vocabulis obscuris אקניתם | לת iterum designari. אקניתן plurale substantivi קני (cf. tituli 94 v. 5, ubi plurale אקני notavimus) cum *nûno* determinationis, «possessiones» significat, quocum לת = هذه, femininum singulare demonstrativi לן, more arabico pro solito plurali המת (cf. tituli 74 v. 14 et 19, supra, p. 111) conjungi suspicamur, non affirmamus. De nostro loco vide quæ, inter se dissidentes, Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 51, disseruerunt. — Præpositio *lâm* in לאחר post בן hic eodem sensu usurpatur, quo עד adhiberi solet, quemadmodum in tituli 80 v. 11; vide supra, p. 125-127. Cf. etiam hebraice (*Genesis*, IX, 10): מִכֹּל יֹצְאֵי הַתֵּבָה לְכֹל חַיַּת הָאָרֶץ. אחר = أُخَرُ, plurale adjectivi آخَرُ «alter, alius»; cf. titulum Academiæ 12um, v. 4, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 69. — Animadverte (etiam in v. 9) scriptionem pleniorem אלמקהו, sicut in titulorum 84 v. 9; 87 v. 3 et 4; 93 v. 3.

Versus 4. מודדם nomen proprium voventis = مَوْدُود, sicut in tituli 93 v. 1 מסעדם arabico مَسْعُود assimulavimus. Recordare etiam nomen arabicum أَلْمُودَد in tabula generum *Genesis*, X, 26. — גרב «arva», collectivum cujus nomen unitatis גרבת in tituli 87 v. 9 occurrit.

Versus 5. חטי «favor»; cf. tituli 2 v. 16 et quæ illic, p. 11, comparantur. חטי | ורצו «favor et gratia» sic in titulo 8° Academiæ, apud nos 102, v. 7 (Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 54), in titulo O. M. 9, v. 16 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 35), et, inverso ordine, in titulo O. M. 8, v. 18, consociantur. Sequitur ubique אמראהמו «principum ipsorum», excepto titulo, de quo nunc agimus, cujus auctor אורתהו, eadem radice qua ורתתהו (v. 2) oriundum, scripsit. Quid autem hoc plurale sibi velit, non plane perspicuum. Fortasse coheredes Maudûdi sic designantur, hoc est Marthadenses potentissimi, quorum auxilio eget et quibuscum, adjuvante Îlmaḳḳâho, fore ut pacta firmentur sperat.

Versus 6. Auctore Mordtmanno (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 7), vertimus «et tribus eorum (Marthadensium) Bakîl, incolæ ʿAmrâni». Eadem brevius in tituli 73 versu 2 dici D. H. Müller contendit; cf. *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 13. De Bakîlensibus ʿAmrâni degentibus, cf. tituli 102 v. 4 et 8.

Versus 7 et 8. שנאם | ושצי | נצע; cf. tituli 87 v. 10, supra, p. 141-142. — וקרב | דרחק; cf. O. M. 12, v. 9 et 10, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 47-48 et 50. Vide sic opposita hebraice רָחוֹק et קָרוֹב in Vetere Testamento Is., LVII, 19; Jer., XXV, 26; XLVIII, 24; Ezechiel, XXII, 5; etc.

Versus 9. Vassali Maudûdi appellantur Banû Aśyab,

quod nomen et quam radicem in titulis Yemenensibus nusquam alias reperimus. Niebuhr *Beni Aschyâb* in regione Thulâ (supra, p. 114), non procul a Ṣanʿâʾo commemorat; vide ejus *Beschreibung von Arabien* (Kopenhagen, 1772), p. 251, necnon versionem gallicam, *Description de l'Arabie* (Paris, 1779), II, p. 89. Arabice شابّ canitiem sonat, unde Arabes nomina propria شَيْبة et شَيْبان sumpserunt; cf. Ibn Doraid, *Iśtiḳâḳ*, p. 8, 51, 97, 144, 155, 207, 210, 300; Wüstenfeld, *Register*, p. 418; nec obliviscere provinciæ Yemenensis inter Zabîdum et Ṣanʿâʾum Šayyiba (شَيِّبة) dictæ, apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, III, p. 346, neque urbis Ḥaḍramauti Aš-Šaiba, apud Wüstenfeld, *Die Çufiten in Süd-Arabien im XI. (XVII.) Jahrhundert*, p. 66, 75 et 144.

Hæc igitur, e nostra sententia, tituli translatio :

[*Maudûd et fratres ejus Bakîlenses, incolæ ʿAmrâ-*]
[*ni, consecraverunt Îlmaḳḳâho Hirrânensi, hunc titulum, quia est*]
1 *tuitus ipsos, quum primum impetum fecit (Maudûd) usque ad urbem ʿAmrânum, ad auxi-*
2 *liandum heredi suæ Ḳaśbat Marthadensi, et ex his*
3 *possessionibus usque ad ceteras. Et pergat Îlmaḳḳâh Hi-*
4 *rrânensis largiri servo suo Maudûdo tutelam camporum ipsius consitorum et*
5 *favorem gratiamque coheredum ipsius Marthadensium et tribus e-*
6 *orum Bakîlensium, incolarum ʿAmrâni, et protegere servum su-*
7 *um Maudûdum ab injuria et noxa hostis cujusque, qui se remo-*
8 *vit et qui propius venit; atque quia contigit et ut contingat vassalis ipsius*
9 *Aśyabensibus, potentia et viribus Îlmaḳḳâhi Hirrânensis.*

96

B. M., 28; Os., 24.

(Tab. XVII.)

Tabula ænea, in iis quæ supersunt $0^{m},12$ alta, $0^{m},165$ lata, quum pars inferior desideretur. In summo ornamentum, duplici linea circumdatum, racemos cum viticulis, pampinis et uvis exhibens. Margo et ipse duabus lineis parallelis constabat, quorum plurima nunc desunt. Fractura lateris sinistri paululum prominet, sine ullo quidem tituli detrimento.

Titulum tractaverunt : E. Osiander, *Zur himjarischen Alterthumskunde*, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XIX, p. 228-229. — J. Halévy, *Études sabéennes*, in *Journal asiatique*, octobre 1873, p. 331; separatim excusum, p. 114, sub numero 7. — W. F. Prideaux, *A Sketch of Sabæan Grammar, with Examples of Translation*, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, V (1876), p. 210-211.

Hæc perspicue leguntur :



Quæ hebraice :

1 הדים | בן | שׁהלם | הקני | אלמקה
2 דׄהרן | משׁנדן | חגן | וקההו
3 אלמקה | במסאלהו | בדׄת | הו

Versus 1. הדים = هُدَىٌّ apud Ibn Doraid, *Iśtiḳâḳ*, p. 255; de hoc nomine proprio hominis, cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 48, 54-55; ea quæ supra, p. 26, adnotavimus; necnon D. H. Müller, *Glossen zum Corpus Inscriptionum semiticarum*, in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, III (1889), p. 218. — Pro שׁהלם Halévy, nescimus qua de causa, סהלם legit et quæ cum hoc nomine comparanda erant comparavit. Attamen noli dubitare quin nomen שׁהלם in titulo luce solis expresso sit legendum. Cf. igitur, præter شهل بن أنمار et شهل بن شيبان apud Abû Tammâm, *Hamasæ Carmina* (ed. Freytag), p. 8 et 254 : Ibn Doraid, *Iśtiḳâḳ*, p. 207; Wüstenfeld, *Register*, p. 415, præsertim بنو شِهال Banû Śihâl Ḥimyarenses apud Ibn Doraid, *Iśtiḳâḳ*, p. 306.

Versus 3. Comple הו[פיהו initio versus quarti, quum tertius suas litteras plane habeat; cf. titulos 76, v. 3; 79, v. 4; 82, v. 3; etc.

Quum omnia liqueant, titulum sic vertimus :

1 *Hudayy, Śihâlensis, consecravit Îlmaḳḳâho*
2 *Hirrânensi hunc titulum, quia exaudivit ipsum*
3 *Îlmaḳḳâh, propter preces ad se, in eo quod pro-*
4 *[texit ipsum* . . . . . .

97

Glaser, 80.

Lapis, 1m,86 altus, 0m,33 latus, a dextra portæ ʿAmrâni *Bâb al-Aʿlâ* «Porta superna» dictæ insertus, circiter 1m,50 e terra eminet. Litteræ perspicuæ inversæ. Præter unum vocabulum, nulla litterarum vestigia superesse Ed. Glaser asseveravit.

Lege ordine restituto :

ᴏ⊣ᴎ⊓ᴅ

Hebraice :

ודאבם

De quo nomine proprio Wadd'ab supra, p. 51, occasione tituli 33, disseruimus. Illic sine *mîmatione*, sicut in titulis Halevyanis allatis, occurrebat, hic *mîmo* terminatur. In gemma Parisiis servata, qua ut amuleto utebantur, hoc nomen cum duplici *mîmatione* in duobus versibus sic inscriptum videas licet :

1 ודם ᴏ⊣ᴅ
2 אבם ᴎ⊓ᴅ

Quæ nescimus an vertenda sint : «Utinam Wadd sit pater!» De hac gemma cf. Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale* (*Cabinet des Médailles et Antiques*), p. 40.

98

Glaser, 130.

Lapis, muro urbis ʿAmrâni inversus insertus, ab eo conspicitur qui, e porta *Bâb aš-Šarḳî* «Porta orientali» egressus, ad septentrionem tendit. A dextra titulus, ut nunc positus est, a sinistra, ut positus esse deberet et qualem edimus, intactus remansit. Mensuræ desiderantur.

Hæc tantummodo leguntur :

ᎤᏥ | ᏗᏂᏚ
ᏀᏩᏂ|ᏍᏂ

Quæ hebraice :

1 כבר | אק
2 ס|ובניל

Versus 1. Comple אק[ינם | כבר secundum titulum Ma'ribensem Os. 35 = B. M. 33, v. 4, necnon secundum Hal. 174, v. 1, et 624, v. 1, etsi ab his tribus exemplis linea separativa abest. Mordtmann in *Zeitschr. der deutsc. morg. Gesellsch.*, XXXI, p. 88, «princeps Aḳyâni» vertit; quod nobis minime placet. Halévy (*Études sabéennes*, p. 168), qui in eodem titulo Os. 35 non solum singulare כבראקינם (v. 4), sed etiam plurale אכברואקינם cum *wâwo* inter אכבר et אקינם bis (v. 2 et 3) agnovit, hoc vocabulo gentem designari contendit duabus familiis constantem, nempe Akbâr «Magnis» et Aḳyân «Artificibus». Quod non minus valde rejicimus. Etenim titulos Hal. 174 et 624 consideranti patebit כבראקינם in utroque dignitatem significare qua Yathaʿkarîb augetur. Eadem in titulis Glaseri Šibâmensibus 119, v. 2 et 6; 120, v. 1, præsentimus. In hoc breviore, ut de illo longiore etiamnunc sileamus, legitur :

אלשרח | יחצב | כב[ר | אק
ינם | וכן | מרתד[ם |

«Îlšaraḥ Yaḥḍub..... et Marthadenses». Animadverte Îlšaraḥum Yaḥḍubum etiam in illius tituli Os. 35 versu 5 commemorari, ubi ter usurpatam compositionem כבראקינם jam notavimus. F. Prætorius meliora afferre nobis videtur, quum «Maximus principum» vel aliud simile hoc significari contendit; vide ejus *Beiträge zur Erklärung der himjarischen Inschriften*. Drittes Heft (Halle, 1874), p. 37. Provocamus ad comparandum quoque כבר|חלל, epitheta honorifica in tituli 80 v. 3, et quæ supra, p. 127, de his adnotavimus. Præterea recordare singulare קין (cf. nomen dei קינן in tituli 8 v. 2, supra, p. 20) nomen appellativum esse, munere amplissimo fungentem designans quod soli regiæ dignitati cedit; cf. Fresnel 56, v. 1; Hal. 144, v. 4; 150, v. 3; 151, v. 4. Inde, omnibus bene perpensis, adducimur ut | כבר אקינם, cum vel sine linea separativa, «Maximus ministrorum» vertamus.

Versus 2. Omnia hic desperamus, quum contextus nos fugiat. Ipsum בני sitne status constructus pluralis accusativi aut genitivi e substantivo בן «filius» oriundi, sicut in tituli 75 v. 9 et 11 multisque aliis titulorum ʿAmrânensium exemplis, an perfectum verbi בני «construxit», sicut in Fresnel 15; 29; 46; Hal. 42, v. 2; 84, v. 1; etc., ignoramus.

Nihil igitur vertimus nisi אק[ינם | כבר «Maximus ministrorum».

99

Glaser, 131.

(Tab. XVIII.)

Lapide, cujus mensuras ignoramus, sustinetur nunc, quasi columna, porta ʿAmrâni *Bâb aš-Šarḳî* «Porta orientalis» dicta; cf. titulum 98. Lapidem ex ima parte integrum esse Glaser suspicatur,

(Impressum mense novembri 1891.)

nosque monet eum multa damna superne, et a dextera et a sinistra passum esse, quum jumentis sarcinariis onera gravissima ferentibus continuo offenderetur. In tabula nostra duodevicesima apographum Glaseri luce solis expressum invenies.

Hæc in eo leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 ·ש·ת

2 רן | ואלמקהו | בעלא

3 שרן | א·מהו | בני | מר

4 ·דם | ואתמר | צדקם | בהות | ט

5 תם | ולסתופין | כל | אתמר |

6 ·יו | הוא | סרן | בן | כל | למ

7 חרף | ודדאל | בן | חיום | ·

8 פרם | ובנהמו | ולאחר | ובנ··

9 פאלשנו | חדל | היע | והופין

10 מקהו | בעלאום··ן | סטר | וצ

11 ·| ותפן | דרמדרם | בחר

Versus 1. רשעת[ם fortasse restituendum; cf. Hal. 190, v. 10; 236, v. 1; 237, v. 3; 482, v. 2; 532, v. 1; 534, v. 1, 6, 8; 544; cf. Šaʿtham utrumque (الشَّعْثَمان) apud Ibn Doraid, *Ištiḳâḳ*, p. 210, et Al-Aš'ath (الاشعث) ibn Ḳais ibn Maʿdîkarib, de quo vide Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 89; Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'islamisme*, II, p. 333-334; III, p. 293 et passim; F. Wüstenfeld, *Register zu den genealogischen Tabellen*, p. 89.

Versus 2. Initio versus, litteræ *râ'i* (ר) pars inferior

superstes legi sinit רח[רן «Hirrânensis». — A *wâwo* deinde nova propositio incipit, cujus «Îlmaḳḳâh, dominus Awwami», subjectivum est, sequente פ ante verbum. Verte : «Et quoad Îlmaḳḳâhum, dominum Awwami». Cf. sic separatos et tamen vicinos Îlmaḳḳâhum Hirrânensem et Îlmaḳḳâhum, dominum Awwami, in tituli 80 v. 1-3, supra, p. 125-126. Mirare scriptionem pleniorem אלמקהו, sicut in titulorum 84 v. 9; 87 v. 3 et 4; 93 v. 3; 95 v. 3 et 9.

Versus 3. Complemus : | רבען | הגרן | ע[מרן | א[ד]מהו | בני | מר[תדם «incolas urbes ʿA]mrâni, servos suos (Îlmaḳḳâhi) Mar[thadenses]», *sînum* pro *mîmo* exaratum esse arbitrati. De רבען «incolæ», vide quæ ad tituli 95 v. 6 supra, p. 156, adnotavimus.

Versus 4. Lege sine dubio צדקם|ואתמר|לדם|או[[concessit] «liberos et fructus eximios»; cf. titulum 8um Academiæ, apud nos 102, v. 11, in Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 55. — Complemus בהות | א[רצן «in hac terra», collatis הות|ארצן Hal. 49, v. 11; fortasse 62, v. 9; בארצן, eodem sensu, in titulorum 67 v. 15, supra, p. 96-97; 81 v. 4, supra, p. 128-130, nec tamen infitiamur aliquam difficultatem in eo inesse quod pronomen demonstrativum masculinum הות cum ארץ consociamus, quod substantivum feminini generis in linguis semiticis esse solet. In Vetere Testamento aliquot exempla אֶרֶץ masculini exstant; sic *Gen.*, XIII, 6; Is., IX, 18; XVIII, 2; etc.

Versus 5. תם provenit e תם[נעמ], præcedente probabiliter ו | ופים | סעדהמו | וברת «et quia concessit ipsis tutelam et felicitatem», sicut in titulorum 88 v. 9; 91 v. 7. — ולסתופין, sine linea separativa, infinitivus absolutus est cum præpositione *lâmo*, sensu optativo, et «utinam omnino servet» significans; comparamus Hal. 106, v. 2, de contextu illic nescii, hic parenthesim ab hoc vocabulo incipere persuasum habentes. — Post אתמר adde אסרן | בהמת | תכנן | ואפקל «et messes quæ erunt in his vallibus» comparatis titulo 74, v. 14, supra, p. 111-114, et titulo 2, v. 5 et 6, apud D. H. Müller, *Himjarische Studien*, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XXX, p. 673-674.

Versus 6. Proponimus dubitanter חיו[ה | וברת «et quia vivificavit», hoc est, quum הוא = هَواء «aer» sequatur, «et quia purum reddidit aerem». De radice חיו = حيّ, cf. nomen proprium חיום frequentissimum alias, necnon in nostri tituli v. 7 usurpatum; sine *mîmatione* חיו in tituli 6 v. 4, supra, p. 18; cf. etiam plurale perfecti חיו «vixerunt» in titulo 11 Academiæ, v. 4, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 64-65; החיו quod hic conjicimus etiam in Hal. 245, v. 1, et imperfectum יהחיון in Rehatsek 7, v. 7, de quo plura brevi addemus. — סרן, cum *nûnatione*, «hujus vallis, planitiei»; cf. plurale אסרן in tituli 74 v. 14 et 19; אסרהמו in ejusdem tituli v. 6, supra, p. 111-114. — בן | כל «ab omni»; cf. tituli 74 v. 20, supra, *ibid.* — Deinde conjicimus | בחלף | מרץ | אמ[רץ «ab omnibus ægrotationibus quibus ægrotatum est in provincia», verbi מרץ = مَرِضَ perfectum passivum unipersonaliter usurpatum non solum hic habentes, sed etiam in Reh. 7, v. 6-8, ubi legimus : | כינמי יהחיון | כרבעתת | בן | תצח | בן | מרץ | מרץ | בירם «ut pergat vivificare Karîbʿathatum, filium Tâṣiḥi, ab ægrotatione qua ægrotatum est Yarîmi»; et in O. M. 12, v. 7, ubi | בן | אמרץ מרץ interpretamur «ab ægrotationibus quibus ægrotatum est», aliam viam ingressis Mordtmanno et Muellero in *Sabäische Denkmäler*, p. 48 et 50. Post hæc, veluti in duobus locis collatis, designabatur provincia (חלף; cf. tituli 79 v. 10) vicina, cujus aer corruptus hanc planitiem non vitiaverat.

Versus 7. Comple fido animo ב[חרף, collatis titulorum 73 v. 9; 80 v. 12; 81 v. 4; etc. In titulo 80 commemoratur Wadad'îl, filius Yaḳahmaliki; in titulo O. M. 21, v. 4, Wadad'îl, filius Abûkarîbi (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 73); hic Wadad'îl, filius Ḥaiwi, filii .....i, quum post חיום sit ב[ן legendum.

Versus 8. Sub tribus litteris, a quibus versus incipit, nomen מר[תדם (cf. v. 3) latere suspicamur. — *Wâwum* in ולאחר post וכנהמו dittographiam esse credimus, quum constructio similis in tituli 95 v. 2 et 3 *wâwo* careat; vide supra, p. 155-157. Vertimus : «atque ex ipsis usque ad ceteros». — Fieri potest ut deinde דבן, aut וכנהמו, præcedens וכנהמו continuet, nihil tamen decernere audemus, contextu nobis non suppetente.

Versus 9. Mirare textum congruentem cum titulo 18 apud W. F. Prideaux, in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, IV, p. 200, 40 apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 96, 44 Musei Britannici, ubi lapidem nuperrime dispeximus. Illic legitur :

1 ואל | שן | הי
2 ע | מסכאן | אנ
3 סם | ובערם

Sed obscura obscurioribus non illustrantur. Mordtmann et Müller (*Sabäische Denkmäler*, p. 74-75) vocis שן exempla, sive verbi sive substantivi, attulerunt, nihil autem inde concluserunt nisi substantivo quoddam ædificandi genus designari, quod autem sit elicere non valuerunt. Hic plurale perfecti שנו occurrit, antecedente אל «ii qui»,

arabice اَللَّاءِ, pro quo اَلَّذِينَ vulgo usurpatur. אל, sensu arabici مَنْ adhibitum, cum singulari vel plurali sequentis verbi pariter construitur. Animadverte denique in transcriptione Glaseri אלשנו linea separativa carere. — Radix חדל in titulo O. M. 21, v. 5 agnoscitur, ubi אל שן in v. 3 adhibetur; hæc autem omnia desperamus. — Nec clariora de הית, sine *nûnatione* et *mimatione*, mente concipimus; cf. Fresnel 17 = Hal. 676, quod D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 15 «er brachte Räucheropfer» vertit. Substantivum מחית «turibulum» significare D. H. Müller (*ibid.*, II, p. 22-23 et 28-29) demonstravit. Quod non infitiamur, minime intelligentes quid הית in nostro titulo sibi velit. Nec te fugiat urbem Al-Djuḥfa dictam (cf. supra, p. 23) a Propheta مهيعة Mahya'a nuncupatam esse; cf. Al-Bakri, *Mu'djam*, p. 232; Yâḳût, *Mu'djam*, II, p. 35; Al-Fîrûzâbâdhi, *Ḳâmûs*, *s. v.* ع ى ه; F. Wüstenfeld, *Die von Medina auslaufenden Hauptstrassen*, p. 20. — והונן «et protegere» eumdem infinitivum præcedentem continuat, probabiliter a והא|ל «et pergat» (v. 7) pendens.

Versus 10. אל]מקחו|בעלאום (cf. v. 2), nomine voventis Śa'theasis ignoto atque verbo ריתר «et dedicavit» certo præcedentibus; cf. titulos 17, v. 4; 20, v. 4; 21, v. 3; 29, v. 4; etc. — Sequitur [ו]ל|ר|סתי, sicuti in Hal. 210, v. 6; 256, v. 1; 466, v. 2; 536, v. 1; 615, v. 14, scilicet «hanc scripturam» vel, auctore Halevyo in *Études sabéennes*, p. 232-233, «hanc stelam». — ות superstes e vocabulis ות[לכם|דרהבם «et statuam auream», sicut in titulo Academiæ 14°, v. 3, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, I, p. 75-76.

Versus 11. Lege sine dubio ותבן|ו[ר|ו «et fuit hæc exsolutio». Substantivum ותב ex forma arabici sermonis octavæ respondente verbi ובי ortum esse putamus. *yôd* subtracto; cf. Os. 35 = B. M. 33, v. 4 et 6; Hal. 361, v. 1; O. M. 21, v. 4 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 73). — בחר[בם|דרכדרם «dona singula quotannis» jam in tituli 74 v. 10, supra, p. 111-114, occurrit, ubi tamen דרם|דרם linea separativa dividitur.

Tituli ergo omnia quæ in promptu sunt hoc modo circiter restituimus et vertimus, de multis vocabulis, necnon de principio et fine versuum hæsitantes :

1 ..... | בן | ..... | ר]שעת[ם | תקני | אלמקחו | דהרן | דן | בשנדן | תנן | וקתהו |

2 בבסאלהו | אלמקחו | דה]רן | ואלמקחו | בעלא[ום | דערן | אלו | פוקה | רב

3 ען | הנרן | ע]ברן | א[ד]בהו | בני | מר[תדם | ושעבהמו | בבלם | בדת

4 סעדהמו | אר]לדם | ואתבד | בדקם | בחות | א[רען | ובדת | ושפהמו

5 רפים | ונעב]תם | ולסתופין | כל | אתבר | [ואפקל | תבנן | בהבת | אברן

6 ובדת | ת]חיו | הוא | סרן | בן | בל | אב[רץ | ברץ | בהלף | .....

7 ..... | ב]הרף | ודדאל | בן | חיום | ב[ן | ..... | זל | וזא | אלמקחו | הופין

8 אדבהו | בני | בר]תדם | ובנהבו | לאחר | ובן | ד[ת | אקניתן | לאחר | ושעבהמו | בבלם

9 רבען | דעברן | [| פאלשנו | הדל | היע | והופין [| אבראהבו | בני | ..... | ורתד | ..... | בן

10 ..... | ר]שעתם | אל]מקחו | בעלאום [| ד]ן | מסר[ן] | ות[לכם | דרהבם | לדת | נעבת | ותנעבן

11 לבני | ברתדם | ובון | ד]ן | והבן | דרם [|] דרם | בחר[בם | באלמקחו | בעלאום

V. . . . . , filius H. . . . i,] Śa'thensis[, consecravit Ilmalḳâlo Hirrânensi hunc titulum, quia exaudivit ipsum

propter preces ad se Ilmalḳâh Hi[rrânen[sis]. Et quoad Ilmalḳâhum, dominum A[wwami, quod est in urbe Alw, exaudivit incolas urbis 'A]wwâmi, se[r]vos suos, nepotes Mar[thadi, et tribum eorum Bakîlum, in eo quod concessit ipsis li[beros et fructus eximios in hac ter[ra, et quod donavit ipsis

5 *tutelam et prosperi]tatem (et omnino servet omnes fructus [et messes quæ erunt in his vallibus!).*

6 *et quod vi]rificavit aerem vallis hujus ab omnibus ægro]tationibus quibus ægrotatum est in provincia....*

7 *.....,] anno Wadad'ili, filii Ḥaiwi, fi[lii..... Et pergat Ìlmaḳḳáh protegere*

8 *servos suos, nepotes Mar]thadi, et ex ipsis usque ad ceteros, et ex h[is possessionibus usque ad ceteras, et tribum ipsorum Bakilum,*

9 *incolas 'Amrâni,] atque etiam eos qui ædificaverunt (?)..... et protegere [principes ipsorum... .....enses. Et dedicavit N....., filius*

10 *H.....i, Ša'thensis, Ì[maḳḳáho, domino Awwami, hanc stelam inscriptam et sta[tuam auream, quia contigit et ut contingat*

11 *Marthadensibus. Et fuit hæ]c exsolutio donu singula quotan[nis. Nomine Ìlmaḳḳáhi, domini Awwami.*

100

Glaser, 132.

Lapis, cujus mensuras ignoramus, horti rustici, inter meridiem et occidentem urbis 'Amrâni consiti, portæ nititur. A dextera liminis superi insertus est qualis repertus erat, hoc est fractus et deminutus.

Hæc nobiscum Glaser communicavit :

ᎯᎥᏦᎥᎠᏂᏥᏥ
ᏥᏀᏀᎠ | ᏥᏗᏁ

Quæ hebraice :

1 סכנם ו ת ו ד
2 ראן ו מ ק פ ן

Versus 1. סכנם nomen feminæ inauditum; cf. nomen tribus السَّكُون apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-'Arab*, p. 85, 88, 107, necnon tribus سَكَنُ اللاجِ apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 315, ubi vocabulo *sakan* ignem (النار) in aliquot arabici sermonis dialectis exprimi contenditur; cf. etiam nomen feminæ Sukaina (سُكَيْنَة) apud Wüstenfeld, *Register*, p. 426-427. — Collato titulo 85 (supra, p. 137), sic versum complemus : |....|בנת|רתדם|מ|ת ד הבנית אלמקה בעל.

Versus 2. Non de Ìlmaḳḳâho Hirrânensi hic, sicut in plerisque titulis 'Amrânensibus, cogitandum est, potius autem de Ìlmaḳḳâho Bar'ânensi (אלמקה | דבראן), cui oblatio fit in sacrario Bar'ân apud Fresnel 53. De hujus sacrarii, in aliis etiam titulis (Hal. 43, v. 2; 48, v. 8) commemorati, situ, vide J. Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 19, ubi ruinæ خربة برآن *Kharîbat Bar'ân* dictæ recordatur; cf. ejusdem *Voyage au Nedjran* in *Bulletin de la Société de géographie*, septembre 1873, p. 265. Nomen a verbo ברא «condidit» (vide supra, p. 13) radicem sumere liquet. — מקפן «lapis votivus», eodem sensu in contextu simili adhibetur apud Rehatsek 8, v. 2; cf. J. Mordtmann in *Zeitschr. der deutsc. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 34; D. H. Müller, *ibid.*, XXX, p. 690, 694-695; necnon quæ de קיף supra, p. 23, adnotavimus. Sequebantur analoga iis quibus titulus Fresneli 53 terminatur (J. Halévy, *Études sabéennes*, p. 228), vel qualia in fine tituli apud nos 85 (supra, p. 137) reperiuntur.

Inde concludimus titulum, duobus versibus probabiliter constantem, sic restituendum esse et vertendum :

1 סכנם | ד̇ת | מ[רת̇דם | בנת | .... | הקנית | אלמקה | בעל | ב

2 ראן | מקפן [| בן | מחרמן | בראן

vel [לד̇ת | נעמת | ותנעמן | לבני | מרת̇דם

1 *Sakan, oriunda e Ma[rthado, filia . . . . . i, consecravit Îlmaḳḳâho, domino Ba-*
2 *r'âni, hunc lapidem votivum [in sacrario Bar'âno.*
vel [, quia contigit et ut contingat Marthadensibus.

101

Glaser, 133.

(Tab. XVIII.)

Saxum, 0m,55 altum, 0m,70 latum, quod nunc in ruinis *Madînat al-Kuffâr* «Urbs infidelium» dictis humi jacet. Hæ ruinæ ab occidente «castelli Paradisi» (*al-ḳaṣr Djannât*) super «montem Paradisum» (*al-djabal Djannât*) ʿAmrâno vicinum extenduntur.

Tres solum litteræ בין חזל, ornamentis et lineis ad architecturam pertinentibus singulæ ab aliis separatæ, in parte anteriore cernuntur, ubi primæ litteræ *bâ* partem dextram, fracto lapide, amissam esse in tabula nostra duodevicesima animadvertere licet. Idem ornandi genus in latere sinistro luce solis ex delineatione Glaseri expresso, sine ullo charactere, agnoscitur.

Fieri potest ut בין cognomen regis vel principis sit, cujus nomen antecedebat, quod cum forma lapidis optime congruit. Idcirco «conspicuus» (بَيِّنٌ) vertere conveniret. Sin autem titulum integrum esse conjicies, urbem בין Bîn commemorari statues, quum hominis nomen Bîn non exstet. De urbe Bîn Hamdânensi vide quæ supra, p. 56, occasione tituli 37, v. 1, disseruimus. Harum duarum interpretationum priorem commendamus.

102

Academia, 8.

(Tab. XVIII.)

Lapis, 0m,28 altus, 0m,28 latus, 0m,14 profundus, sumptu Academiæ inscriptionum et litterarum humaniorum anno 1881 cum tredecim aliis monumentis ejusdem generis acquisitus est, quorum descriptionem primumque interpretationis rudimentum invenies apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, fasciculus primus, in *Journal asiatique*, août-septembre 1883,

p. 229-277, cum quinque tabulis, *ibid.*, octobre-novembre-décembre 1883; separatim excusum, p. 36-84. Quæ documenta penes Academiam adhuc manserunt ut studiis nostris prodessent.

Beatus Longpérier, in utraque nummorum et titulorum scientia subtili judicio præditus, auctoritatem monumenti de quo agimus in dubium vocaverat, titulo ipsi confisus. Cui opinioni non assentimur, quum falsarii etiam genuina inviti fœdare, nec quidquam sedulo facere soleant. Mirare contra pleraque absoluta et perfecta, non solum in titulo, sed etiam in lapide. Respice tamen quæ ad versum 3 adnotavimus, judicio Longperieri aliquatenus, non autem adeo faventia ut leviore argumento quod nobis persuasissimum est labefactent.

Etenim, duabus statuis deo ʿAthtaro Orientali oblatis (v. 6), tria cavorum vestigia in summo monumento etiamnunc apparent, quibus infixæ surgebant statuæ, jam non exstantes. In fronte sinistra duo foramina minora aperta sunt ad pedem unum continendum idonea; in dextra tertium, $0^{m},07$ longum, $0^{m},035$ latum, cui basis statuæ alterius facile nitebatur. Quæ tabulam nostram duodevicesimam dispicienti clare apparebunt. Superne, a dextra tituli, quadratum separatum etiam observabis, in quo non manipulus, ut conjeceramus, sed caput tauri vel hujusmodi animalis sculptum est; cf. Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale* (*Cabinet des Médailles et Antiques*), p. 30, 33, 37. Insuper animadverte unam litteram a sinistra singulorum versuum 7-10 cecidisse, sine autem notabili tituli ipsius detrimento, quum deficientia expedite compleantur. Lineæ sub versibus tituli a cælatore ductæ sunt, quarum ope characteres composite et apte exararet.

Titulum tractaverunt: Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, in *Journal asiatique*, août-septembre 1883, p. 247-252; separatim excusum, p. 54-59. — Joseph Halévy, *Observations sur les inscriptions sabéennes*, *ibid.*, janvier 1884, p. 102.

Hæc leguntur sine dubio :

capitis tauri effigies

1 ·ⲁⲃⲅⲟⲇ | ⲟⲩⲉⲏⲃⲟ | ⲅⲟⲇⲁⲃ
2 ⲣⲁ· | ⲧⲇⲧⲝⲅⲟⲇ· | ⲅⲧⲉⲣⲅⲉⲣ·
3 ·ⲅⲅⲙ | ⲅ·ⲉⲙⲩⲟ· | ·ⲧⲩⲉⲅⲙ· | ⲭⲉⲟⲉ
4 ⲃ | ⲅⲣⲧⲟ | ⲅⲣⲁⲩ | ·ⲣⲟⲣ | ⲅⲁⲅⲙⲃ | ⲅⲃⲧ
5 ⲣⲝⲣⲭⲉⲟ | ·ⲉⲅⲅⲫⲩ | ⲧⲅⲉⲣⲧ | ⲉⲅⲙ | ⲧⲅ
6 ·ⲇⲁ | ⲅⲩⲅⲧⲁⲃ | ·ⲧⲩⲭⲉⲙ | ⲉⲅⲟ | ⲅⲫ
7 ·⊙ⲧⲩⲃⲣⲧⲃ | ·ⲃⲣⲟ | ⲉⲁⲣ | ·ⲧⲩⲅ
8 ·ⲁ· | ⲧⲁⲅⲙ | ⲧⲩⲙⲟⲝ· | ⲧⲅⲉⲣⲧ | ⲉⲅⲙ
9 ·ⲃⲅ | ⲅⲙ | ⲭⲉⲟⲉⲣ | ·ⲩⲅⲅⲙ· | ⲅⲉⲣⲩ | ⲭ
10 ·· | ⲧⲉⲫ· | ·ⲧⲩⲅⲟⲇⲁ· | ⲧⲃⲅⲝ | ⲉⲇⲝ·
11 ⲣⲭⲉⲟⲙ | ⲧⲃⲅⲩ | ⲧⲣⲧⲉⲃ· | ⲧⲅⲁ·

Quæ, completis complendis, sic hebraice transcribimus :

capitis tauri effigies

1 אלסעד ו ואחיהו ו סעדאל
2 ורתדרימן ו וסעדשמסם ו ולח
3 יעתת ו ובניהמו ו והבתון ו בנו
4 מצן ו אבכלן ו חורו ו הגרן ו עמרן ו א
5 דם ו בני ו מרתדם ו הקניו ו עתתרשר
6 קן ו עדי ו ביתהמו ו צלמנהן ו לסע
7 דהמו ו חטי ו ורצו ו אמראהמו [ו
8 בני ו מרתדם ו ושעבהם ו בכלם ו ול[ך
9 ת ו חרין ו עבדהו ו לחיעתת ו בן ו נצ[ע
10 ושצי ו שנאם ו ולסעדהמו ו ופים ו ו[א
11 ולדם ו ואתמרם ו הנאם ו בעתתר

Versus 1. אלסעד nomen proprium hominis; cf. Hal. 152, v. 16. Frequentius occurrit סעדאל, inverso ordine, in Hal. 43, v. 1; 187, v. 1; 192, v. 1; etc.

Versus 2. רתדרימן nomen proprium hominis; cf. רתדתון in tituli 1 v. 1, supra, p. 5-6; רתדאל Hal. 190, v. 13; 271, v. 1 et 4; 509; etc.; רתד Hal. 509, nomine dei abscisso. Apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 100, l. 7, Raimân (ريمان) post Baʿdân et ante Ḥimyam inter tribus Ḥimyariticas provinciæ As-Saḥûl citatur. Ex his concludimus deam רת|רימן, quemadmodum deas רת|בעדן et רת|חמים, in pantheo Yemenitico locum tenuisse, etsi in titulis nondum reperta est. Inde nomen proprium רתדרתרימן pro רתדרימן contractum. — סעדשמסם aliud hominis nomen proprium, de quo vide supra, titulos 3, v. 1, p. 12; 9, p. 21. — לחיעתת; cf. titulos 2, v. 2; 42, v. 1; 87, v. 1.

Versus 3. Corrige errorem cælatoris et lege : | [ו]והבתון ובניהמו, addito *wâwo* ante quinti fratris nomen, quod a *wâwo* incipit, et mutata vocabulorum dispositione. Similia attulit Joseph Halévy in *Journal asiatique*, janvier 1884, p. 102. Nomen vero הבתון servatum ex infinitivo הב et dei nomine תון constare affirmavit. Quod non probamus, et הבתון, nisi, quod malumus, in והבתון completur, solvimus in הבת (هَبَةٌ) et תון, *tâʾo* in *thâʾum* propterea geminatum inserto. Cf. arabice اِتَّارَ pro اِتْتَارَ « vindictam talione obtinuit » et omnia verba a *thâʾo* incipientia in octava forma. Analogia nominum propriorum והבעתת, והבאום, והבאל in tituli 1 v. 1, 2 et 6 conjunctorum adducimur ut והבתון restituamus et suspicemur lapicidam, quum in ובניהמו ante והבתון collocato erraverit, unum e duobus *wâwis* eo facilius prætermisisse quod nomen proprium, primum inter filios designans, copula non solum facile caret, sed etiam ejus accessionem a se prorsus rejicit. Jam monuimus (supra, p. 165) quantum auctoritatem totius tituli versus tertius sermonis errore et cælatoris negligentia minuat. Nihilominus fidem monumento et titulo habendam esse asseveramus. — Sub fine בנו legimus, dum mente magis quam oculis *nûnum* medium videmus.

Versus 4. מצן nomen gentis inauditum. Cf. nomen montis, inter ʿAmrânum et Ṣanʿâʾum, جبل ضين Djabal Ḍîn nuncupati, unde tituli nostri 103-105 provenerunt. Muḍînensesne sedes suas juxta hunc montem instruxerint nescimus. ביומצן olim legeramus, vertentes « filii Yûmaḍi », quod nobis nunc minime placet. Halévy ביומצן, pro באומצן, littera *yôd* ob vocalem præpositionis ב litteræ *alif* substituta, interpretatur, quasi אומץ plurale sit adjectivi ומץ (arabice ومض « splenduit, micuit »), et vertit : « illustres, notabiles ». Quod valde repudiamus. — אבכלן, plurale ethnici בכלן « Bakîlensis » (Hal. 174 v. 1); cf. אמעגן « Minæi » in tituli 29 v. 2 et quæ, occasione illius tituli, supra, p. 46, notavimus. Adde אצרחן « Ṣirwâḥenses » in tituli Academiæ 11[1] v. 2, apud Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études*, 1, p. 64-66. — חורו; Halévy

«qui iverunt» vertit, collato æthiopico ሖሩ *ḥôrû*, tertia persona plurali perfecti. J. Mordtmann in *Literatur-Blatt für Orientalische Philologie*, I, p. 433, nos provocat ad comparanda חור in Hal. 51, v. 13; 62, v. 3, in hoc loco sequente הנרן, sicut apud nos, in illo בהנרן, uno tantum vocabulo intercedente. Quod ad sensum pertinet, arabicum حَوَارِىّ «apostolus», peculiariter «christianus» comparare non desinimus, quum Arabes hoc vocabulum ab æthiopico ሐዋርያ *ḥawâreyâ* sumpserint, ex hac eadem radice ሖረ *ḥôra* oriundo quam Halévy huc attulerat. Substantivum plurale in statu constructo nominativo, חורו e חור, sicut בנו «nepotes» e בן «filius» agnoscere nobis videmur. Quidni «incolæ adventicii», qui in urbem ʿAmrân demigraverant, quum hac radice æthiopica «iter facere, peregrinari» significetur?

Versus 5. Non agitur hic de ʿAthtaro Orientali, servatore sepulcrorum, de quo vide supra, p. 33. Deo præsidi domus ipsorum, ʿAthtaro Orientali, ob beneficia sua in Bakîlenses, oblatione duarum statuarum et tituli dedicatione gratia refertur. Animadverte nulla separativa linea עתתרשרקן in duas partes dividi. Sic etiam, ut nos docet epistola Eduardi Glaser ad Fredericum Hommel scripta, in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XLIII (1889), p. 661, divulgata, in titulo nostro 46, v. 5 (supra, p. 77-78), עתתרשרקן | מראהמו | ומקם | ברדא «ope atque potestate dei præsidis sui ʿAthtari Orientalis» legere et vertere oportuit; vide facsimile tituli 46, apud Glaserum 799, *ibid.*, inter paginas 652 et 653.

Versus 6. Nunc consentiunt omnes צלמנהן «duas statuas» significare; quod etiam vestigiis in summo monumento (supra, p. 165) confirmatur. — לסעדהמו. Halévy: «ut concedat ipsis», reliquo titulo vota futuri auxilii continente. In nostra interpretatione perseveramus, rati duas statuas testimonium esse animi ob concessa memoris, non incerte sperantis fore ut optata posthac concedantur.

Versus 7 et 8. Cf. tituli 95 v. 5 et 6. — שעבהם scriptio manca suffixi *wâwo* solito carentis; cf. itidem מקברהם pro מקברהמו in tituli 20 v. 2; ופיהם pro ופיהמו in tituli 77 v. 11. — Sub fine versus octavi, comple ת[ל[ד, quo ל vocis לסעדהמו continuatur.

Versus 9 et 10. Cf. tituli 95 v. 6 et 7. Miramur equidem Îlsaʿdum, ut tituli auctorem in primo versu designatum, hic prorsus omitti, quarto inter ejus fratres Leḥîʿathato (v. 2 et 3) primum locum subito obtinente. Non negamus hanc singularem in medio titulo præcipuæ personæ mutationem opinioni fidem tituli oppugnantium favere. Textum corrigere non audemus, etsi eum corrigendum et Îlsaʿdum pro Leḥîʿathato reponendum esse vero simile habemus. Quo mendo cælatoris non magis judicio nostro summam probante commovemur quam mendis occasione versus tertii compertis.

Sed jam ad translationem tituli veniamus, versu tertio sic emendato :

3 יעתת | ווהבתון | ובניהמו | בנו

Verte igitur, si lubet :

1 *Ilsaʿd, et ejus fratres, Saʿdʿîl,*
2 *et Rathadraimân, et Saʿdšams, et Leḥ-*
3 *îʿathat, et Wahbthûn, et filii eorum, nepotes*
4 *Muḍîni, Bakîlenses, incolæ adventicii urbis ʿAmrâni, vas-*
5 *sali Marthadensium, consecraverunt ʿAthtaro Orien-*
6 *tali intra castellum suum duas statuas, quia conces-*
7 *sit ipsis favorem gratiamque dominorum suorum*
8 *Marthadensium, et tribus eorum Bakîli, et propte[rea*
9 *quod protexit servum suum Leḥîʿathatum ab inju[ria*
10 *et noxa hostis cujusque, et quia concessit ipsis tutelam et [li-*
11 *beros, et fructus excellentes. Nomine ʿAthtari.*

(Impressum mense novembri 1891.)

ARTICULUS ALTER.

DJABAL ḌÎN.

Si quis, Ṣanʿâʾo profectus, ʿAmrânum tendit, simul ac regionis petitæ fines tetigit, ad juga montis *Djabal Ḍîn* (جبل ضين) dicti tribus horis ʿAmrâno a meridie distantia pervenit. Vide chorographiam Eduardi Glaser in Petermann's *Mittheilungen*, 1886, tab. I. Ne de tribu ignota Muḍîn in tituli 102 v. 4 iterum loquamur, nomen Ḍîn, quo etiamnunc mons ille vocari solet, ab Arabum geographis medii ævi non prætermissum est; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 125, v. 12; 126, v. 8; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 290 et 626, qui titulos ḥimyaritico charactere inscriptos (مساند) in summo hujus montis sacri (مقدّس) superesse animadvertit; denique Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 485, qui de sepulcro prophetæ Šuʿaibi, filii Mahdami, retulit. De hoc propheta ad Ḥaḍûritas (بنو حضور) Yemenenses misso, vide Al-Masʿûdî, *Les prairies d'or*, III, p. 305-306; Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'islamisme*, I, p. 30-32.

Eduardus Glaser, quum Turcorum huc procedentium anno 1883 expeditionem comitaretur, die tertiodecimo novembris montem Ḍîn ascendit et in fastigio mosquitam invisit, cujus in medio sepulcrum viri sancti (الولىّ) Ḳudam ibn Ḳâdim servatur et quæ *mosquita Ḳudami ibn Ḳâdim* (مسجد قدم ابن قادم) nuncupatur. Qui Ḳudam ibn Ḳâdim a Moḥammad ibn Ḥabîb commemoratur in opere quod F. Wüstenfeld anno 1850 Gœttingæ edidit sub titulo : *Ueber die Gleichheit und Verschiedenheit der arabischen Stammnamen*, p. 42; cf. ejusdem Wüstenfeld *Register zu den genealogischen Tabellen*, p. 137. In mosquita vertici superposita Ed. Glaser tria prisci temporis monumenta invenit, quorum titulos, nostra gratia exscriptos, ex ipsius apographis viris doctis nunc demum communicamus. Quum hæc sine mora edere non contigerit, prima a Glasero in Arabia meridionali quondam suscepta itinera breviter enarrare et quam prospere successerint olim ostendere placuit; cf. Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, II, 1, in *Journal asiatique*, août-septembre-octobre 1884, p. 322-331; separatim excusum, p. 3-12, ubi discerne de monte Ḍîn peculiaria, p. 6 et 11.

103

Glaser, 81.



Lapis muro australi mosquitæ insertus est, ut e delineatione Eduardi Glaser patet quam hic exprimendam esse putavimus ut singulorum titulorum locus illustraretur. Mensuras tituli nostri 103 ignorantes, hoc tantummodo didicimus eum a solo insuper $0^{m},45$ intervallo lapideo separari. Characteres maximi, sedulo exscalpti, nunc partim mortario tecti sunt, ita tamen ut oculis non subducerentur quæ non prorsus evanuerunt.

Fragmentum unius versus nobiscum communicavit Glaser :

Quod hebraice :

עדאום | נמרן | ובנ

Initium tituli habemus, perdita prima littera ס, quum nomen proprium hominis סעדאום non semel occurrat; cf. D. H. Müller in *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XXX, p. 116; O. M. 1, v. 1, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 10. — Epitheton נמרן, ethnico sensu, ni fallimur, hic adhibitum, vertimus « Namirensis »; cf. nomen proprium hominis אנמרם in titulorum 78 v. 1 et 8; 82 v. 1, 6, 9, 11 et 12; necnon Arabum tribus An-Namir, Numair et Anmâr dictas, de quibus vide Robertson Smith, *Kinship and Marriage in early Arabia* (Cambridge, 1885), p. 201. Idem נמרן nomen arcis in Hal. 525, v. 1; 538, v. 1; 597, quod ultimum in Bait Nimrân anno 1869 exstabat. In titulo 2 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 6, נמרן « violentum » pantheræ (نَمِر) instar significare conjecimus; vide Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale* (*Cabinet des Médailles et Antiques*), p. 11-12.

Verte igitur, si lubet :

Sa]ʿd'awwam Namirensis, et fili[i ipsius . . . . . .

104

Glaser, 82.

(Tab. XVIII.)

In eadem mosquita Ed. Glaser hunc lapidem, $0^m,45$ altum, $0^m,14$ latum, in angulo muri inter septentrionem et orientem insertum summa cum difficultate exscripsit, quum non solum quatuor metrorum spatio a solo distet, sed etiam characteres parvuli non penitus incisi fuerint, lapis denique in latitudinem versus, non in longitudinem, difficulter exararetur.

In apographo Glaseri, quod luce solis in tabula nostra duodevicesima expressum invenies, hæc leguntur :



8 𐤀𐤆 | 𐤋𐤔𐤁𐤋 | 𐤁𐤓𐤔 | 𐤄𐤋𐤁𐤄𐤁 | 𐤋

9 𐤆𐤋𐤔𐤁𐤀 | 𐤀𐤓𐤆𐤀 | 𐤓𐤄𐤁 | 𐤆𐤀𐤆 |

10 𐤁 | 𐤁𐤆𐤀𐤁𐤄 | 𐤓𐤁 | 𐤁𐤄𐤆𐤁 | 𐤁

11 𐤆𐤋 | 𐤆𐤀𐤓𐤁𐤀 | 𐤆𐤀𐤁𐤓𐤁 · ·

12 | 𐤆𐤋 | 𐤆𐤀𐤁𐤄 | 𐤆𐤀𐤁𐤓𐤀 | 𐤆𐤔𐤁𐤓

13 | 𐤁𐤓 | 𐤆𐤀𐤁𐤄𐤋𐤆 | 𐤆𐤀𐤆

14 𐤁𐤓 | 𐤁𐤓 | 𐤆𐤀𐤆𐤄𐤀𐤋 | · · · 𐤁

Quæ hebraice :

1 רסמאטלס | ובֿ

2 לפרמה·ן | ו |

3 | ם | טח | בנ·ן | ד·

4 | חגן | וקהחו | במס· |

5 | חמדם | ב | דת | צדק | עית··

6 עבדהו | רבשמסס | בכ···

7 מלא | סתמלא | בעמהו | ו··

8 זא | עתתר | צדק | עבדהו | ר

9 שמסס | בכל | אמלא | יסתמ |

10 | ן | בעמהו | ול | סעדהמו | נ

11 רתם | וופים | ואולדם··

12 | כרם | הנאם | ואתמר | צד

13 | עדע | ארצהמו | ומשמ

14 ···ו· | רינהמו | בן | נבע

Etsi in apographo Glaseri nullum discrimen inter primorum versuum et sequentium principia exsistere videatur, persuasum habemus aliquot litteras a sex versuum initio excidisse, a quibus titulus exordium capit. Versus novum et decimum fere integros ut reliquorum nunc breviorum specimina sumentes, judicamus versum quemque litteras ad minimum undeviginti, ad summum viginti unam, etiam lineis separativis itidem numeratis, continuisse.

Versus 1. Restitue in fronte רבשמסס, collatis versibus 6, necnon 8 et 9. Nec prætereundi titulorum 31 v. 4 (supra, p. 50) et 67 v. 8 (supra, p. 92-96). — De cognomine אטלם, vide quæ ad tituli 78 v. 1, supra, p. 121, adnotavimus. — Complemus בנ[ניהו | בן.

Versus 2. Lege, ni fallimur : ו|אנמרם|הקניו|עתתרשרקן «et filii ipsius, nepotes Anmari, consecraverunt ʿAthtaro Orientali», Anmar nomen hominis proprium sit, patris vel avi Rabšamsi (cf. tituli 78 v. 1), an nomen tribus de qua occasione tituli 103 disseruimus. | הקניו sub | ו | ה·ן latens subodoramur. Quoad deum ʿAth-

tarum, oblatione cultum, ejus nomen e versu 8 huc attulimus, ʿAthtarum Orientalem præsentientes, sicut in titulorum 102 v. 5 et 6; 105 v. 5.

Versus 3. Post nomen dei עתתרשרקן, sine linea separativa, conjicimus præpositione עדי «intra» loci ubi munus depositum est mentionem introduci; cf. tituli 102 v. 6. — Quæ sequuntur desperaremus, nisi analoga minus corrupta in tituli 105 v. 2 dispiceremus. Nempe illic, ante חגן|וקהחו «quia exaudivit ipsum», quod in nostro versu quarto etiam reperies, legitur, auctore Glasero: 𐩪𐩵 | 𐩣 | 𐩪𐩺 | 𐩪𐩸𐩺𐩹 | 𐩪𐩰 | 𐩨𐩴𐩵𐩵, hoc est, sine dubio מרבח|ערן|צנאן|רן|צלמן (consecravit intra) «aram urbis Ḍana'ân hanc statuam». Facsimile tabulæ nostræ duodevicesimæ spectanti perspicuum erit מרבח eo facilius restituendum esse quod littera *ṭâ* Glaseri linea inferiore caret, ita ut 𐩣 pro 𐩺 scriptum agnoscas. Quum et verbum et substantivum רבח in epigraphia Yemenensi crebro usurpentur, fato accidit vocabulum מרבח «altare» in nostris titulis admodum raro occurrere. Cf. tamen, præter exemplum e titulo 105 sumptum, plurale מרבחת apud D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 23-24, singulare מרבחת in Fresnel 51; Prideaux 13, v. 1; nomen proprium hominis מרבחת in Hal. 645, v. 1; 648, v. 1; in titulis 4 et 14 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis. ערן «urbs», sicut hebraice; vide supra, p. 14, 112 et 126, occasione titulorum 5, v. 2; 74, v. 4; 80, v. 9. Quod vocabulum inutile a nostro titulo abesse non miramur. Urbis nomen צנאן in titulo 105, צנכן in hoc nostro titulo 104 legimus. Vero simile est צנכן in utroque inscriptum esse, quum et provincia et urbs Yemenenses ضَنْكان Ḍankân ab Arabum geographis commemorentur; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 70, v. 20; 120, v. 12; 122, v. 22; 188, v. 4; Ibn Khordâdhbéh, *Kitâb al-masâlik*, in J. de Gœje, *Bibliotheca geographorum Arabum*, VI, p. 139; Al-Mouḳaddasî, *Aḥsan at-taḳâsîm*, *ibid.*, III, p. 88 et 89; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 195 et 263; Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 482. Quod ad radicem angusta et angustias significantem attinet, respice ad *Coranum*, XX, 123.

Versus 5. Post במסאל]הו, lege חמדם|ברת «ideo quod», extrita linea separativa inter ב et רת. De hac conjunctione composita vide tituli 67 versum 5 sic restitutum supra, p. 94 et 96. — צדק «indulsit»; cf. versum 8, necnon titulorum 72 v. 2 (supra, p. 107); 74 v. 8 (supra, p. 112); 84 v. 9 (supra, p. 135-136). — Corrigimus deinde et complemus עתת]רשרקן.

Versus 7. Lege sine dubio plurale מלא]א, sicut in versu 9, et comple sub fine ו|ל]ו, quum versus sequens a וא incipiat, quæ vocabula sic conjuncta in titulis quibus interpretandis studemus sæpissime occurrunt.

Versus 9. Lege יסתמל]נן et cf. titulorum 43 v. 6 (supra, p. 72-73); 68 v. 3 (supra, p. 97-98) et plura titulorum ʿAmrânensium exempla.

Versus 11. Conjuncta sunt תם]נעמ et ופים sicut in tituli 88 v. 9 et 10 (supra, p. 143-145). — Post ואולדם comple רכרם]א, linea sinistra litteræ ל superstite.

Versus 12 et 13. Comple צד]קם, ut solet; cf. inter multa similia tituli 2 v. 15, supra, p. 8-11, ubi etiam, sicut hic legendum est, ארצהמו|עדי sequitur. Lege deinde ומש]מ[ו]תהמו, perinde ac in allati tituli 2 v. 15 et 16.

Versus 14. Post ול, quod minime dubium est, insolito רינהמו substituas oportet, ni fallimur, חרינהמו, addita littera *khâ* in apographo Glaseri omissa; cf. titulorum 28 v. 10 (supra, p. 44-45); 95 v. 6 (supra, p. 155); 102 v. 9 (supra, p. 165-167). — Sub fine versus lege נצע, ut in duobus ultimis, quos nunc quidem citavimus, titulis, dum ea, ejusdem certo generis, ignoramus quæ in titulo 28 post חרין commemorabantur.

Inde adducimur ut titulum sic legamus et vertamus:

1 רבש]מסס [|] אטלם | וב[ניהו | בנ
2 ו|א]נמרס [|] ה[ק]ניו | [עתתרשרק
3 ן | עדי] | מרבח | צנכן | רן [| צ
4 למן] | חגן | וקהחו | במסאל
5 הו] | חמדם | ברת | צדק | עתת[רש
6 רקן |] עבדהו | רבשמסס | בב[ל | א
7 מלא | סתמלא | בעמהו | ו[ל | ו

8 זא | עתתר | צדק | עבדהו | ר[ב
9 שמסס | בכל | אמלא | יסתמל[א
10 נן | בעמהו | ול | סעדהמו | נ[ע
11 מתם | וופים | ואולדם [| א
12 לכרם | הנאם | ואתמר | צד[ק
13 ם] | עדי | ארצהמו | ומש[י]מ[תה
14 מו|] ול | [ה]רינהמו | בן|נצע [| ו
15 [שצי | שנאם |.....

1 *Rabša]ms Aṭhlam, et fi[lii ipsius, nepo-*
2 *tes A]nmari[,] con[se]craverunt [ʿAthtaro Orienta-*
3 *li, intra] aram Ḍankâni, hanc [sta-*
4 *tuam], quia exaudivit ipsum ob pre[ces*
5 *ad se], in eo quod indulsit ʿAthta[r ʿO-*
6 *rientalis servo suo Rabšamso in om[nibus vo-*
7 *tis quæ ut explerentur petiit ab eo. Et [utinam per-*
8 *gat ʿAthtar indulgere servo suo Ra[b-*
9 *šamso in omnibus votis quæ petet ut ex[ple-*
10 *antur ab eo, et concedat ipsis fe[li-*
11 *citatem et tutelam, et liberos [mas-*
12 *culos excellentes, et fructus exi[mi-*
13 *os] intra terram ipsorum et a[g]r[os ip-*
14 *sorum,] atque utinam [li]beret ipsos ab injuria [et*
15 *[noxa hostis cujusque.....]*

105

Glaser, 83.

(Tab. XVIII.)

Lapis fuscus, cujus mensuras non didicimus, medio muro septentrionali mosquitæ ejusdem in summo Djabal Ḍîn ædificatæ prope solum insertus est. Ed. Glaser nos monet primo adspectu perspicue lucere ima lapidis et quintum inter versus superstites ultimum tituli integri versum fuisse. Quod interpretatione partium servatarum prorsus confirmatur. In tabula nostra duodevicesima apographum Glaseri luce solis expressum invenies.

Hæc leguntur :

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

Quæ hebraice :

1 ...מהתעמהק ׀ ·

2 מ·בח ׀ ערן ׀ צ̇נאן ׀ ד̇ן ׀ צ·מן ׀ חלן ׀ וקה·

3 מסאלהו ׀ כל ׀ יקנינהו ׀ צלמם ׀ לופי ׀ ברוה

4 יועת̇תר ׀ וללסעדהמו ׀ נומתם ׀ וופים ׀ ואל

5 ׀ א·כרם ׀ הנאם ׀ ואת̇מר ׀ צדקם ׀ בעת̇תר ׀ ש

Versus 1. Ab hoc versu titulus incipiebat, cujus auctor nos fugit. In ultimis litteris superstitibus הקני «consecravit» suspicamur, sequente עתתר | שרקן | עדי «ʿAthtaro Orientali intra», collatis versu 5 et tituli 104 v. 2 et 3. — Quod ad nomen patris attinet, proponimus עמסמע; cf. Halévy 117, v. 2; 244, v. 1; 451, v. 4; 459, v. 2 et 4; etc.

Versus 2. Lege sine dubio מדבח | ערן | צ̇נכן | דן | צלמן | חגן «(intra) aram urbis Ḍankâni hanc statuam, quia», collatis tituli 104 versibus 3 et 4, necnon iis quæ ad versum 3 illic (p. 171) adnotavimus. — Patet sub fine supplendum esse וקה[הו | ב.

Versus 3. כל = لِكَىْ, inverso ordine, conjunctio composita conjunctionis latinæ simplicis *ut* sensu adhibita; cf. כ solum sic post במסאלהו ante verbi imperfectum similiter positum in tituli 88 v. 5 (supra, p. 143). Imo animadverte in Rehatsek 7, v. 9 (Prideaux in *Transactions of the Society of Biblical Archæology*, VI, p. 311), post conjunctionem כ eadem fere legi quæ in nostro titulo, scilicet : וכ | יהקנינהו | צלמם. Inde liquet יקנינהו formam breviorem hic habendam, omissa littera *hâ*, quæ in plerisque linguis semiticis ab imperfecto abesse solet. Sensus a perfecti sensu in versu præcedente non differt. Vertimus : «ita ut consecraret ei statuam». — Post לופי «ob tutelam», fieri potest ut legendum sit צרוהמו, quod arbores gummatas designaret; cf. D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 24; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 83; necnon transcriptionem *tarum* in Plinii *Historia naturali*, XII, 20. Malumus autem גרבתהמו «prædium eorum» legere, collatis titulis apud nos 87, v. 9 (supra, p. 141-143); 95, v. 4 (supra, p. 155), et 1 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 4 et 5, apud Hartwig Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, p. 10.

Versus 4. Pars subjectiva infinitivi ופי post substantivum statu constructo cum illo conjunctum deinde enuntiatur, scilicet deus ʿAthtar, more constructionis arabicæ, de qua vide H. L. Fleischer, *Kleinere Schriften*, I, p. 630-631. — Corrige sequentia securus : ול | סעדהמו | נעמתם | וופים | וא[ו]ל[דם, ad imitationem tituli 104, v. 10 et 11.

Versus 5. Initio comple אדכרם; ultimum vocabulum legendum est ש[רקן.

Hoc modo igitur, si lubet, restitue et verte titulum :

1 .....| בן | ע]מסמע | הקני | [עת̇תר | ש̇רקן | עדי

2 מד̇בח | ערן | צ̇נכן | ד̇ן | צלמן | חגן | וקה[הו | ב

3 מסאלהו | כ̣ל | יקנינהו | צלמם | לופי | גר[בת]ה

4 מו [|] עת̇תר | ול | סעדהמו | נעמתם | וופים | וא[ו]ל[ד

5 ם] | אד̇כרם | הנאם | ואת̇מר | צדקם | בעת̇תר | ש̇[רקן

1 *. . . . . ., filius ʿA]msamaʿi, conse[cravit ʿAthtaro Orientali, intra*
2 *aram urbis Ḍankâni, hanc statuam, quia exaudivit [ipsum, ob*
3 *preces ad se, ita ut consecraret ei statuam propter tutelam camporum [consitorum] eo-*
4 *rum (, quam præstitit) ʿAthtar. Atque utinam concedat ipsis felicitatem et tutelam, et li[be-*
5 *ros] masculos excellentes, et fructus eximios! Nomine ʿAthtari O[rientalis.*

APPENDIX AD CAPITIS IV ARTICULUM PRIOREM.

99

Supra, p. 159-163, de titulo 99 egimus et in tabula XVIII apographum Glaseri coram lapide scriptum luce solis expressum exhibuimus. In schedis quas olim Glaser ad Academiam miserat, exstabat hujusdem tituli ectypum chartaceum, quod nos fugerat et cujus in tabula XIX imaginem simillimam invenies. Ectypo chartaceo docemur lapidem circiter $0^m,60$ altum, $0^m,38$ latum esse. Præterea multa nunc priori interpretationi addita benevolentiæ et eruditioni viri optimi ac doctissimi J. H. Mordtmann debemus, qui, ectypi chartacei inscius, litteris initio anni 1894 scriptis nobiscum ineditam tituli restitutionem communicavit.

Versus 1. Aliquot characterum ima vestigia tantummodo apparent. Mordtmann שפעתת, quod nec probamus, nec rejicimus. — Versus 3. ש initio perspicuum. Mordtmannum secuti, שרן[תב suspicamur (cf. O. M. 8, v. 6 et 15), et vertimus : «exaudivit incolas urbis ʿAmrâni, et consuluit servis suis.....» — Versus 4. Optima commendat Mordtmann, initio אדם[נ legens; vide O. M. 12, v. 4, ubi אפקלם præcedens huc etiam afferendum censemus, antecedente verbo המרהמו, quod in locum nostri מעדהמו substituimus. Vertimus : «in eo quod largitus est ipsis messes sapidas». Quoad נאדם, recordare regis Æthiopiæ Nâ'ud, apud Perruchon, in *Journal asiatique*, mars-avril 1894, p. 319-366. — Versus 6. Sub fine, nihil aliud legere licet nisi למ. Quum calamitatem hoc vocabulo exprimendam esse contextu liqueat, ad comparanda arabica مُلَّة, مَلَّة «accidens fortunæ, infortunium» provocamus, sequente verbo hujusdem radicis. — Versus 8. Quum פרם initio perspicue legatur, Mordtmanno assentimur, חזפרם agnoscenti, nomen proprium quod inter avos eponymi alterius in tituli 73 versu 11, supra, p. 108-110, occurrit et cujus cetera exempla illic attulimus. Desunt, nisi plura, saltem duo nomina in stirpe Wadad'ili, filii Ḥaiwi, filii....., filii..... filii Ḥazfari. Quidni סמהכרב | בן | עמכרב, quemadmodum in tituli 73 versu 10? Mirare in hoc versu litteras pauciores, quum intervallis minus angustis sint disjunctæ. — Ab apographo Glaseri ובנהמו mutuati, hoc in ובנהו corrigendum esse ectypo chartaceo monemur. Verte igitur «et ex hoc anno usque ad ceteros». — Sequitur sine dubio [ובנו, post quod מר[תדב præsentimus. — Versus 9. Omnia obscura. — Versus 10. Certo legimus : אל[מקהו|בעלאום|בן|סטר|וצ···|. Quod genus calamitatis sub סטר, quod sub voce a צ incipiente lateat, ignoramus. Fortasse סטר eversionem ædificiorum significat; cf. arabice سَطَرَ «humi stravit», necnon chaldaicum סְטַר «destruxit». Auctore Mordtmanno, comparamus סצר tituli 86, v. 10; cf. נצע et נטע invicem permutata apud Mordtmannum, *Himjarische Inschriften*, p. 69.

(Impressum mense junio 1897.

Omnibus bene perpensis, meliora quam antea, ni fallimur, amplexi, sic nunc legimus et vertimus :

1 ····|בן|·]שׁ···[|הקני|אלמקהו|דׄהרן|דׄן|משׄנדן|חנן|וקההו|במס
2 אלהו|אלמקהו|דׄה]רן|ואלמקהו|בעלא[ום|דׄערן|אלו|פוקה|רבען
3 חגרן|עמרן|ותב]שׄרן|אדמהו|בני|מר[תׄדם|ושׄעבהמו|בכלם|בדׄת|חׄ
4 מרהמו|אפקלם|נ]אדם|ואתׄמר|צדקם|בהות|אר[צׄן|ובדׄת|סעדהמו|ע
5 זתם|וופים|ונעמ]תם|ולסתופין|כל|אתׄמר|[ואפקל|תכנן|בהמת
6 אסררן|ובדׄת|ה]חיו|הוא|סרן|בן|כל|למ[ת|למתהו|בחׄלף|····
7 ·····|ב]חׄרף|ודדאל|בן|חיום|ב[ן|עמכרב|בן|סמ
8 הכרב|בן|חז]פרם|ובנהו|לאחׄר|ובנו|מר[תׄדם|פחמדו|חׄיל|ומ
9 קם|אלמקהו|דׄהרן|]פאלשׄנו|חׄדל|היע|והופין|[אדמהו|בני|מרתׄדם
10 ושׄעבהמו|בכלם|אל]מקהו|בעלאום|בן|סטר|וצ·[··|ביתהמו|····
11 ·····|וכון|דׄ]ן|ותפן|דרם[|]דרם|בחׄר[פם|באלמקהו|בעלאום

1 *N. . . . ., filius .]ś[. . . .i, consecravit Îlmaḳḳâho Hirrânensi hunc titulum, quia exaudivit ipsum propter pre-*
2 *ces ad se Îlmaḳḳâh Hi]rrânen[sis]. Et quoad Îlmaḳḳâhum, dominum A[wwami, quod est in urbe Alw, exaudivit incolas*
3 *urbis ʿAmrâni, et con]suluit servis suis, nepotibus Mar[thadi, et tribui eorum Bakîlo, in eo quod lar-*
4 *gitus est ipsis messes sa]pidas et fructus eximios in hac ter[ra, et quod donavit ipsis de-*
5 *cus et tutelam et prosperi]tatem (et utinam perfecte servet omnes fructus [et messes qui erunt in his*
6 *vallibus!), et quod vi]vificavit aerem vallis hujus ab omnibus perturbatio[nibus quæ eum turbaverunt in provincia. . . . . .*
7 *. . . . . .,] anno Wadad'îli, filii Ḥaiwi, fi[lii ʿAmkarîbi, filii Sama-*
8 *hkarîbi, filii Ḥaz]fari, et ex hoc anno usque ad ceteros. Nepotes vero Mar[thadi laudaverunt vim et po-*
9 *tentiam Îlmaḳḳâhi Hirrânensis]. Qui autem ædificaverunt (?). . . . . Et protexit [nepotes Marthadi*
10 *et tribum eorum Bakîlum Îl]maḳḳâh, dominus Awwami, contra eversionem et . .[. . . . castelli ipsorum Y. . . .i*
11 *. . . . . Et fuit hæ]c exsolutio dona singula quotan[nis. Nomine Îlmaḳḳâhi, domini Awwami.*

CAPUT V.

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICÆ ET SABÆÆ IN REGIONE HAMDÂNENSIUM REPERTÆ VEL INDE ALIO TRANSLATÆ.

De regione Hamdânensium Abû Moḥammad Al-Ḥasan Al-Hamdânî, solum natale edoctus, sequentia tradidit (*Djazîrat al-ʿArab*, ed. D. H. Müller, p. 109), quæ Yâḳût (*Muʿdjam*, ed. Wüstenfeld, IV, p. 438) fere ad verbum exscripsit : «Quod ad regionem Hamdânum attinet, comprehendit juga inter Al-Gâʾiṭum, Tihâmatum et As-Sarâtum, ad septentrionem Ṣanʿâʾi. ..... Et regio Hamdânensium linea in latitudinem inter Ṣanʿâʾum et Ṣaʿdatum ducta dividitur, cujus oriens Bakîli est occidensque Ḥâšidi. Et apud Bakîlum nonnullæ urbes Hâšidensium, apud Ḥâšidum nonnullæ urbes Bakîlensium occurrunt.» Hæc commentati sunt A. Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 247; D. H. Müller, *Bericht über die Ergebnisse einer zu wissenschaftlichen Zwecken..... unternommenen Reise nach Constantinopel*, p. 17-18; J. H. Mordtmann, in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 8.

Et nos vice nostra post tot homines eruditos de geographico Hamdânensium situ et de eorum finibus disserere placeret, nisi alia persequeremur. In titulis de Hamdânensibus ipsis et de eorum deo præside Taʾlabo Riyâmensi, hoc est Taʾlabo patrono Riyâmi (supra, p. 7-8) mentio fit. Quæ antiquitatis monumenta, communi origine conjuncta, simul tractanda esse nobis videntur, etiamsi de plurimis, ubi scripta sint, ubi reperta, nos lateat. Nonne titulos 2, 3, 19, 37, de quibus antea egimus, huc referre convenisset, nisi tres primi Ṣanʿâʾum allati fuerint, nisi quartus, Ḥadaḳâno oriundus, ibi mansisset et nos certiores fecisset deum Taʾlabum a regibus Samaʿitarum in ædibus sacris Ḥadaḳâni honores et munera accepisse?

Sed jam ad singula accedamus, his præmissis, ubi de locis unde manaverunt explorata didicimus, vel ubi e titulo de ejus origine probabilia elicere contigit.

ARTICULUS I.

KAUKABÂN.

106

Hal., 686; B. M., 55.

(Tab. XX.)

Quum, annis 1883 et 1884, Eduardus Glaser, gratia et adjumento Academiæ fultus et fretus, Yemeni pericula nostrorum studiorum causa primum adiit, in secundo trium itinerum quæ, Ṣanʿâʾo profectus, in interiores tractus fecit, Kaukabânum multasque alias regionis Hamdâni urbes lustravit,

ut vestigia antiquitatis inquireret et titulos superstites exscriberet. Quod ei ex sententia successit, quemadmodum nuper declaravimus; vide Joseph et Hartwig Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, pars II, p. 6-7.

Titulus de quo nunc agimus, par origine, non eadem via ad nos pervenit. Mentione urbis Kaukabâni adducti sumus ut ab eo inciperemus. Josephus Halévy anno 1869 eum ʿAdeni vidit et apographum suum inter collectanea sua ultimum edidit. A die undecimo mensis martii 1871 in Museo Britannico servatur, ubi anno 1891 eum dijudicare licuit.

Lapis alabastrites, politus et nitens, quo titulus ineleganter insculptus est, $0^{m},50$ altus, $0^{m},59$ latus, $0^{m},06$ crassus. Titulus sex versibus constat, quorum characteres, in quinque primis circa $0^{m},07$ alti, in versu sexto autem dimidio breviores sunt. Scriptura, inchoata et rudis, palæographis recentiorem suam ætatem indicat. Exemplar, ni fallimur, spurium, maximi tamen pretii est, quum monumentum, certum et perditum, ejus beneficio ab oblivione vindicatum fuerit. Animadverte in marginibus, a recta versus quarti et versus quinti, duo ornamenta invenusta et inania.

In tabula nostra vicesima imaginem ab ectypo chartaceo solis luce expressam invenies.

De titulo egerunt : Franz Prætorius, *Himjarische Inschriften*, in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXVI (1872), p. 417-425, cum tabula. — D. H. Müller, *Himjarische Studien*, ibid., XXX (1876), p. 698.

Hæc leguntur :

1 בהל ו אחצן ו ורבבם ו	|𐩱𐩵𐩵𐩺|𐩹𐩴𐩷𐩴|𐩻𐩹𐩵
2 יזל ו ד̇י ו אבנת ו ברא	𐩴𐩷𐩵|𐩹𐩺𐩵𐩴|𐩵𐩹𐩷|𐩻𐩹𐩺
3 ו ו והשקרן ו מחרבן	𐩹𐩵𐩺𐩷𐩱|𐩹𐩺𐩺𐩹𐩺𐩷|𐩺
4 כוכבן ו במקם ו אלמק	𐩺𐩱𐩻𐩴|𐩱𐩺𐩱𐩵|𐩹𐩵𐩺𐩺𐩺𐩹
5 הו ו ורתדו ו בשמסהמו	𐩺𐩱𐩹𐩴𐩱𐩹𐩵|𐩺𐩹𐩺𐩺𐩵|𐩺𐩹
6 תעברודאב	𐩵𐩴𐩹𐩺𐩺𐩹𐩵𐩹𐩹𐩹𐩹

Versus 1. Nomen proprium בהל = arabice باهل (cf. باهلة بنت صعب apud Wüstenfeld, *Register*, p. 104), in titulis Hal. 51, v. 20, et 333, sed cum *mîmatione* (בהלם) occurrit. Hommel בהל pro כחנ in Hal. 237, v. 2, legendum esse suspicatur; vide ejus librum, cujus adjumento grammatica et interpretatio titulorum yemenensium optime processerunt, *Süd-Arabische Chrestomathie* dictum (München, 1893), p. 97. — אחצן «firmissimus», cognomen, aliquando etiam ut nomen proprium usurpatur; vide supra, p. 65, necnon opus, omni laude dignum, J. H. Mordtmanni, *Himjarische Inschriften und Alterthümer* (Berlin, 1893), p. 58. — Etsi lectio ultimi vocabuli non patet, non dubitamus nomen proprium רבבם huc esse afferendum, de quo vide supra, p. 122.

Versus 2. יזל, cognomen in tituli Glaseriani 204 versu 1 certum, in Halevyano 70 probabile, ut nos monet Mordtmann. Comparandum أُزَّال, antiquum urbis Ṣanʿâ'i fortasse nomen (supra, p. 1). — די, status constructus dualis; cf. D. H. Müller, *Epigraphische Denkmæler aus Arabien*, p. 29-31; J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 32 et 62; id., *Beiträge zur minäischen Epigraphik* (Weimar, 1897), p. 24; Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 15. — אבנת nomen tribus vel urbis; cf. وادى أَبْنَة, apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 74; necnon apud Arabas أَبَان, vide *ibid.*, p. 123, 126, 144, 145, 178; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 63-64; Yâḳût, *Muʿdjam*, I, p. 75-77; Wüstenfeld, *Register*, p. 1-2.

Versus 3. מחרבן = מחרמן D. H. Müller «sacrarium» vertit; cf. ejus *Himjarische Studien*, in *Zeitsch. d. deutschen morgenl. Gesellsch.*, XXX, p. 704. *Bâ'um* Sabæorum *mîmo* Arabum sæpe respondere persuasum habemus; hanc in-

terpretationem igitur probaremus, nisi מחרם in titulis ubique, excepto hoc unico loco, sensu sacrarii occurreret. Vide quæ similibus supra (p. 66) objecimus. Adde Kaukabânum (v. 4) arcem (حصن) et castellum (قصر) potius fuisse quam sedem sanctam (حرام vel محرّم); cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 107 et 195; Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 327. Provocamus ad radicem حَرَبَ «pugnare» colligendam, מחרב «propugnaculum» significante. Quæ designatio urbi munitissimæ Kaukabâno convenit.

Versus 5. Mirare præpositionem ב post רתדו ante deæ nomen quæ cum deo Îlmaḳḳâho particeps consecrationis fit, quum רתד duos accusativos præcedere soleat, priorem dei, alterum voti suscepti.

Versus 6. Quid sibi velit תעברודאב uno tenore sine linea separationis scriptum in dubio hæremus. Mordtmann (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 49) nostrum תעבר epitheton esse deæ Solis, collato יעבר, cognomine hominis in O. M. 12, v. 1, contendit. Nunc autem תעברודאב a præcedentibus omnino sejungendum esse persuasum habet; vide *Himjarische Inschriften*, p. 56 et 77. Prætorius, qui תעצר legebat, hoc epitheto בעלת | עצרן in tituli Musei Britannici 32 versu 2 æquiparavit. Quod minime probamus. Etenim, si assentiremur, res deæ Soli dedicata titulo abesset et verbum רתד necessario accusativo careret. Compositione תעברודאב igitur oportet consecratum numini significari. Pars secunda ודאב, nomen proprium hominis, in titulo 33 (supra, p. 51) perspicuum, de quo nomine vide H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque nationale*, p. 40. Statu constructo ודאב pendet a parte priori תעבר, formatione nominis appellativi quæ eamdem speciem ac תחרנ, תטור, תמלא, תעלי, etc., exhibet. Radix עבר in geographia Yemeni apparet; sic in غَبَر, غَبْراء, الغَبْراء; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 169, 162 et 97. Arabice غَبَرة, غَبْراء, غُبَيْراء terram multis arboribus consitam et generaliter omnem terram (غُبار = pulvis) designant. Inde, non meliora assecuti, תעברודאב intelligimus : «prædium Wadd'abi», quum Wadd'ab hoc solum, a nomine prisci domini deinceps appellatum, olim possederit.

Vertimus igitur, scripturæ aliquantulum diffidentes :

1 *Bâhil Aḥsan et Rabîb*
2 *Yazil, Abnatenses ambo, condide-*
3 *runt et texerunt propugnaculum*
4 *Kaukabânum potentia Îlmaḳḳâ-*
5 *hi. Et consecraverunt in honorem Solis suæ*
6 *prædium Wadd'abi.*

107

Glaser, 76 et 86.

(Tab. XX.)

Titulus ineditus, cujus non solum ectypum chartaceum Eduardi Glaser opera confectum, sed etiam duo apographa penes nos sunt, unum Ḥayyimi Ḥabšûši חיים חאבשוש Ṣanʿânensis (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 9), nobiscum ab Eduardo Glaser communicatum, alterum ipsius Glaseri. Lapis, $0^{m},28$ altus, $1^{m},26$ latus, nunc super portam horrei (شُونة) publici Kaukabânensis positus, muro quum insereretur, inversus fuit. Characteres tituli, duobus versibus constantis, amplissime et magnificissime, more monumentorum ad architecturam pertinentium, sunt exsculpti.

In tabula nostra vicesima imaginem ectypi chartacei ad tertiam partem contractam invenies. Hæc leguntur :

.ΥΘ | ΗΛΣΘΥΘ | ΘΡΗΠ | ΗΜΣΥ | ΡΗΠ | ΣΜΑΑ | ΗΡΟΑ | ΘΗΠ | ΠΠ.. 1

..ΣΟΩΗ | ΘΣΥΛΤΥ | ΟΤΗΠ | ΣΠΤΑΑΣΘ | ΧΟΟΡΠ | ΣΟΛΑΘ... 2

Quæ hebraicis litteris :

1 · · לל | בנו | אעין | אדם | בני | המדן | בניו | והותרן | וה · ·

2 · · · וכרפם | ביפעת | ומאגלם | בחלף | הגרהמו | נטעם · · ·

Versus 1. Nonnulla a dextera et a sinistra desiderantur. Quod nomen proprium sub terminatione לל lateat ignoramus; cf. העלל in tituli 6 versu 2; שהר | ילל, regem Ḳatabâni, apud Hal. 504, v. 4 (Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 95); חלל | כבר epitheta honorifica in tituli 80 versu 13. — De tribu אעין vide Glaser 859, v. 5, apud J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 22, necnon obliviscere tribus Aʿyan ibn Ḍoubaiʿa apud Wüstenfeld, *Register*, p. 51. — אדם «vassali», quemadmodum supra (p. 49, 119 et alias) vertimus, obstante nunc Mordtmanno in *Himjarische Inschriften*, p. 58. — Sub fine supplendum וה[שקרן; cf. supra, p. 27.

Versus 2. כרפם «cisterna», ut nos monent D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 29, adn. 3, et in *Wiener Zeits. für die Kunde des Morg.*, II, p. 187, titulum Glaserianum 286 interpretatus, assentiente Hommelo, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 127, et collato كريف خولان apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 69. Idem vocabulum, cum באר «puteus» conjunctum, apud Glaser, 73, v. 2, occurrit; in lapide inedito inter thesauros Musei Luparensis servato; necnon in tituli Glaseriani 877 versu 6, de quo vide J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 35 et 67. Recordare etiam de nomine proprio hominis כריפם in tituli 40 v. 3. — יפעת, nomen proprium loci sine dubio, sic ob altitudinem appellati; cf. يَفَعٌ et يَفاعٌ «collis» et quæ ad tituli 88 versus 5 et 6 adnotavimus. Urbs يَفاعة in tractu Yemeni Al-Maʿâfir dicto in supplemento Yâḳûti (V, p. 32) commemoratur. Hamdânensium autem coloniæ tempore Prophetæ Muḥammadi, hoc est principio seculi septimi nostri, etiam nunc in hac regione montium magis meridionali plurimum valebant; vide Sprenger, *Die alte Geogr. Arabiens*, p. 311-313. Utrum Yafâʿat hujus tituli urbi Yafâʿat provinciæ Maʿâfir sit assimulandum annon, in dubio relinquimus. — מאגלם «stagnum», arabice مَأْجَلٌ, apud Yemenenses præcipue usurpatum, ut animadvertit Niebuhr; cf. Dozy, *Supplément aux dictionnaires arabes*, I, p. 11. Singulare hic primum occurrit; plurale מאגלת in tituli Ḥiṣn Gurâbi v. 7 Mordtmann et Müller jamdudum agnoverunt; vide D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104; J. H. Mordtmann in *Zeitsch. der deutsch. morgenl. Gesellsch.*, XXXIX (1885), p. 231 et 234. Cf. etiam المَأْجَل = البركة العظيمة apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 379, et المَأْجَلِيّة in itinere inter ʿAdenum et Mekkam, apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 188. — Vocabulo חלף provinciam (مِخْلاف) appellari nuper contendimus (J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 25-30) et nunc etiam asseveramus. Aliam viam instituit Mordtmann in *Himjarische Inschriften*, p. 65. A quo discedimus, quum הגרן «caput provinciæ», sequente proprio urbis nomine, in ceteris exemplis post בחלף adhiberi soleat. — נטעם, nomen urbis in provincia præcipuæ; cf. נטעתן et נטעתהמו in tituli 40 versibus 2-4, necnon propria aquæ profluentis et urbis nomina نِطاعٌ apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 176, 178 et 231; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 579 et 725; et نَطاع, nomen vici apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 791; denique נטע apud Hal. 366. Omnino sejungendum est נטע pro נצע scriptum in Glaser 875, v. 10, et 880, v. 3, utroque a Mordtmanno in *Himjarische Inschriften*, p. 33 et 36-37, edito; cf. supra, p. 175.

Verte, si lubet :

1 [*et*] . . . . *lil, Aʿyanenses, vassali Hamdânensium, ædificaverunt et fundaverunt et te*[*xerunt*. . . .

2 . . . . *et cisternam Yafâʿati et stagnum in provincia urbis suæ Naṭâʿ*. . . .

108

Glaser, 87.

(Tab. XXI.)

Scripturæ quas, sub numeris 108-121, vicissim porrigimus, nulla arte impressæ, super Gail al-Ḳât, in latere orientali saxi Kaukabânensis, nunc exstant. Multa, auctore Glasero, in unoquoque horum titulorum desiderantur, quum rupes annis trita damna maxima passa sit. Hæc omnia adhuc inedita. In tabula nostra una et vicesima aliquot inconditi laboris specimina e chartaceis ectypis luce solis expressa invenies.

1	עמכרב ו ד̇	ᴄAmkarîb ex
2	ס̇רונן	As-Sarawâno.

Versus primus cum tituli Halevyani 109 versu primo plane congruit. — In nomine proprio sequente, quo origo ᴄAmkarîbi indicatur, de littera prima ambigitur. סרונן præsentimus, quum سَرْو et السَّراة de montibus Yemeni peculiariter adhibeantur. סרונן = السَّرَوان apud Yâkût, *Muᴄdjam*, III, p. 85.

109

Glaser, 88.

Hæc in schedis Glaseri leguntur, quæ fortasse cum inferiore tabula XXI sunt colligenda :

1	חמהמו	[illegible]
2	מלחיא	[illegible]
3	הפנ ו ידת̇טהרצ	[illegible]
4	ק̇פ̇סהו	[illegible]

Versus 1. Ni fallimur, initium tituli possidemus. Nomen voventis חמהם forma plenior nominis חמם (Hal. 243, v. 5 et 12). — Sequebatur cognomen voventis a *wâwo* incipiens. — Quum versu 3 integro moneamur versum unumquemque decem vel undecim litteris constare, lineam separationis et ד sub fine versus supplemus.

Versus 2. Vocabulo composito ד̇]מלח origo voventis significatur; de loco Milḥ dicto, vide Hal. 478, v. 5; 520, v. 8 (מחפדן | דמלח); 559; 560, in his duobus ultimis ה]גרם «urbs magna» nomen Milḥ præcedente; necnon indicem geographicum D. H. Muelleri ad Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ᴄArab*, II, p. 108 *b*; et Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 99, 105 et 134. — Quidni deinde .... |ב]ן|?

Versus 3. הקני|דת| perspicuum, etsi apographum erroribus non caret. Mirare formam *tâwi* insolitam. — Cui deæ fiat dedicatio non omnino liquet. דת | ברן apud Halévy 176, v. 2, legitur, de qua dea solari D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 58-59, disseruit. Adde Milḥ et Barrân simul apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ᴄArab*, p. 83 et 109, commemorari. Itaque hoc deæ nomen nobis placeret, nisi *hâ'um* apographi

retinere satius haberemus. דת|הרן «dea Hirrânensis» legimus. Nullam equidem deam in sacrario Hirrâno dei Îlmaḳḳâhi (supra, p. 105) cultam tituli hactenus noti exhibent; sed de Hirrâni diis (Hal. 199, v. 3; Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 117) et templis (Hal. 365, v. 2) refertur. In hoc loco אביתת|הרן «templa Hirrâni» legimus, collato אביתת in versibus 1 et 2 tituli minæi Ægyptii; cf. H. Derenbourg, *Une épitaphe minéenne d'Égypte*, in *Journal asiatique*, 1893, II, p. 519; ejusdem *Nouveau mémoire sur l'épitaphe minéenne d'Égypte* (Paris, 1895), p. 15. Nihil obstat quin dea Hirrânensis in urbe sacra adytum suum, cultus solaris sedem, donis liberalibus ornatum, templo Îlmaḳḳâhi vicinum, pietati hominum proposuerit.

Versus 4. Forma litterarum primæ et secundæ singulari et contextu adducimur ut נפסהו restituamus; vide tituli 37 versum 1. — Titulus vocabulis duobus וולדהו, וקניהו probabiliter terminabatur; cf. Fresnel 56, v. 1; tit. 37 v. 2; 126 v. 7; titulos Glaserianos 873, v. 2-3; 878, v. 2-4, in Museis Berolinensibus servatos et a J. H. Mordtmanno descriptos in *Himjarische Inschriften*, p. 31 et 35-36.

Omnibus bene perpensis, titulum his non absimilem fuisse præsentimus :

חמהם [|] ו[..	ד̇	1 *Ḥamah Wa[. . . . . Dhû-*
מלח	ב[ן	.... 2 *Milḥ, fi[lius . . . . . i,*
הקני	ד̇ת	הרן 3 *consecravit Dhât-Hirrâno*
נפסהו [| וולד	4 *semetipsum [et liberos*
[הו	וקניהו]	5 *[suos et bona sua].*

110

Glaser, 89.

(Tab. XXI.)

Hæc partim informia in ectypo chartaceo apparent, quod Glaser nobiscum communicavit et quod luce solis exprimi in tabula nostra una et vicesima curavimus :

1	כר·ל	.	תו
2	·קט̇נהקני	
3	ד̇ת·	
4	ונט̇ה····רת	
5	ו	

Plurima in hoc titulo obscura. Sub primis litteris nomen proprium כרבעת̇ת subodoramur. — In secundo versu הקני «consecravit» perspicuum. — Deam דת[|הרן a tituli 109 versu 3 mutuamur. Quidni deinde |נפסהו ו[קניהו, collato etiam titulo 109? — Versus quarti characteres duo ultimi רת clare apparent; inde complemus audacter במחגרת, plurale in Hal. 147, v. 11, quod D. H. Müller (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104) «fines» vertit; cf. الحجر eodem sensu adhibitum apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 93, v. 18. — Fortasse *wâw* versus quinti e כוכבן superest; vide tituli 106 versum 4.

Incerta lege et verte, si lubet :

כרבעתת [|] ו	1	*Karîbʿathat W*
הקני | ·······	2	*. . . . . consecravit*
דת [|] הרן | נפסהו	3	*Dhât[-Hirrâno semetipsum*
ו]קניהו | במחגרת	4	*et] bona sua in finibus*
כ]ו[כבן	5	*K]au[kabâni.*

111

Glaser, 90.

(Tab. XXI.)

In ectypo chartaceo, quod industriæ Glaseri debemus et quod in tabula nostra una et vicesima luce solis impressum invenies, legitur :



העץ | והופן | ו·חין |	1
| חנן | יום ·ר | בן·בנ·	2
הקני·········תקטהרן | מהרתהמו	3

Versus 1. העץ, nomen proprium hominis, de quo vide tituli 2 versum 1. — הופן, nomen proprium hominis theophorum decurtatum ex הופאל vel ex הופעתת, *nûnatione* nominis divini locum tenente. — Tertium nomen, לחין (cf. Hal. 243, v. 7, fortasse 669), brevior forma pro לחיעתת, ut הופן pro הופאל vel הופעתת.

Versus 2. Legimus : וח]יום. De hoc nomine proprio hominis, vide quæ ad tituli 6 versum 4 adnotavimus. — Deinde complemus ו]ראבן|, nomen proprium, modo tribus, modo hominis; cf. tituli 37 versum 5, supra, p. 58; Ed. Glaser, *Geographie Arabiens*, p. 143 et 289; J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 44. Nec infitiamur fortasse ריבן esse legendum, collato ריבם in tituli 73 v. 1. — Quidni deinde בנו|חנן? Cf. אחננן idem sonans «Ḥananenses» in O. M. 1, v. 2, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 10-11; necnon in titulo 14 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 2, apud H. Derenbourg, *Les monuments sabéens*, p. 25. Singulare חננין «Ḥananensis» ne omittas; cf. Mordtmann, *Die himjarischen Inschriften im Tschinili Kiöschk*, in *Zeitschrift d. deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXIII, p. 487, et ibidem tabulam 3.

Versus 3. הקני]ו «consecraverunt» sine dubio restituendum. Sequebatur nomen dei vel deæ cui fiebat consecratio. Etsi spatium majus et characteres plures tali conjecturæ obstant, attamen provocamus ad deam דת| הרן in tituli 109 versu 3, fortasse in tituli 110 versu 3, occurrentem. — Quod ad מהרתהמו ipsorum oblata designans, attinet, nescimus utrum מחגרתהמו «fines suos», sicut in tituli 110 versu 5 sit legendum, an מחרמתהמו «sacraria sua», quum plurale מחרמת in Hal. 542, v. 1; fortasse in Hal. 541, v. 1; certe sub forma eodem suffixo aucta מחרמתהמו in Glaser 868, v. 5, occurrat; cf. D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 103-104; Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, p. 29.

His præmissis, sic legimus et vertimus :

העץ | והופן | ו[ל]חין |	1	*Haʿân, et Hauf, et Leḥî,*
| חנן | וח]יום[|ו]ר[א]בן|בנ[ו]	2	*et Ḥa]iw[, et] Ru'bân, Ḥananenses,*
הקנ]יו | ד[ת | הרן | מחר[מ]תהמו |	3	*consecra[verunt Dhâ]t-Hirrâno sac[ra]ria sua.*

112

Glaser, 91.

Hæc, auctore Glasero, in saxi culmine albo atramento inscripta sunt, inverso autem ordine ita ut scriptura a sinistra ad dexteram tenderet, quod e forma litteræ *dâl* patet :



Nomen proprium 𐩱𐩺𐩵𐩺𐩵 סעדאום Saʿd'awwam comperte agnoscimus, de quo vide D. H. Müller, in *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 116; O. M. 1, v. 1, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 10 et 12; cf. והבאום in tituli 1 versu 2, supra, p. 6.

113

Glaser, 92.

Ibidem atramento colorato scripta Glaser legit et nobiscum communicavit :



Versus 1. Initio non dubitamus quin nomen proprium הען, sicut in tituli 111 versu primo sit legendum. — Sequebatur cognomen tertiæ personæ imperfecti quartæ formæ speciem exhibens, cujus perfecto nomen ipsum constabat, si talia suspicari licet, nempe יהען; vide quæ ad tituli 2 versum 1, supra, p. 10, adnotavimus. — Supplemus deinde : ו[חי|בן.

Versus 2. Quem sic restituimus : ת | ה[קני | ו|דרו, nomen proprium patris חיו a tituli 111 versu 2 mutuati, et locum דרו Yemenensem, apud Arabum geographos ذُرْوَةٌ, huc afferendum esse opinati, de quo vide Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 125, v. 26; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 383 et passim; Yâḳût, *Muʿdjam*, II, p. 819.

Versus 3. Consecratio fit deæ Dhât-Hirrâno, quemadmodum in titulis 109-111. — Sub fine בת[הו, scripturam defectivam pro ביתהו « domum suam », contextu talia commendante, exstitisse cogitamus. Vide tituli 6 versum 3, supra, p. 16-17; necnon D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 66, 76, 92.

Inde adducimur ut titulum sic legamus et vertamus :

1	*Haʿân Yuhaʿî[n, filius Ḥai-*
2	*wi, Dharwensis, con[secravit Dhât-*
3	*Hirrâno domum [suam, et.....*

114

Glaser, 93.

Informia viator in saxo scripsit, eo fere modo :

ישר·ר ו תת ? ᚠᛒᛇᛁ | ᛉᚷᛅ

Quidni ישרחאל Yiśraḥ'îl (Hal. 504, v. 1; 545), quum meliora desperemus?

115

Glaser, 94.

Sequentia, in imo fracta, Glaser nobiscum communicavit :

1	אבשבם	𐩱𐩨𐩺𐩨𐩣
2	אחור ו לקינ ??	𐩱𐩢𐩥𐩧𐩵𐩡𐩤𐩺𐩬

Abûśibâm

Aḥwar Aḳyânen[sis.

Nomen proprium אבשבם novum, nisi שבם in tituli 118 v. 1 et בשבם (Hal. 118, v. 2) in א]בשבם sint complenda; cf. עמשבם in Glaser 878, v. 1, apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 35; nomen loci שבמם in tituli 29 versu 5, supra, p. 47; necnon Hamdânensem Śibâm ibn ʿAbd Allâh allatum apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 107, v. 3. — אחור = أَحْوَرُ, hoc est præditus oculis ubi albedo et nigredo mire sociantur, tanquam apud dorcades; vide quæ beatus noster Littré, occasione vernaculi *houri*, in suo *Dictionnaire de la langue française*, p. 2056 *b*, docuit. — אקינ[ן = ذو أَقيان «Aḳyânensis». Mirare in nostro titulo Śibâm et Aḳyân, sicut in nomine arcis, conjuncta; cf. quæ ad tituli 119 v. 2 adnotavimus; vide etiam tituli 125 v. 2. Sejungendum videtur אקין in tituli 16 v. 3, quem Mordtmann in *Zeitschrift d. deuts. morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 293 edidit.

116

Glaser, 95.

Hæc, partim perspicua, partim corrupta, Glaser exscripsit :

1	ו·ם	𐩥𐩣𐩠
2	הקני ? ו דתת··	𐩬𐩤𐩬𐩺𐩵𐩡𐩣𐩩𐩩..
3	רתהו ?	𐩧𐩩𐩬𐩥

In versu primo fortasse וה[ב]ם legendum; cf. tituli 91 versum 1, ubi ואחהו «et fratres ipsius», quod cum nostro titulo congruit. — Lege deinde : הקני | דת | הרן «consecravit Dhât-Hirrâno», collatis titulis 109-111; 113. — Complemus ח]רתהו «prædium suum». Hujus vocabuli exempla congessit J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 8-9. Vide etiam tituli 24 versum 4 et quæ ad hunc titulum adnotavimus.

Legimus igitur et vertimus :

1	*Wah[b, cum fratribus suis,*	וה[ב]ם [| ואחהו
2	*consecravit Dhât-[Hirrâno*	הקני	דת	[הרן
3	*præ]dium suum, [et . . . . . suum.*	ח]רתהו	[ו· · · ·הו

117

Glaser, 96.

Linea punctis notata, qua versus uterque in duas partes dividitur, saxi rimæ respondet, et Glaser dubitavit characteresne a dextera et a sinistra lineæ ex uno et eodem titulo manaverint annon. Hæc leguntur :

1	דראם ⁝ נעס · ·	. . ס·ח ⁝ ן·אחא
2	ז · ו ח ⁝ הו	ו ע	ס·ש ⁝ ו·ס	ס·ע	ס·ס
3	. . . . .	. . . . .
4	. . . . .	. . . . .

Versus 1. דראם, nomen proprium hominis; cf. דראן, cognomen in Hal. 353, v. 3, et in Bombay 3 = Prideaux 6, v. 1; דראכרב, nomen proprium apud Hal. 504, v. 1 et 2; עמדרא in Glaser, 334, v. 1 (H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, in *The Babylonian and Oriental Record*, I, p. 202; separatim excusum, p. 22); אלדרא, nomen proprium item apud Hal. 534, v. 1. — Si titulum fractum unius tenoris fuisse, ut opinamur, credis, lege deinde ן]נעמ[ר «Naʿmânensis» et confer quæ ad tituli 37 versum 4 adnotavimus.

Versus 2. Provocamus ad legendum הרוח «dilatavit» de quo respice ad commentationem in J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 20. Sequebatur fortasse הור «receptacula aquæ», ut supra, p. 64, in tituli 40 v. 2, vertimus; vide etiam quæ illic, p. 65, disseruimus. Finis, quem desideramus, ad architecturam etiam pertinebat.

Lege ergo et verte, si lubet :

1	*Dhara' Naʿmân[ensis*	דראם [|ר]נעמן
2	*dilatavit receptacula [aquæ] et . . .*	הרוה [|	הו[ר]	ו ע
3	. . . . .	. . . . .
4	. . . . .	. . . . .

118

Glaser, 97.

Obscura et commemoratione minime digna nobis tradidit Ed. Glaser :

1	ש·ם	סה	·תק	⊗×ווי·ע·אחאא.ז
2	ש· · · · · · · · · ·עז	ז·ר·ז·ו·ח·ס·ס

Eadem præsentimus quæ in titulo 115 occurrerunt. Quidni | אקינן | אחור | שבם[אב, secundo versu a | ינן incipiente? Fortasse deinde supplendum בן | אל[עז, sicut in Hal. 643, v. 2.

Hæc igitur incerti legimus et vertimus :

אב]שבם	אחור	אק	1	*Abû]šibâm Aḥwar Aḳ-*
ינ]ן	בן	אלעז	2	*yân]ensis, filius Îl'azzi.*

119

Glaser, 98.

(Tab. XXI.)

Hæc in ectypo chartaceo leguntur, quod in tabula nostra una et vicesima luce solis expressum invenies :



Quæ hebraice :

1 א·קדם | בם | עמא·ס···

2 ···נק··ם | הקנעיטד·הרן | נעסה·

Versus 1. Comple : בם | עמאנס | בם | אלקדם « Îlḳadam, filius 'Am'anasi, filii . . . . . i ». De nomine proprio Îlḳadam, occasione tituli 48, v. 1, supra, p. 80, satis diximus. Forma בם « filius » in hoc versu, ni fallimur, bis repetita, pro solito בן usurpata, apud Phœnices, sed raro occurrit; vide *Corpus inscriptionum semiticarum*, pars prima, I, p. 133-134; cf. etiam arabico sermone ابنم pro ابن. Omnem difficultatem tolleremus, בם in בן corrigentes; quod commendare non audemus. Nomen patris עמאנס in epigraphia Yemenensi exemplis non caret; cf. Hal. 156, v. 1; 158, v. 1; 243, v. 10; 244, v. 1; etc.; necnon tituli 13 versum 1; et Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 19. Sequebatur nomen avi nunc ablatum.

Versus 2. Provocamus ad legendum כבראקינם « Maximus ministrorum », de qua dignitate supra, p. 159, plura diximus ut in re iterum immorari deceret. Confitemur autem nos potius nunc inclinare ad amplectendam Mordtmanni opinionem vertentis « princeps Aḳyâni » (*Zeitschrift d. deutsch. morg. Gesellsch.*, XXXI, p. 88), quum Aḳyâni mentio fiat in titulis ejusdem originis 115 et 118. Nec obliviscere pluralis אקינם | אכבר in tituli 125 versu 2. — Non dubium הקני | רת | הרן, sicut in titulis 109-111, 113, 116, sub sequentibus latere. — Ultimum vocabulum נפסה]ו « semetipsum » legimus et vertimus, litteram *'ain* (ع) litteræ *fâ* (ف) persimilem esse memores, collato tituli 109 versu 4.

Fave, quæso, his lectis et translatis :

אלקדם	בם	עמאנס	בם	·····	1	*Îlḳadam, filius 'Am'anasi, filii* [. . . . . *i,*
כבראקינם	הקני	רת	הרן	נפסה]ו	2	*princeps Aḳyâni, consecravit Dhât-Hirrâno semetip*[*sum.*

vel *maximus ministrorum*

120

Glaser, 99.

Glaser ibidem hæc exscripsit :

1	· | אב· | ששע···	·|ה𐩨ו|𐩣𐩯𐩲...
2	הופאל | ו·· |	𐩠𐩥𐩰𐩱𐩡𐩬𐩥𐩹𐩱 |
3	ח	𐩢

Versus 1. Collato tituli 111 versu 2, legimus | וראבן. — Obscurum ששע post שעבן «tribus» in titulo 59, v. 1, Musei Constantinopolitani Tšinili Kiösk occurrit; vide (J. H. Mordtmann) *Musée impérial ottoman. Antiquités ḥimyarites et palmyréniennes. Catalogue sommaire* (Constantinople, 1895), p. 40.

Versus 2. Ante nomen הופאל perspicuum (Hal. 353, v. 1; Besson 2, nunc in Museo Luparensi, v. 1; Glaser 282, v. 8, in H. Derenbourg, *Yemen inscriptions*, p. 2-4) conjunctionem *wâw* supplemus, qua etiam sequens nomen proprium introducitur, fortasse יסמ[עאל; cf. tituli 37 versus 1 et 2.

Versus 3. ו]ח[יום proponimus, tituli 111 versum 2 iterum commemorantes.

Fragmentum hoc modo legere et vertere tentavimus :

1	.....,] *et Ru'bân Šasaʿ[ensis(?)*,	·····|] וראבן | ששע···
2	..., *et*] *Hauf'îl, et Yasma[ʿ'îl*,	····· | ו]הופאל | ויסמ[עאל
3	*et*] *Ḥa[iw*.....	ו]ח[יום | ו·····

121

Glaser, 100.

Nobiscum Glaser hæc communicavit :

1	הנמר? | סה	𐩠𐩬𐩣𐩱𐩡𐩬𐩠
2	ז··· הקי	𐩸𐩬𐩲𐩠𐩤𐩺

Lege הינמת, collato tit. 75 v. 1. — Deinde cognomen אחצן a tit. 106 v. 1 mutuamur. — Sequebatur sine dubio הק[נ]י, sine mentione rerum oblatarum, quod fieri posse J. et H. Derenbourg, occasione titulorum 1 et 9 Academiæ, D. H. Muellerum secuti, demonstraverunt; cf. *Études*, 1, p. 38-39 et 59-60.

Lege et verte, si lubet :

1	*Hainamat Aḥ-*	ה[י]נמת | אח
2	*ṣan conse[cra]vit.*	צן | הק[נ]י

ARTICULUS II.

ŚIBÂM BAIT AḲYÂN.

122

Glaser, 101.

Haud procul Kaukabâno, Ed. Glaser, extremo novembri anni 1883, Śibâmum Bait Aḳyân se contulit, ubi iter facienti vestigia antiquitatis Yemenensis geographica et epigraphica persequi contigit. De Śibâmo Bait Aḳyân, cf. supra titulos 115, v. 2; 118; 119, v. 2; *Le voyage de M. Éd. Glaser dans l'Arabie méridionale*, in J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, II, p. 6.

Lapis in angulo domus, a præfecto (مُدير) habitatæ, muro insertus, hæc, auctore Glasero, distincte porrigit :

1 ם | וחיוע ג | [illegible]

2 | ו | מרתׄדם | ג | [illegible] | [illegible] | ר

Lege וחיוע[תׄתר, quod nomen proprium, in tituli nostri 105 versu 4, a nobis ignoratum, illic exstare Mordtmann nos litteris docuit. Sed de titulo 122 quid opus est plura dicere, quum, sub numero 146 (Glaser, 125), de exemplari pleniore agamus, cujus ectypum chartaceum sole lucis expressum in tabula XXIII invenies?

Lege et verte :

1 ....., *et Ḥaiwʿa[thtar*... .....ם | וחיוע [תׄתר.....

2 .....*Marthaden[ses], con[struxerunt*.. .....ב]נו | מרתׄדם | ב[ניו |

123

Glaser, 102.

Lapis septentrionali domus muro inversus insertus est, a terra quinque metra, quemadmodum nunc dicitur, excelsus. Ut titulum coram lapide exscriberet, Ed. Glaser deversorium publicum *simsara* appellatum, maximæ vici portæ vicinum, adiit, unde characteres sibi oppositos, inversis in pristinum statum restitutis, sic delineavit :



Versus 1. Versus unus initio deest. Deinde versus fere integri sunt, ut e voce נע[מ]תם, inter versus 4 et 5, concludere licet. Designatio voventis litteris ים terminabatur, fortasse הדים; cf. quæ supra, p. 26 et 158, adnotavimus. — Complemus deinde הקני «consecravit».

Versus 2. Dii ʿAthtar et Wadd, quum וו]דם conjiciamus, in hoc titulo sic conjunguntur, uterque oblationis particeps, sicut in titulis Halevyanis 255, v. 1, et 424, ne de ceteris loquamur, ubi ʿAthtar et Wadd alio contextu sociantur. Res oblata nihil habet quod definitum sit; vide supra titulum 121.

Versus 3. Rimas et menda tollere hoc modo licet : ו]ו[פי] | אמראהמו, sicut in titulo Glaseriano 859, v. 7, ante אמראהמו infinitivum ופי occurrit; cf. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 21-22.

Versus 4. Copulam *wâw* præponas oportet.

Versus 5. Lege ורצים, quum רצי pro רצו aliquoties usurpetur; vide Mordtmann, *ibid.*, p. 25, 29 et 72.

Quæ quum ita sint, titulum legimus et vertimus :

[ה]בן	[*N. . . ., filius . . . . . i, filii Hu-*]
ד]ים [	*da]yyi, [consecrationem fecit] ʿAthtaro*
וו]דם	*et Wa]ddo, ut protegeret ipsos*
ו]ו [פי]	*et] pro[tegeret] dominos ipsorum,*
ו]לסעדהמו	*et] ut concederet ipsis feli-*
מ]תם	*ci]tatem et favor[em.*

124

Glaser, 103.

In effigie quam ex delineatione Glaseri hic incisam invenies, nulla litterarum vestigia apparent.



Duo bestiæ unicornes simillimæ, a recta ad sinistram tendentes, parieti ejusdem domus, qua titulus 123 continetur, insertæ sunt, non autem integræ, quum, fracto lapidis latere sinistro, ad lævam pars antica bestiæ alterius evanuerit. Effigiem inspicienti muri cæsuræ, superna et infima, lapideæ formæ, imaginem includentis speciem exhibent. Cf. hujusmodi imagines apud Fresnel, *L'Arabie vue en 1837-1838*, in *Journal asiatique*, 1871, I, p. 134; necnon apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 48, sub nº 1644, et tab. VII, infra.

125

Glaser, 104.

Intra publicas urbis Śibâmi ædes, vernaculo sermone *hôtel de ville* nuncupatas, hoc tituli fragmentum magnifice sculptum Glaser sic coram lapide exscripsit :



De monogrammate primum agemus. Litteris tribus constat inordinatis, scilicet *yôd*, *nûn*, fortasse *bêt*, linea sinistra omissa. Nomen urbis בין, Bîn, agnoscere nobis videmur, de qua supra, p. 56, quædam satis apta adnotavimus. Hic etiam דבין præsentimus, eadem monogrammatis ima parte litteris *dhâl* et *bâ* indicatis. Alias cognomen, דבין in nostro titulo nomen proprium voventis esse opinamur.

Versus 1. Fratrum Dhû-Bîni nomina duo enumerantur, prius Nimrân (cf. nomen arcis itidem nuncupatæ apud Halévy 525, v. 1; 538, v. 1; 597 in Bait Nimrân repertum; necnon proprium hominis nomen אנמרם, de quo vide supra, p. 121), alterum a נו incipiens, quod in הו corrigimus, הופן legentes, quemadmodum in tituli 111 versu primo.

Versus 2. Quum דבין initio versus prioris restituerimus, quatuor characteres initio posterioris desunt, nempe probabiliter פן | א, sequentibus vestigiis litteræ fere omnino deletæ *kâf*. Plurale אכבר|אקינם idem valet quod אכברואקינם in titulo Ma'ribensi Os. 35 = B. M. 33, v. 2 et 3; cf. supra, p. 159, et argumenta quibus, p. 187, mutatam sententiam occasione tituli 119, v. 2, corroboravimus. Dhû-Bîn et ejus frater uterque non solum «principes Aḳyâni», sed etiam «principes Yaśbumi» dicuntur. De «turre Yaśbum» supra, p. 80-81, disseruimus; cf. infra, p. 201. Auctores voti nominantur; cetera perierunt.

Quæ quum ita sint, lege et verte, si lubet :

דבין] | ואחיהו | נמרן | והו
פן | אכ]בר | אקינם | וישבם |
[הקניו | .....

1 *Dhû-Bîn*], *et ejus fratres, Nimrân et Hau-*
2 *fân, prin*]*cipes Aḳyâni et Yaśbumi,*
[*consecraverunt* . . . . . .]

Dhû-Bîn

126

Glaser, 105.

(Tab. XXII.)

Lapis, 1m,24 altus, 0m,51 latus, extra easdem publicas urbis Śibâmi ædes inversus insertus est, postis vicem præbens, quo porta domus a sinistra sustinetur. Tituli inediti characteres tritos ectypo chartaceo exprimere quum Glaser tentavisset, operam perdidit, et bona fide nos monuit apographo suo a dextera et in summo minime esse confidendum. Quæ nostra gratia coram lapide exscripsit, in tabula nostra vicesima secunda ex ejus apographo solis luce expressa invenies.

Versus 1. Legimus ב]כן «quum, quando» hic atque in tituli Halevyani 51, Glaseriani 904, versu primo simillimo, necnon in tituli 131 versu 1. In tribus titulis, Mordtmann, initium penes nos esse confisus, כן «sic, ita», ad sequentia relatum, «haec tribuit et largitus est» significantia, legendum esse opinatur. Quoad conjunctionem בכן, perfectum verbi præcedentem, vide supra, p. 126, 129, 135; Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 50 et 53, ubi alia vocabuli interpretatio commendatur. — Duo verba התב | והחר ad constructionem pertinere nobis videntur. De priore vide tit. 24 v. 4 et quæ, p. 37, adnotavimus. Alterum denominativum e substantivo חרת «prædium»; vide titulorum 24 versum 4 et 116 versum 3. Vertimus : «renovavit et terra optima instruxit»; cf. Hal. 51, v. 14, ubi מחר | החר, probabiliter idem significat. — Sequitur nomen proprium regis ædificia renovantis, quod, collato Hal. 51, v. 11 et 12, sic complemus ידעאל | בי[ן] | מל[ך] | ס[בא | בן | כר]באל | ותר «Yedîʿa'îl Bayyin, rex Sabæ, filius Karîb'îli Watari». De hoc rege vide Fresnel 56 = Glaser 481, v. 2; D. H. Müller, *Die Burgen*, II, p. 31 et 41; Ed. Glaser, *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 75 et 76; ejusdem *Die Abessinier in Arabien und Afrika* (München, 1895), p. 34 et 137.

Versus 2. Post proprium regis nomen, auctor eos designat qui refecto ædificio fruentur. Sunt tribus regi

(Impressum mense junio 1897.)

subditæ, nempe Faiṣân (sic corrige פושן in פישן, collatis versibus 4 et 9, necnon Hal. 51, v. 3; 154, v. 19) et Bakîl (בכלם), sicut in versu 9.

Versus 3. Initium, collato versu 6, hoc modo restituimus : אלו | ורערן | מחרמן | א]ום «sacrarium Awwam, quod est in urbe Alw»; cf. versum 16, necnon tituli 74 versum 4, supra, p. 111-112. Glaser, *Die Abessinier*, p. 15 : אלו | ורן | דשב]ם — Quæ sequuntur non plane intelligimus. Conjunctio לכד «ut, ideo ut», composita ex ל + כ + ד, perspicua. — מן = مِنْ, cf. Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 50, qui hunc præpositionis מן usum nusquam nisi in titulis recentioribus reperiri conjicit. — דלהו = الذى له. Vertimus : «e suo», id est, e bonis suis. — Certo lege vocabulum sequens : ירישן, collatis versibus 11 et 15. Quid autem sibi velit dubitamus. Fortasse رأس (med. *yâ*) huc afferendum, quod, auctoribus Arabum lexicographis, «superbe incessit, possessionem occupavit, præfuit», significat. Fortasse potius ריש (cf. Hal. 400, v. 2) pro ראש «caput, princeps» adhibetur et verbum הריש pro הראש «regie agere, largiri» est vertendum. — Complemus deinde : בארץ | ס]בא «in regione Sabæ».

Versus 4. A verbo סתוצא nova propositio incipit. De hujus verbi sensu, exemplis congestis, J. H. Mordtmann nova attulit, quibus assentimur; vide ejus *Himjarische Inschriften*, p. 23-24. «Se devovit» vertimus, sequente parte subjectiva, quam תימם legimus. Hoc proprium hominis nomen, sine *mîmatione* תים, Hal. 171, v. 3, occurrit; cf. etiam תימלת in D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, LIV, v. 1; LV, v. 1; LVI. Taim auctor tituli votique compos fuisse, et ab ejus nomine titulus exordium cepisse nobis videtur. — Quidni deinde בן | עלת | פ]יש]ן «in montanis Faiṣâni»? Vide itidem עלת in tituli 67 versu 18; פישן in versibus 2 et 9 nostri tituli. Attamen vide סאולת in Hal. 51, v. 7 et 8.

Versus 5. Inter versum 4 et versum 5 in intervallo duorum versuum sub fine Glaser עת scripsit, quas litteras nihil cum titulo ipso commune habere opinamur. — Nomen dei Îlmaḳḳâh in principio versus evanuit, quod sequebatur infinitivus absolutus וצאן, adverbii instar, «devote». — Conjunctione בר «quod» studii pii causa introducitur. — Dubia dubiis cumulamus, quum certa, imo probabilia, desint. Etenim legimus : הסתר | א[ל]מקה | בן | ד[אהל]הו «protexit Îlmaḳḳâh gentiles suos». Si hæc probaveris, mirare verbum novum הסתר = سَتَرَ et בן decurtatum e בני, sicut in titulorum 77 v. 3; 80 v. 5; sicut infra in versu 9.

Versus 6. Initium sic supplemus : ותימם | פ]סתוצא «Et quoad Taimum, se devovit». — Sub fine, versum 13 imitati, legimus : ול | ימ]תן «atque pereant». Cf. ימת in Hal. 221, v. 4; 478, v. 17; 485, v. 8.

Versus 7. Lege, collatis versibus 13 et 14 : | הא | נפסהו אסן | וקנ]יה | אנ]ת]הו | ליס]תוהכן | מל]כן «sua hujus viri persona et bona uxoris suæ, ut sibi gratiam regis conciliet». נפסהו et קניהו sic in tit. 37 v. 1 et 2 conjunguntur. Quod interest אסן | הא arabico هذا الإنس assimulavimus. הא nusquam «tunc temporis» significat, ut asseveraverat D. H. Müller in *Zeitsch. der d. morg. Gesellschaft*, XXIX, p. 615; XXX, p. 687. In tituli Halevyani 49 versu 15 Halévy ipse (*Études sabéennes*, p. 63) הא pronomen demonstrativum esse, hebraici articuli more, agnoverat. Accedunt nova exempla quibus hæc interpretatio confirmatur; vide Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 11, utroque nostri tituli exemplo omisso. אסן decurtatum apparet ex אנסן; de hac *nûni* epenthesi, vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 37; J. et H. Derenbourg, *Études*, I, p. 67. Hæc constructio, ubi suffixum vocabuli נפסהו substantivo definitur, aramaicum necnon hebraicum potius quam arabicum sermonem redolet. אנתת; cf. tituli 69 v. 3. Decimæ arabici verbi formæ respondet יסתוהכן; sensum e Dozy, *Supplément aux dictionnaires arabes*, II, p. 845, mutatis mutandis, elicuimus. Rex est Yedîʿa'îl Bayyin (v. 1).

Versus 8. Post longam parenthesin, ולכד antecedentem לכד (v. 3) continuat, sequente itidem præpositione מן «ex» significante. — אס | ואנתת collective adhibitum, legimus et vertimus «e viris et feminis», hoc est tum viri, tum feminæ. — Complemus deinde : | ירישן | ר]להו עבן]אש «suum largirentur tribus»; cf. v. 3.

Versus 9. Tribus Faiṣân et Bakîl occasione versus 2 commemoravimus. — Šibâm, inter tot urbis ejusdem nominis (supra, p. 47), hic certo nulla alia esse potest quam Šibâm Bait Aḳyân, ubi titulus nunc etiam servatur; cf. שבם | אקין in tituli 131 versu primo. Præpositionem ב ante nomen proprium duabus lineis rectis exprimi non dubium. — Alterum proprium urbis nomen in אה]גר]ם præsentimus; cf. אהגרן in tituli 3 versibus 6 et 7 (supra, p. 12) et أَجْرُ شِبام apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 72, v. 7; 103, v. 26. — Tertium urbis nomen affertur אלו | ערן; cf. versus 3 et 6. — De nominibus versus 9, vide Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 15.

Versus 10. Lege ובנתהמו | ובניהמו «et ipsorum filii et filiæ». — Proponimus deinde dubitanter : | לכד [] או]לדהמו | או | אנתת | אס] «ideo ut ipsorum liberi, mares vel feminæ». לכד, cf. v. 3 et 8. אולדהמו; vide tituli Halevyani 51 nostro simillimi versum 6. אס e versu 8 restituimus.

Versus 11. De conjunctione או «aut, vel» pro usitatiore פאו (supra, p. 111-113), cf. versum 13, necnon Hal. 152, v. 2, et Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 55. Sensus est «sive..... sive», ut monuit D. H. Müller in *Wiener Zeitsch. f. d. Kunde des Morgenl.*, II, p. 16. — לה = لها, pronomine feminino in locum neutri generis reposito. — ירישן; cf. versus 3 et 8. — Conjicimus sub vocabulo sequente obscuro כתאמנן «ut documentum fidei» latere; vide titulorum 81 v. 9; 84 v. 8, necnon tituli 2 Bibliothecæ Parisiensis Maximæ versum 3 apud H. Derenbourg, *Les monuments sabéens*, p. 11-12. Quod sensum verbo ירישן assignatum confirmare videtur. — Sub fine legimus לא[לה]ו «deo suo».

Versus 12. עזלן, a quo versus non incipiebat, obscuri העזלן in Fresnel 53, v. 1, nobis memoriam redintegrat. Recordare utilius Muʿtazilitarum, sectæ piæ apud Arabas, et verte : «a ceteris segregatus». Taimum a vulgo hoc modo secessisse opinati, ad hanc lectionem provocamus : עזלן | תימם | וכון = وكان تَيْمٌ عَزْلانَ «Et fuit Taim segregatus». De forma فَعْلانُ diptotorum, vide J. Barth, *Vergleichende Studien*, in *Zeitsch. d. deutschen morg. Gesellschaft*, XLVI (1892), p. 694-696. — יום | סבעת «septem dies», quum singularis usus post nomina numerorum inter 3 et 10 apud Sabæos non rejiciatur; vide D. H. Müller, *ibid.*, XXX (1876), p. 706-707. — Legimus deinde לן | דימותן | דימו[ת]ן «ideo ut periturus sit qui periturus est». Conjunctionem compositam לן|ד, sequente verbi perfecto, «quum» in tituli 95 versu 1 vertimus. Hic autem לן|ד, imperfectum præcedens, idem valere ac לכד (v. 3, 8, 10 et 14) censemus.

Versus 13. Initium cum versibus 6 et 7, mutatis mutandis, consonat, nempe ול|ימתן | נפסהו | הא | אסן, succedente, ni fallimur, או [| קניה | הית | אנ[ת]תן «vel sua hujus mulieris bona», hoc est uxoris Taimi, quum וקניהו «et bona sua» sequatur.

Versus 14 et 15. ליסת[ו]הבן | מלכן «ut sibi conciliet regem» ab hoc versu supra in versibus 8 et 9 mutuati, tertio מן | לכד duos primos continuari arbitramur. Collatis versibus 8 et 11, legimus deinde אס | וא[נתת | לה | ירישן «atque ut e viris et feminis largiantur». — עלית hic non stratum fastigii, ut in titulis Eutingensibus apud D. H. Müller, *Epigr. Denk. aus Arabien*, p. 27 et passim (cf. Mordtmann, *Beiträge*, p. 14), significat, sed septentrionalem Yemeni regionem potius designat quam Arabum geographi نَجْدٌ العُلْيَا «Nadjd superior» nuncupant. Cui opponitur regio meridionalis Ḥaḍramaut legimusque cum scriptione plena ובחצרמות; cf. Halévy 151, v. 11; Rehatsek 3, v. 2; titulum Bibliothecæ Maximæ Parisiensis 2, v. 1 et 2, apud H. Derenbourg, *Les monuments sabéens*, p. 11-13.

Versus 16. Legimus deinde וחמד | מק[מ]ם | אלמקה «Et laudavit potentiam Ilmaḳḳâhi», memores tituli 88, v. 6 et 7; cf. etiam tituli 2 v. 7 et 8. Ilmaḳḳâh iterum «dominus Awwami, quod est in urbe Alw» appellatur; cf. versus 3 et 6. Conjunctione ברת post hæc introducebatur causa laudis et glorificationis. Cetera desunt, ita ut tituli non finem magis quam principium habeamus.

Nobis conscii quibus interpretatio nostra nec minimis vitiis laboret, titulum hoc circiter modo initio complendum, dein legendum et vertendum censemus :

[תימם | בן | ····· | בן | ····· | דאהל | פישן | הקני]
[אלמקה | בעל | אום | דערן | אלו | נפסהו | וקניהו]

1 ב[כן | התב | והחר | ידעאל | בי[ן] | מל[ך] | ס[בא
2 בן | כ[רבאל | ותר | לאדמהו | פישן | [ובכלם
3 מחרמן | א[ום | דערן | אלו | לכד | מן | דלהו | יר[י]שן
4 בארץ | ס[בא | וסתוצא | תימם | בן | עלת | פ[יש]ן |
5 אלמקה] | וצאן | בד | הסתר | א[ל]מקה | בן | ד[אהל]הו
6 ותימם | פ[סתוצא | במחרמן | אום | דערן | אלו | ול | ימ[תן
7 נפסהו | הא | אסן | וקנ[יה | אנ[ת]ה[ת]הו | ליס[תוהבן
8 מל[כן | ולכ[ד] | מן | אס | ואנתת | [ד]להו [] | ירישן |
9 אש[עבן | פישן | ובכלם | בשבם | ואה[גר]ם | ער[ן

10 אלו | ובניהמו | ובנתהמו [|] לכל [|] או[לדהמו
11 אס [|] או | אנתת | לה | ירישן | כתאמנן | [לא]לה[הו
12 וכון | תימס[| עזלן | סבעת | יום | לן | דימותן | דימו[ת
13 ן | ול | ימתן | נפסהו | הא | אסן | או [|] קניה | ה[ית | אנ
14 ת[תן | וקניהו | ליסת[ו]הבן | מלכן | ולכל | מן
15 אס | וא[נתת | לה | ירישן | בעלית | ובחצרמות |
16 וחמד | מק[ס | אלמקה | בעל | אום | דערן | אלו | בדת

[Taim, filius . . . . . i, filii . . . . . i, Faišanensis, consecravit]
[Îlmaḳḳâho, domino Awwami, quod est in urbe Alw, semetipsum et bona sua,]
1 *qu]um renovavit et terra optima instruxit Yedîʿa'îl Bayyi[n], re[x] Sa[bæ,*
2 *filius Ka]rib'îli Watari, pro vassalis suis Faišâno [et Bakîlo,*
3 *sacrarium A]wwamum, quod est in urbe Alw, ideo ut e suo lar[gi]retur*
4 *in regione Sa]bæ. Et se devovit Taim in montanis Fa[išâ]ni*
5 *Îlmaḳḳâho] devote, quia protexit Î[l]maḳḳâh gentiles suos.*
6 *Et quoad Taimum,] se devovit in sacrario Awwamo, quod est in urbe Alw; atque pere[ant*
7 *sua hujus viri persona et bo[na u]xo[ris] suæ, ut sibi [gratiam conciliet*
8 *re]gis. Et ideo [ut] e viris et feminis (quisque), suum [largirentur*
9 *tri]bus Faišân et Bakîl in Šibâmo et Ah[guro] et in urb[e*
10 *Alw, et ipsorum filii filiæque, idcirco ut li[beri ipsorum,*
11 *mares] vel feminæ, ob illa largirentur, ut documentum fidei [de]o [suo.*
12 *Et fuit Taim] segregatus septem dies, ideo ut periret qui est peri[tu-*
13 *rus, et periret sua hujus viri persona, vel (perirent) [bona hu]jus mulie-*
14 *r]is et bona sua, ut sibi con[ci]liaret regem. Et ideo ut e*
15 *viris necnon fe]minis (quisque) ob illa largirentur in Nadjdo et Ḥaḍramauto.*
16 *Et laudavit poten]tiam Îlmaḳḳâhi, domini Awwami, quod est in urbe Alw, propterea quod*

127

Glaser, 106.

Lapis, ad dexteram integer, litteris grandibus incisus, muro domus Šibâmensis insertus, hæc exhibet :

𐩣𐩺𐩵𐩹 | 𐩲𐩷𐩴 | 𐩨𐩣𐩲𐩺𐩹 סעדהמו | ברי | אדנם *et] largiatur ipsis plenitudinem potentiæ.*

Cf. quæ supra, p. 44, ad tituli 28 versus 6 et 7 adnotavimus.

128

Glaser, 107.

Lapis angularis albus, octo metra solo superpositus, muro insertus, a Glasero sic coram lapide exscriptus est :



Hoc tituli fragmentum, cujus versus secundus a sinistra ad dexteram tendit, J. H. Mordtmann sic restituit :

1	עשר|ביתהמו|יער|בע[ל	[illegible]	←
2	ומהתיבו|מלכב|והב[עש	[illegible]	→

1 *obtulit] decimam domus suæ Yaʿar domi[no*

2 *tri]bus ipsius Bakîli et domus ipsorum*

Nomen proprium יער in tituli ʿObnensis v. 4 prope ʿObne (עבני) occurrit; cf. Maltzan, *Reise nach Südarabien*, II, p. 334. — Dominus hic commemoratus nullus alius esse videtur ac Ta'lab Riyâm; cf. בעל|ביתהמו in tituli Academiæ 5 v. 2, apud J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 47, et quæ attulit Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 6. Vide etiam tituli 86 v. 8 et nostram illic adnotationem.

129

Glaser, 108.

Lapis parvulus fuscus, orientali ejusdem domus muro insertus, hæc pauca præbet :



1 *Karîbʿathat*

2 *Ya'zim* (?)

De cognomine Ya'zim vide supra, p. 88-89 et 122-123.

130

Glaser, 109.

Titulus, Šibâmi in ædificio vetusto partis *Ḳubba* «tabernaculum» dictæ servatus, lapidi nigro, $0^{m},13$ alto, $0^{m},70$ lato, inscriptus, hæc oculis Glaseri subjecit quæ nobiscum coram lapide exscripta communicavit :



Versus 1. Initium tituli habemus. Restitue nomen proprium לחיעתת et mirare cognomen אוכן «vehementer incedens», necnon comple nomen primi inter filios Leḥîʿathati, quum מרתד[אל sit legendum.

Versus 2. Filius alter עד[אם nominatur; cf. tit. 86 v. 1. — עריבאלן «ʿIryab'il», inserto *yôd* more dialectorum yemeniticarum, cum ערבשמסם in tituli 40 versu 1 colligas licet. Quod ad cognomen ימגד attinet, ad radicem arabicam referendum, «honore conspicuus» sonat. — De nomine proprio שרחבאל, vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 85; Ed. Glaser, *Geographie Arabiens*, p. 512.

Versus 3. בתע | נו[ב «Bataʿenses»; vide supra, p. 11. — דעכבת, sicut legimus, et דאדפם nomina propria; cf. Banû ʿIkab apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 203, necnon Edfû Aegypti.

Sic legimus et vertimus :

לחיעתת | אוכן | ובניהו | מרתד[אל | ואס	*Leḥîʿathat Aukan et ejus filii, Marthad['il et As-*
עד | ועריבאלן | ימגד | ושרחבאל [| ...	*ʿad, et ʿIryab'il Yamgudet Šaraḥbe'il . . . . . .*
ב[נו | בתע | ודעכבת | ודאדפם | ב....	*ne]potes Bataʿi, et Dhû-ʿAkabat et Dhû-Adaf . .*

131

Glaser, 110.

Lapis, $0^{m},16$ altus, $0^{m},60$ latus, multa damna passus, super easdem ædes servatus, etiamnunc hæc legenda exhibet, quæ Glaser sic coram lapide exscripsit :



Versus 1. Servata cum tituli 126 v. 1 congruere videntur, scilicet, ut suadet Mordtmann, כן | הת[ב|]וה[חר. Addimus principio ב, sicut supra, et vertimus «quum renovavit et terra optima instruxit», sequente parte subjectiva, quam Mordtmann עמשפ[ק|כב[ר]|אקינם|ו «ʿAmśafa]ḳ, minis[ter] Aḳyâni, et» optime restituit; cf. v. 2.

Versus 2. אתמתהמו «ædes sacræ eorum», si nostræ interpretationi in tituli 37 v. 6 faves. Mordtmann cautior conjectura qualibet abstinuit; vide ejus *Himjarische Inschriften*, p. 45. — Sequebatur ædium sacrarum nomen nunc perditum. — ו]תהבר non plane intelligimus, etiamsi conferenda nomina tribus Yemenensis Ḥoubrân apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 256, et probabiliter loci חברן in O. M. 15, v. 3 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 65,) nobis videntur. Fortasse, collato arabico تبحّر, «bonis abundaverunt» est vertendum. — עמשפק, nomen proprium hominis; cf. Hal. 84, v. 1; 381, v. 1; tituli 37 v. 4 et 5; necnon titulum ineditum Musei Luparensis Bardey 7, v. 3. — אקין | שכם (itidem in v. 3) «et ministri Šibâmi», quæ vocabula conjuncta eo minus miramur quod regio, ubi titulus repertus est, Šibâm Bait Aḳyân dicitur. Multa, non sibi ubique consentanea, ad titulos 98, 115, 118 et 119 de אקין adnotavimus. אקינם, nomen proprium, in versibus 1 et 6 occurrit.

Versus 3. אנתתם «feminæ» legimus; cf. v. 4; necnon Glaser 282, v. 1, 3 et 5; 297, v. 5, apud H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions; The Glaser Collection*, p. 3 et 16, atque tituli 126 v. 7, 8, 11 et 15. — Complemus בנ[אבית; cf. v. 4 et 5. — Alterum nomen proprium, in ון desinens, fortasse חיון (خيوان, de quo Mordtmann in Mordtmann und Müller, *Sabaïsche Denkmäler*, p. 8), inter שכם et ואולדהמו interjacebat. — Vocabulo ואולדהמו subjecta pars continuatur. — בנו «nepotes», sequente tribus nomine, nempe fortasse ראבן Ru'bân (supra, p. 58 et 184).

Versus 4. Conjicimus בת[מכב]ו ווישקת «et copiæ et clientes». De radice ושק = وسق «congregare», vide D. H. Müller in *Wiener Zeitsch. f. d. Kunde des Morg.*, II, p. 11; de מכבת, Halévy, *Études sabéennes*, p. 221. Post statum constructum utrumque, sequitur בעלהן[א], etsi spatium nimium inter אבעל, plurale substantivi בעל «dominus, maritus», et suffixum feminini pluralis הן relictum esse constet. — Conjunctionem לכד «ut, ideo ut», compositam esse ex ל + כ + ד patet; vide tituli 126

v. 3, 8, 10 et 14. — Conjunctionem ן[ה = أَنْ, post לכד legimus, addito *lâmo* ante verbum (cf. Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 50, 53, 54) ליהתין «ideo ut dent», cujus partem subjectivam הן[ל]בע[א, sicut in v. 4, complemus.

Versus 5. Perspicuum בנהן|יהולדן|ולד «liberi quos ex ipsis (feminis) gignent» — Fortasse בהנרשכם «in urbe Šibâmo» sub litteris sequentibus latet, suadente contextu magis quam apographo. — Deinde סבאין|אבית|וב|בתעֿר «in confinibus et in castellis Sabæorum» mente potius quam oculis assequimur. De primis duobus vocabulis vide versum 6; de סבאין collective adhibito quæ ad tituli 84 v. 3 adnotavimus. — Præpositio בקדם «ex adverso (urbi)» in statu constructo dualis בקדמי sæpius usurpatur; cf. Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 52.

Versus 6. Complemus פטו[רו «Illi autem se muniverunt», sicut in tituli Academiæ 14 v. 8 et 13, apud J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 76-77 et 81, sequente iterum וב[ר]בתעֿ «in confinibus et in» (cf. v. 5). — מח[י]מת plurale est, מכבבת (v. 4), משימת et מקימת instar (vide D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104), e singulari מחמי (*ibid.*, p. 74), inverso *yâ'o*, formatum, quum alias מחמית occurrat; vide tit. 37 v. 3. Nescimus annon מחמית hic etiam sit corrigendum. — Sequuntur fortasse גוהמו «gentis suæ» (cf. Mordtmannum, in *Zeitsch. d. d. morg. Gesellsch.*, XLIV, 1890, p. 189), et ו[ש]עבהמו «et tribus suæ», certo אקינם «Aḳyân»; cf. v. 1 et 3. — בת[ת]חת «sub», collato tituli Halevyani 62 v. 10, sub fine versus, nescii eorum quæ a præpositione pendebant, conjicimus.

De multis incerti, sic legimus et vertimus :

1 ב]כן | הת[ב] | וה[חר | עמשפ]ק | כב[ר] | אקינם | ו[·····] | ו·····
2 אתמתהמו | [·····] | ובכן] | תחבר[ו] | עמשפק | ואקין | שבם | וכ[ל] | אנ
3 תתם | ב[אבית] | אקין | שבם [] | ו··]ון | ואולדהמו | בנו | ראב[ן] | ווש
4 קת|ו[מכב]ב]ת | [א]בעלהן|ולכד[ה]ן | ליהאתין | [א]בע[ל]הן | אנתתם [|א]ולד|יה
5 ולדן | בנהן | בהנרשכם | בתעֿר | וב | אבית | סבאין | בקדם | ח··· [| פטו
6 רו | בתעֿ[ר |] וב | מחמית | גו[ה]מו | ו[ש]ע[בה]מו | א[ק]ינם | ב[ת]חת

1 *qu]um reno[vaverunt] et ter[ra optima instruxerunt ʿAmšafa]ḳ, prin[ceps] Aḳyâni, et . . . . . , et . . . . . .*
2 *ædes sacras suas, [et quum] bonis abunda[verunt] (?) ʿAmšafaḳ et ministri Šibâmi, et [omnes] fe-*
3 *minæ, in [domibus] ministrorum Šibâmi [et . . . . .]wâni, ipsorumque liberi, Ru'bâniti, et co-*
4 *piæ (?) et clientes (?) maritorum ipsarum; atque ideo ut dent [ma]ri[ti] ipsarum feminis libe[ros] quos gi-*
5 *gnent ex ipsis (feminis) in urbe Šibâmo, in confinibus et in domibus Sabæorum, ex adverso [urbi] Ḥ [. . . . .o. Illi autem se muni-*
6 *verunt in confi[nibus] et in ædificiis gentis [su]æ et [tri]bus suæ A[ḳ]yâni, sub*

132

Glaser, 111.

(Tab. XXII.)

Lapis arenosus, 0m,17 altus, 0m,60 latus, in parte meridionali mosquitæ Šibâmensis Mamâšî dictæ servatus, quatuor versus, nec ipsos quidem integros, characteribus insculptis exhibet. Vide in tabula nostra vicesima secunda repræsentationem luce solis expressam ectypi chartacei, quod Eduardus Glaser nobiscum communicavit.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris :

1 ׀ חׄצב ׀ בעלי ׀ צרחתהמו ׀ לעתׄ

2 ותׄני ׀ מסקפן ׀ משׁרקי ׀ ומערבי ׀ הית ׀ צרׄ

3 חתן ׀ ברבׄעׄ ׀ ····· ׀ יׄהון ׀ וב ׀ שׁמסהמו

4 בעלת ׀ עׄי

Quum titulus ad constructionem pertineat, Mordtmann sub servatis et præcedentibus בניו | בי[ת [המו | י]חצב latere nos monet. Nomen castelli יחצב, hoc est «tractus fertilis», novum. — בעלי præpositio composita ex ב + עלי idem quod עלי «super» sonat. — צרחתהמו «arcem ipsorum»; cf. tituli 1 versum 4. Nomen arcis sequebatur, quod e parte servata elicere non valemus.

Versus 2. Vertimus : «et duo turres opertas, orientalem et occidentalem, hujus arcis». תני | מסקפן; cf. תני | מרמרן Hal. 63, v. 6; תני | נמרן O. M. 9, v. 12; Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 42. מסקף; cf. arabice مُسَقَّف «pars operta mosquitæ»; hebraice מַשְׁקוֹף «superliminare» (*Exodus*, XII, 7, 22 et 23); et præsertim סקף «tectum» apud Sabæos, de quo vide tit. 40 v. 3. Status constructus in utroque adjectivo relativo (*nisba*) משרקי «orientalis» (مَشْرِقِىّ) et מערבי «occidentalis» (مَغْرِبِىّ) continuatur, de qua constructione dialecto Sabæorum peculiari supra, p. 57 et 66, egimus. Mirare in מערבי litteram ʿ*ain* pro *gain* Arabum, sicut in eadem radice æthiopica; cf. nomen proprium hominis ערבשמסם «occasus Solis» in tit. 40 v. 1, necnon exempla occasione verbi سערב=اغرب congesta apud H. Derenbourg, *Nouveau mémoire sur l'épitaphe minéenne d'Égypte* (Paris, 1895), p. 14. הית pronomen demonstrativum feminini singularis; cf. tit. 40 v. 3 et 4, sequente hic צרחתן, inter versus 2 et 3 diviso, ita ut pauca in extremo versu 1 desint.

Versus 3. Post præpositionem ב vocabulum ברצו simillimum sub ברבע, ΦΒ)חח sub ΦΠ)Π latere fortasse judicabis. — Proponimus deinde מראהמו] | יהען], nomine proprio hominis Yuhaʿin in tit. 37 v. 1 certo occurrente; cf. etiam tit. 113 v. 1. Mirare principem ante deam commemoratum et cf. tit. 153 v. 3 et 4.

Versus 4. De בעלת «domina» post שמסהמו «Solis deæ ipsorum» respice ad tit. 11 v. 1, et ad ea quæ illic adnotavimus. Nescimus an sequatur עצׄרן, sicut in titulo Os. 31 = B. M. 32, v. 6, de quo cf. H. Derenbourg, *The Himyaritic Inscription 32 of the British Museum*, in *The Babylonian and Oriental Record*, October 1891; vel עימן, cf. tit. 67 v. 9, 21 et 22. Desinebat versus quartus, ultimus, ni fallimur, tituli, in ובמנצחת | אביתהמו «et Nympharum puteorum domuum suarum», tit. 40 v. 5 instar, vel in aliud simile.

Lege igitur et verte, si lubet :

[בי | בניו·································]

1 ת[המו | י]חׄצב | בעלי | צרחתהמו | לעת[·· | ··

2 ·· |] ותׄני | מסקפן | משׁרקי | ומערבי | הית | צר

3 חתן | ברצׄו | [מראהמו] | יהען | וב | שׁמסהמו |[]

4 בעלת | עׄצׄ[רן | וב | מנצׄחת | אביתהמו

vel עׄי[מן

. . . . . ædificaverunt cas-
1 *te[llum suum Ya]khṣub, super arcem ipsorum Laʿat[. . .um,*
2 *et duas turres opertas, orientalem et occidentalem, hujus ar-*
3 *cis, favore [domini ipsorum] Yuhaʿin et gratia Solis deæ ipsorum,*
4 *dominæ Gaḍḍâ[ri et gratia Nympharum puteorum domuum suarum.*
vel *Gai[mâni.*

133

Glaser, 112.

Quum per Šibâmi suburbium inter scopulosa Kaukabânum versus, ad meridiem vici Nahbân, ascenditur, in saxi latere characteribus amplissimis hæc pauca levis momenti transeunti objiciuntur :

| ᐁᐄᐊᐁ	עב]דהמו ו	*servus eorum*
ᐄᐁᐊᐄᐁ | ᐄᐁᐊᐄᐁ |	ו בין ו.	*Bayyin*
		vel *inter*

134

Glaser, 113.

Haud procul a porta septentrionali Šibâmi super calcem læsam hæc, auctore Glasero, exstant :

| ᐁᐄᐊᐁᐄᐁ |	ו ובניהו ו	1 *, et filii ipsius,*
ᐄᐁᐄᐁᐄᐁ | ᐄᐁᐄᐁᐄᐁ | ᐄᐁᐄᐁᐄᐁ	·מר ו אושך ו דא	2 *Abû'a]mîr Aušak, A . . . ensis,*
ᐄᐁᐄᐁᐄᐁ | ᐄᐁᐄᐁᐄᐁ | ᐄᐁᐄᐁᐄᐁ | ᐄᐁᐄᐁᐄᐁ	מהמו ו תס· ו ר ו ד	3 *vassa]li eorum, nepotes R. . .dh. . .i.*

Versus 2. מר[אבא, nomen proprium hominis, collatis Halévy 187, v. 1; 249, v. 1; 389, v. 1; 596, v. 1 et 2; Bardey 4, nunc in Museo Luparensi, v. 1. — אושך, cognomen Abû'amîri; cf. ושכם, nomen hominis, in tit. 76 v. 1, necnon أُوشَكُ «celerior», apud Al-Mubarrad, *Al-Kâmil* (ed. Wright), p. 43, v. 12. Respicias licet ad cognomen itidem formatum אוכן in tituli 130 versu 1. — A דא mentio loci vel tribus unde Abû'amir oriundus, incipiebat.

Versus 3. Suffixum המו, præcedente *mimo*, perspicuum. Fortasse legendum est מהמו[אד «vassali eorum», collato אדמהו in tit. 95 v. 8; 126 v. 2; et in Hal. 51, v. 5. Deinde בני præsentimus, ignari eorum quæ sub ר|ד latent.

135

Glaser, 114.

In parte fori (سوق) mosquitæ Šibâmensi proxima, lapis niger, $0^m,13$ altus, $0^m,55$ latus, merca-

toris erat, cujus taberna characteribus amplissimis tunc temporis ornabatur quos Ed. Glaser hoc modo exscripsit :

ψ٩ | ψכ≥٦ה אלשרח | יח[צב *Îlšaraḥ Yaḥ[ḍub*

Cognomen Yaḥḍub Îlšaraḥi, regis Sabæ et Raidâni, titulum Os. 33 = B. M. 35, v. 5, imitati, complevimus; cf. tit. 140 v. 1 et 6; 141 v. 1; 145 v. 4; 147 v. 1; necnon Glaser 424, 825 et 891, apud Ed. Glaser, *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 97-98; ac titulum 2 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 2 et 9, apud H. Derenbourg, *Les monuments sabéens*, p. 11-12. Vide etiam quæ ad tit. 69 v. 4; 98 v. 1 adnotavimus.

136

Glaser, 115.

Lapis, angulo domus Judæi cujusdam insertus, characteres paucos, circa $0^m,24$ altos, inversos exhibet. Hæc nostra gratia Glaser exscripsit :

٩ח | ٩٥ עי | בן fortasse : . . . . . *ʿa[l]î, filius* . . . .

137

Glaser, 116.

(Tab. XXIII.)

Magnæ mosquitæ Šibâmensis muro meridionali lapis, $0^m,15$ altus, $0^m,35$ latus, inversus super pseudothyrum insertus est. Characteres amplissimi, calce tecti, ab Eduardo Glaser, non sine periculo ægre citoque ectypo chartaceo expressi, hæc exhibent, ut e tabula nostra tertia et vicesima patet :

1 מ " | מקיחת | צדקם | בצבאת | · ·| X٨חבבח | ⊐ϕ٩٨ | X٩٩ϕ⊐ | ⊐⊐

2 מר . | ם | ושעביהמו | בכלם || ויש ≥٩٥ | | ⊐٦٨ח | ٥⊐٤٩٩ח٥٤٥ | ⊐ | ·כ⊐

Versus 1. Singulare מקח, cujus plurale מקיחת hic primum occurrit, in tit. 28 v. 2 commentati, «area subdialis» vertimus. Cf. etiam verbum הקוח in tituli 40 versu 2 et formam decurtatam הקח in tituli Glaseriani 285, nunc 78 Musei Britannici v. 4 (H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, p. 8). Nostro loco optime consentit מקח|צדקם in Prideaux 5, v. 1. Quidni in iis quæ antecedebant |מו[סעדה|כרת «quia concessit ip]sis»? — Lege posthac בצבאת|צ[באו «in pugnis quas pu[gnaverunt», collato præsertim Hal. 535, v. 2, quamvis in Minæorum sermone scriptum sit, ubi צבא | אצבא idem sonat; cf. etiam plurale צביא, sicut خَطايا, et similia, in tituli 14ⁱ Academiæ versu 4, apud J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 75-79.

Versus 2. Lege מרתדם[|כנו «Marthadenses». — Etsi post בכלם aliquid *wâwum* antecedere videatur, legimus : ויש[בם | בכלם | ושעביהמו «et eorum tribus duo Bakîl et Yašbum». De turre Yašbum, vide supra, p. 80-81, 191. Adde titulum Ḥiṣn-Gurâbensem, apud Glaser, *Die Abessinier*, p. 131-132. Yašbum nomen vallis in Al-Hamdâni, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 96. Tribus ישבם nova et nescimus an tribus altera, a יש incipiens, huc sit afferenda. Fortasse ן]יש[פ]ו hic legendum, quæ tribus, cum Bakîlo conjuncta, in tit. 126 v. 2 et 9 occurrit.

Lege igitur et verte, si nostræ sententiæ faves :

1 בדת | סעדה]מו | מקיחת | צדקם | בצבאת |]צ

2 באו | כנו |] מרתדם | ושעביהמו | בכלם | ויש]בם

1 *quia concessit ip]sis areas subdiales excellentes in pugnis quas [pu-*
2 *gnaverunt] Marthad[enses] et eorum tribus duo Bakîl et Yas[bum(?)*

Quod ad magnam mosquitam Šibâmensem attinet, Glaser nos monet eam vetustissimis lapidibus nigris quadratis constare, incolis asseverantibus deverticulum more Ḥimyaritarum, quod *simsara* (سمسرة) dicunt, olim in his ædibus exstitisse. Templum gentile paganorum in mosquitam mutatum Glaser agnovit.

138

Glaser, 117.

Lapis albus, $0^m,12$ altus, $0^m,30$ latus, muro domus privatæ insertus, ex quo characteres fere omnino evanuerunt, hæc pauca exhibet :



Principio restitue סבא | רב[מכ «princeps (*mukarrab*) Sabæ». De hac dignitate, qua designabantur conditores arcium Ṣirwâḥi et Ma'ribi, in quorum vicem «reges Sabæ» successerunt, vide præsertim Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 80-83, et ejusdem *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 64-73. Lege deinde נשקם |] הגרהו | [גנא «muro sepsit urbem suam Naśḳ». Inde patet titulum nostrum in serie titulorum inter se similium Hal. 280-323, 325, 326, 328, 331, 332, 348 esse collocandum. In his omnibus, modo plane, modo partim, eadem, quibus nostrum fragmentum, Halevyano 316 simillimum, complemus, leguntur, nempe :

הידעאל | בין | בן | יתעאמר | ותר | מכ]רב | סבא | [גנא] | הגרהו [| נשקם

Haida'îl Bayyin, filius Yatha'amîri Waṭari, prin]ceps Sabæ, [muro sepsit] urbem suam [Naśḳum.

139

Glaser, 118.

In domo incolæ Šibâmi lapis servatur, ex quo Glaser sequentia coram lapide exscripsit :



'Amśafaḳ[,] fi[lius

De nomine proprio hominis 'Amśafaḳ, vide titulorum 37 v. 4 et 5 ; 131 v. 1 et 2.

140

Glaser, 119.

(Tab. XXII.)

Lapis, $0^{m},60$ altus, $0^{m},50$ latus, apud eumdem Šibâmi incolam servatus, talia damna annis et hominum negligentia passus est ut multa in titulo maximi momenti evanuerint, atque ut ex iis quæ supersunt desiderium ob partes deletas augeatur.

Hæc, quorum lectionem Ed. Glaser etiam nunc coram lapide assecutus est, in tabula nostra vicesima secunda ex ejus apographo solis luce expressa invenies.

De titulo eodem fere tempore egerunt J. H. Mordtmann, in *Zeitschrift für Assyriologie*, X (oct. 1895), p. 169-170. — Ed. Glaser, *Die Abessinier in Arabien und Afrika* (München, 1895), p. 105-107. — J. Halévy, in *Revue sémitique*, IV (1896), p. 82-83. — H. Derenbourg, *Le dieu Rimmôn sur une inscription ḥimyarite*, in *Semitic Studies in Memory of... Alexander Kohut* (Berlin, 1897), p. 120-125, cum tab.; absolutum die 11mo novembris 1894. — Titulum nuperrime iterum edidit, cum versione germanica, Hugo Winkler, *Die Sabäischen Inschriften der Zeit Alhan Nahfan's* (Berlin, 1897), p. 24-25.

Versus 1. Plurima in versu primo, a quo, ni fallimur, titulus initium ducebat, nos fugiunt, et de nomine אלשרח tantummodo, collatis versibus 6 et 10, dubitationem nullam manere opinamur; cf. quæ ad titulos 98 et 135 adnotavimus. De ejus origine et stirpe titulo Osiander 35 = B. M. 33 edocti, ejus patrem Fariʿ Yanhub Sabæ regnavisse, ejusque fratrem, Ya'zil Bayyin nuncupatum, simul ac ipsum Îlšaraḥum regem Sabæ et Raidâni serius factum esse comperimus. Interea Îlšaraḥ in urbe Šibâm Aḳyân patris sui Fariʿ, regis Sabæ, minister et procurator, rebus publicis præerat. Quum exercitus Îlšaraḥi, ex Ḥimyaritis et Radmânensibus (cf. Glaser, *Die Abessinier*, p. 110) collectus, duce Îlšaraḥi legato, Ḥaḍramautenses, gentis suæ hostes, in oppido Ḥaulâno, quod occidentale Ma'ribo jacet, vicisset, legatus triumphans, Šibâmum regressus, maximo dei sui Rimmôni beneficio donatus, ei statuam, necnon titulum nostrum, grato animo obtulit. Nomen et cognomen legati statuam Rimmôno voventis nullo documento nobis adhuc suppeditantur. Conjicimus eum, «potentem Ḥimyaritarum» (חמי[רם | קול), administratorem belli gerendi (מקתוי) pro Îlšaraḥo Yaḥḍubo, ipsius loco aciem produxisse. De קול = قَيْل «princeps» Ḥimyaritarum, respice ad titulorum 6 v. 2; 24 v. 3; 37 v. 6; 70 v. 2 (קל pro קול); et præsertim אקולהו | אחמרן «principes ejus Ḥimyarenses» in tituli Ḥiṣn-Gurâbensis v. 9. Quod ad מקתוי «administrator belli gerendi» attinet, مَقْتَوِيّ (ʿAmr ibn Kolthûm, *Moʿallaḳa*, v. 56) colligendum, quod Arabum lexicographi «famulum regum» sonare asseverant. Cf. אקול | ומקתת in tituli Glaseriani 830 versu 15, apud J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 13 et 18; D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Abessinien*, p. 79, qui «Heerführer» germanico sermone vertit. — Post nomen Îlšaraḥi ipsius cognomen צב[יח, inter versus 1 et 2 inscriptum, nihil dubii habet.

Versus 2. Post אקינם | כבר (vide v. 6, atque supra, p. 159 et 188), certo הקני legendum. Attamen mirare suffixum plurale in שימהמו (cf. v. 7), quod pro תמהמו restituimus. Designatio «patroni», non «dei», Ta'labi Riyâmi nomen antecedere solet; cf. tituli 2 v. 3. Respicienti autem ad tituli 67 v. 2 et 3 liquebit Ḥagarum etiam «patronum», hoc est regionis et tribus præsidem, appellari. Nec obliviscaris ipsius Îlmaḳḳâhi in tituli 73 v. 3 patroni Marthadensium (שימהמו). Idem fit de «patrono ipsorum» Rimmôno, qui fortasse antea in fragmenti Glaseriani 342 = B. M. 72 v. 2 (H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions; The Glaser Collection*, p. 24) repertus, nunc primum reipsa in vero titulo (v. 2 pro רנ· apographi, 3, 8, 9, 11, 13) apparet, antiquitatum Yemenensium indagatoribus novus, prisca Semitarum religione consecratus. Vide בית־רמון «templum Rimmôni», idoli Syrorum, in II *Reges*, v, 18 (LXX Ῥεμμάν), necnon nomina propria regis טַבְרִמּוֹן (I *Reges*, xv, 18) et oppidi הַדַדְרִמּוֹן (Zach. xii, 11). Cujus dei nomen Hesychius excelsum, e radice רָמַם (ὕψιστος θεός), significare contendit. Huic etymologiæ non assentimur, quum appellativo Rummân, arabice رُمّان, granatum designetur, fructus peculiari cultu apud veteres adoratus; cf. quæ nos monuit Victor Bérard, *De l'origine des cultes arcadiens* (Paris, 1894), p. 197-199. De hujus dei in nostro titulo mentione,

cf. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, p. 98, adn. 1, qui paria suadet, et *Süd-Arab. Chrest.*, p. 60. Fictum autem et legentium errore inventum dei Rammân apud Assyros cultum Julius Oppert in fabularum numero reponendum esse demonstravit : cf. *Adad*, in *Zeitschrift für Assyriologie*, IX (1894), p. 310-312, necnon ea quibus, adversante Francisco Thureau-Dangin, in *Journal asiatique* anni 1895 (II, p. 393-396) sententiam suam confirmavit. — Rummânum בעל|עלמן « dominum ʿAlami » designari suspicamur; cf. ʿAthtarum, dominum ʿAlami, in titulorum 40 v. 4; 41 v. 2 et 3; nomen hominis עלמן in Hal. 192, v. 1 et 3; 199, v. 3, uno et eodem titulo, ut nos docuit J. H. Mordtmann in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellschaft*, XLVII (1893), p. 399-400. Animadverte in nostro titulo nomen sacrarii עלמן itidem scriptum. — Si præmissis faves, unumquemque versum minime triginta, maxime triginta et sex litteris constare persuasum habebis; in quo nostra totius tituli interpretatio nititur.

Versus 3. Epitheto דאכשר urbs ipsa, sacrarii ʿAlami sedes, indicatur; cf. « ʿÎlmaḳḳâb, dominus Awwami, quod est in urbe Alw », in titulorum 74 v. 4; 126 v. 16, et alia similia. Urbes كَشَر et كُشَر in regione Hamdânensi a geographis Arabum commemorantur; vide Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 182; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 481; Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 276. — Non procul abest quin sequentia צדקם | ואסבי | מהרגת | רמן | [] סעדהו | בדת | צלמן | דן « hanc statuam, quia concessit ipsi Rimmôn cædes et captivos eximios » legamus et vertamus, collatis tituli 79 v. 5-7; necnon O. M. 5, v. 6, apud Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 22. Eadem vide in Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, p. 98, adn.

Versus 4. Quum, nostra sententia, de prœliis agatur, quæ Ḥimyaritæ eorumque socii, Îlsaraḥi victoriæ adjutores, cum Ḥaḍramautensibus fecerunt, חמירם « Ḥimyaritæ » sub deformi המתרב latere persuasum habemus, antecedente בין | בצרם « in bello inter », sequente altero בין, more semiticarum linguarum; vide exempla apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 60. — Cum Ḥimyaritis copulantur Rhadamæi (רדמן), quos Plinus (*Historia naturalis*, VI, 28) simul ac Homeritas itidem commemoravit. De רדמן (ردمان), respice ad Hal. 615, v. 2; Prideaux x, nunc titulum 72 Musei Britannici, v. 4 (D. H. Müller in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 673); O. M. 5, v. 8, de quo Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler*, p. 25-27, optima attulerunt; Glaser, 204, v. 3, ineditum; 275 et 276, v. 2, apud Mordtmann, *Neue himjarische Inschriften*, in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellsch.*, XXXIX, p. 228; Glaser 825, v. 9, 11 et 16, apud eumdem, *Himjarische Inschriften*, p. 5, 6 et 9; Glaser, *Mittheilungen*, p. 8, 29, 43, 77-78; ejusdem *Geographie Arabiens*, p. 136-137.

Versus 5. Restituta copula *wâw* sub fine versus præcedentis, locutionem חצרמת | ב[ין] « et inter Ḥaḍramautenses » legimus. — Pugnæ locus deinde præpositione ב introducitur, designatis provincia (חלף), tribus (שעב), quod supplemus, et terra ipsa (ארץ), Khaulân dictis. « Tribus Khaulân » (שעבן | חולן) in Glaser 830, v. 17, apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 13 et 17, occurrit; cf. סבא|וחולן in Hal. 535, v. 2; רחולן et חולן in tituli Glaseriani 204 versibus 2 et 3; خولان apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 81, 106, 107, 207; Glaser, *Skizze*, p. 58-59. — בכן « quum, tempore quo »; vide titulorum 80 v. 3; 126 v. 1; 131 v. 1.

Versus 6. Completis complendis, legimus שו[עו « auxiliati sunt », nempe Ḥimyaritæ et Radmânenses; cf. perfectum שוע « auxiliatus est » in tituli 79 v. 7, necnon infinitivum לשועין in titulorum 2 v. 11; 95 v. 1 et 2. — Post מראהמו, versuum 1 et 2 instar, non dubitamus quin restituendum sit אלשרח|ין[חצב]|כבר|אקינם.

Versus 7 et 8. בו[הת probabile conjicimus, quocum תאמנם conjungi solet; vide Fresnel 56, v. 2, et titulorum 81 v. 8 et 9; 84 v. 8. Perseveramus, vertentes : « et præbuerunt documentum fidei », præpositione *lâm* nomen « patroni ipsorum Rimmôni » (cf. v. 2) antecedente. Altera propositione sensus continuatur : ו[הקניו|דן|צלמ[ז]|רמן| אסבים [] המ[רהו |] בדת |] סיבהמו « et consecraverunt hanc statuam Rimmôno donum suum, quia concessit ei captivos ». סיבהמו = سَبْيهم « donum suum » sonare intelligimus, ceteris interpretibus alias vias ingressis. Conjunctione ובדת « et quia », sub fine versus 8 posita, conjunctionem בדת « quia » antea occurrisse monemur. המרהו « concessit ei » magis præsentimus quam agnoscimus, אסבים pro obscuro apographi תסלים a versu 4 mutuati.

Versus 9. Lege certo ה[ו]פיהו « protexit eum », et, post אמלא, adde, usitati sermonis instar, ו[סתמלא|בעמה; cf. titulorum 84 v. 5 et 6; 93 v. 1 et 2. — A ול vota in posterum parenthesi comprehenduntur. Cum ול|[סע]דהמו « et utinam largiatur ipsis » confer ול|סעדהמו in tituli 2 v. 12 et in permultis aliis exemplis.

Versus 10. Ex iis quæ supersunt, collato O. M. 1, v. 7 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 13), בהו | ל[רצו « gratiam cordis sui » complendum esse opinamur. Vide etiam tituli 28 v. 6, necnon in libri Biblici *Job*, XXXVI, 5 כֹּחַ לֵב de deo (אֵל) adhibitum. Post divinam Rimmôni benevolentiam, humanum domini sui Îlsaraḥi favorem milites post victoriam repetunt. Lege igitur, si

lubet : וחטי | מראהמו | אל]שרח «et favorem principis ipsorum Îlśaraḥi». — His interpositis, auctor tituli ad seriem beneficiorum a Rimmôno collatorum revolutus, conjunctione ובדת «et quia» iterum utitur.

Versus 11. שפת «muneribus ornavit, largitus est» cum accusativo hominis et *bâ* rei construitur; vide titulorum 19 v. 9; 80 v. 7. — Inde adducimur ut המקמתם, cujus prima littera non plane liquet, in במקמתם mutandum censeamus. אב]הו | מכן | במקמתם = بمقامة مكانَ ابيه (ornavit eum Rimmôn) «dignitate in vicem patris sui» quum Îlśaraḥ in patris sui Fariʿ Yanhub opes successerit. — ב]דן sub fine complemus.

Versus 12. Scribe fortasse ח]לפן pro inexplicabili יפר. De provincia agitur, cujus «tribus et terra Khaulân» (v. 5) erant. — Beneficia dei continuantur. Legimus : וכבר | צר | המירם = وكبّر ضَرَّ حِمْيَر «et magnum effecit bellum Ḥimyaritarum», hoc est iis continuas egregiasque victorias concessit. חמ[יר]ם, collatis v. 1 et 4, complemus. De fœderatis Ḥimyaritarum, Îlśaraḥi partes complectentibus, nunc agitur. Legimus probabilia : ו]כל | דיקהן | להו «et omnium vassalorum ipsius», et provocamus ad colligendum tit. 74 v. 15. Si his faves, mirare litteram ס in apographo Glaseri redundantem.

Versus 13. Consequitur, ni erramus : וי]רתאין[| ב]הו | ש[ו]פת[ם «et cujusque qui agnoscit in eo tutelam». Radicem ראי = רָאָה, رأى, in dialectis Yemenensium non defuisse perfecto decurtato רא docemur; vide tit. 74 v. 17 et exempla illic allata. Forma octavæ Arabum respondens, adhuc inaudita, visum tam oculis quam animo significat. ש[ו]פת[ם «tutela», collato tit. 43 v. 6, dein commendamus. — Ultima tituli propositio, collatis titulorum 19 v. 8 et 9; 74 v. 18; 80 v. 6 et 7, hoc modo cœpisse nobis videtur : ורמן | פהופ[י]המו | ל]דת | «Et quoad Rimmôn, protexit ipsos, quia»

Versus 14. Locutio, extremis titulis propria, clare apparet, nempe : ל]דת | נ[עמ]ת [|] ותנעמן | לאדמהו | בני [| חמי]רם «quia contigit, atque ut contingat vassalis ejus Ḥimyaritis».

Legimus igitur et vertimus :

1 ..... | .... | קול | חמי]רם | מקתוי | א[ל]שרח [| יח
2 צב | כבר | אקינם | הקני | שימהמו | רמ[ן | בע]ל | עלם
3 ן | דאכשר | דן | צלמן | בדת | סעדהו | רמן | מהר
4 גת | ואסבי | צדקם | ב[צ]ר[ם | בין |] חמירם | ור[ד]מ[ן | ו
5 ב[י]ן | חצרמת | בחלף [| ושעב | ו]ארץ | חולן | בכן | [שו
6 עו | מראהמו | אלשרח | י[חצב] | כבר | אקינם | ו[הת
7 בג | תאמנם | לשימהמו | רמן [| ו]הקניו | דן | צל[מ
8 ן] | רמן | סיבהמו [| בדת |] ח[מ]ר[הו |] אסבים | ובדת | ה[ו
9 פיהו | רמן | בכל | אמלא | [סתמלא | בעמה]ו | ול | סע
10 דהמו [| רצו | ל]בהו [|] וח[טי | מראהמו | אל]שרח | וב[ד
11 ת | שפתהו | רמן | במקמתם | מכן | אב[הו | ב]דן [| ח
12 לפן | וכבר | צר | ח[מי]רם [| ו]כל | דיקהן | להו | [וי
13 רתאין [| ב]הו | ש[ו]פת[ם | ורמן |] פהו[פי]המו [| ל]דת | נ[ע
14 מ]ת [|] ותנעמן | לאדמהו | בני [| חמי]רם

1 *N..... A...., potens Ḥimya]ritarum, dux exercitus Î[l]śaraḥi [Yaḥ-*
2 *ḍub, procuratoris (Śibâmi) Aḳyâni, consecravit patrono ipsorum Rimmô[no, domi]no ʿAlam-*
3 *i, Akśarensi, hanc statuam, quia concessit ei Rimmôn cæ-*
4 *des et captivos eximios in [bel]lo [inter Ḥimyaritas Ra[a]mâ[nensesque, et*

5 *in[t]er Ḥaḍramautenses, in provincia[, tribu et] terra Khaulâno, quum auxilia-*
6 *ti sunt (Ḥimyaritæ Radmânensesque) principi suo Îlšaraḥo Ya[ḥḍub], procuratori (Šibâmi) Aḳyâni. Et [præ-*
7 *buerunt documentum fidei patrono suo Rimmôno [, et] consecraverunt hanc sta[tu-*
8 *am] Rimmôno donum suum[, quia] con[ces]sit [ei] captivos, et quia p[ro-*
9 *texit eum Rimmôn in omnibus votis, [quæ ut explerentur petiverat ab e]o (et utinam lar-*
10 *giatur ipsis [gratiam cor]dis sui et fa[vorem principis ipsorum Îl]šaraḥi!), et qu[i-*
11 *a ornavit eum Rimmôn dignitate in vicem patris [sui in] hac [pro-*
12 *vincia, et magnum effecit bellum Ḥi[mya]ritarum, [et] omnium ejus vassalorum, [et a-*
13 *gnoscentium [in] eo t[u]tela[m. Et quoad Rimmônum,] pro[texit] ipsos[, qu]ia con[ti-*
14 *git, atque ut contingat vassalis ejus [Ḥimya]ritis.*

Îlšaraḥ Yaḥḍub tituli nostri nobis idem esse videtur ac Ilasaros Strabonis (*Geographica*, XVI, IV, 24) qui, Yemenensem Ælii Galli anno 24 ante J. C. expeditionem singillatim enarrans, hæc dicit : *εἰς πόλιν Μαρσίαβα προῆλθεν ἔθνους τοῦ Ῥαμμανιτῶν, οἳ ἦσαν ὑπὸ Ἰλασάρῳ.* Quod ad Rammanitas attinet, eos Radmanensibus (v. 4) assimulandos esse persuasum habemus, ut habent Plini secundi *Historia naturalis* (VI, 28, 158); A. Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 160; Ed. Glaser incertus in *Die Abessinier*, p. 35, adn. Idem antea sub Rammanitis tribum Ra'bân (apud nos Ru'bân) latere suspicatus erat; vide titulorum 37 v. 5; 111 v. 2; 131 v. 3; Ed. Glaser, *Geographie Arabiens*, p. 59 et 137. Noli credere deum Rimmônum aliquid commune habere cum Rammanitis, etsi vox utraque consonat. Nostra sententia, constat Îlšaraḥum Yaḥḍub, serius ocius anno 24 ante J. C., ob victoriam ducis exercitus sui, Rimmôno statuam et titulum offerendi auctorem fuisse.

141

Glaser, 120.

Lapis albus, $0^{m},17$ altus, 1^{m} latus, characteribus insculptis maximis cumulatus, muro domus privatæ Šibâmi insertus, hoc tituli fragmentum exhibet :

אלשרח ו יחצ̇ב ו כב[ר ו אק 𐩣𐩱𐩲𐩵 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 1 *Îlšaraḥ Yaḥḍub, procura[tor (Šibâmi) Aḳ-*

ינם ו ובן ו מרת̇ד[ם 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 2 *yâni et Marthaden[sium.*

Versus 1. Cf. tit. 140 v. 1, 2, 6.
Versus 2. Formam decurtatam בן | מרת̇דם «Marthadenses» vide pariter usurpatam in titulorum 77 v. 3 et 4 et 86 v. 1 et 2.

142

Glaser, 121.

In muro domus ejusdem Šibâmi hæc pauca, in lapide inscripta, Ed. Glaser nobiscum communicavit :

ם ו ומסא ו מ 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬 | 𐩨𐩣𐩲𐩵𐩬

Lege ומסאלם «et precatio», collatis titulorum 73 v. 5 et Fresnel 55 v. 3 et 4.

143

Glaser, 122.

Fragmentum e muro, cui insertum est, Ed. Glaser Šibâmi ita coram lapide exscripsit :



Versus 1. Nomen proprium אלכרב legimus; cf. titulorum 16 v. 1; 20 v. 1; 41 v. 1. — Littera sequente *bâʾi* vel *mîmi* speciem sectam præbente, inter alterutrum hæsitamus.

Versus 2. Post cognomen ו[תר probabile, ואנרם|יגע[ר, collato tituli 20 v. 3, mente magis quam oculis assequimur.

Versus 3. במקם ante מראהמו supplere licet, quemadmodum in tituli 20 v. 3, sequente nomine proprio יהקם, quod a tituli Halevyani 151 v. 1 mutuamur.

Versus 4. שעבהמו|בכלם «tribus eorum Bakîl»; cf. titulorum 95 v. 5 et 6; 102 v. 8; 137 v. 2. Quid ה præcedens valeat ignoramus.

Versus 5. Lege ושמסהמו | למקה[בא «nomine Îl]maḳkâhi et Solis ipsorum»; cf. Os. 31 = B. M. 32, v. 5, ubi dii iidem sic conjuncti occurrunt.

Quæ quum ita sint, tituli reliqua sic legimus et vertimus :

····· | ואל[כרב	1	*et Îl]karîb,* . . . . .
ר[ע[ג]ל| ו[תר|ואנ[רם|	2	*Watar, et Agu[r Ya[g]ʿa[r*
ם[יהק | מראהמו | במקם	3	*auctoritate] domini sui Yuhaḳî[m*
ו | בכלם | ו[שעבהמו	4	. . . . . *, et] tribus suæ Bakîli, et*
ושמסהמו | למקה[א | ב	5	*nomine Î]lmaḳkâhi et Solis ipsorum.*

144

Glaser, 123.

Extra muros Šibâmi Ed. Glaser mosquitam, *Masdjid Al-Maʿbarî* dictam, adiit, ubi muro occidentali lapidem parvum calcarium insertum vidit, cujus unum latus tantummodo oculis subjiciebatur. Aliquot characteres, in summo latere inscriptos, Ed. Glaser sic legit :

·····אנ	תם....	2	. . . . .
·····אנ	תם....	2	. . . . .

(Impressum mense novembri 1897.)

Versus 1. עמידע; cf. Hal. 187, v. 1 et 3; 188, v. 3; 191, v. 3; 520, v. 1; 629, v. 1, hunc titulum nunc in Museo Britannico sub numero 57 servatum. — תנ initium adjectivi ethnici; cf. nomen urbis תנין in tit. Glaseriani 862 v. 6 (Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 24); nomen tribus תנין in O. M. 19, v. 2; דתנים in O. M. 21, v. 1 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 73). Neque obliviscaris vocabuli ثنيّة «clivus» in geographico Arabum onomastico frequentis; vide præsertim indicem geographicum in Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), II, p. 22. Quum titulus probabiliter circum lapidem continuaretur, תנ a תם (v. 2) sejungendum esse perspicuum.

Versus 2. תם nihil peculiare præbet, nisi quod his litteris vocabulum quodlibet femininum terminatur, fortasse נעמ]תם «felicitas».

145

Glaser, 124.

(Tab. XXIII.)

Lapis albus, muro septentrionali mosquitæ Masdjid al-Gail extra muros Ŝibâmi sitæ insertus, characteres incisos exhibet, quorum plures maximis damnis laborare Ed. Glaser comperit. In tabula tertia et vicesima ectypum chartaceum, ab eo confectum, sole lucis expressum invenies.

Hæc leguntur :

1 שמסם | אשוע | ובנ[י]הו | ·
2 נמ ם | בנו | יר̊ ם | בני[ו] | והו
3 ו̊א[ל]מקהו | ובדת | חמ[י]ם | וב
4 אמראהמ[ו] | אלש[ר]ח | יחצ[ב

Versus 1. Lege רב]שמסם, collatis titulorum 31 v. 4; 67 v. 8; 164 v. 6. In tit. 153 v. 1, mirare cognomen אשוע itidem post nomen רבשמסם occurrens. De cognomine אשוע, respice ad tit. 2 v. 1; 8 v. 1; 57. — ובניהו «et ejus filii», enumeratis deinde eorum nominibus, quorum series nomine, quod א]נמ[ר]ם legimus, initio v. 2 terminabatur. Etenim versus, a sinistra plurimis carentes, a dextera paucissima desiderant.

Versus 2. Propter majus intervallum inter *mîmum* utrumque nomen proprium אנמ[ר]ם huc adduximus, de quo vide tit. 78 v. 1, 7 et 8; 82 v. 1, 6, 7, 9, 11 et 13, et ea quæ ad tituli 78 v. 1 adnotavimus. — Post בנו «nepotes», more titulorum Yemenensium, nomen tribus ירסם, ni fallimur, agnoscimus. De ea cf. tit. 24 v. 4; 37 v. 6; Glaser, 204, v. 3; 223, v. 2; necnon 873, v. 4 et 5, apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 31. — Sequentia perspicua, nempe בניו | והו[תרן «ædificaverunt et fundaverunt», et deinde והשקרן | ביתהמו «et texerunt castellum suum» posthac nomine designatum.

Versus 3. Quæ dei Îlmaḳḳâh mentionem antecedebant nos fugiunt, etsi nihil anceps in sensu manet. Deo altero, fortasse ʿAthtaro, prius commemorato, legimus ואלמקהו [«nomine ʿAthtari] et Îlmaḳḳâhi»; cf. tit. 43 v. 3 et 4. Quum similia illic occurrant, complemus : «et Dhât Ḥimyami, et Dh[ât Baʿdâni, et . . . . . .».

Versus 4. Post præsides deos et deas, Rabbŝams principis sui tutelæ castellum ædificatum commendat. Plurale אמראהמו rejicientes, lineam separationis inter *alifum* et *mîmum* exstitisse conjicimus. Inde fit ut וברד]א[|] מראהמו «et op]e principis sui» legamus et vertamus. Îlŝaraḥ Yaḥḍub (cf. tit. 135) in tit. 140 v. 6 itidem designatur. Ab eodem tit. 140 loco alteram principis dignitatem, scilicet כבר | אקינם, cum contextu valde congruentem, mutuamur.

Lege igitur et verte, si lubet :

1 רב]שמסס | אשוע | ובניהו | .....
2 וא]נמ[ר]ם | בנו | יר[ס]ם | בני[ו |] והו[תרן | והשקרן | ביתהמו | .....| בעת
3 תר |] ואלמקהו | ובדת | המ[י]ם | וב[דת | בעדנם | ו..... | וב
4 רד]א [|] מראהמו | אלש[ר]ח | יחצב [|] כבר | אקינם

1 *Rabb]šams Ašwaʿ, et filii ipsius, [M....., N....., P.....*
2 *et Anma[r], Yar[su]menses, ædificaverunt et fun[daverunt et texerunt castellum suum Y..... Nomine ʿAth-*
3 *tari,] et Îlmaḳḳâhi, et Dhât Ḥim[ya]mi, et [Dhât Baʿdâni, et....., et o-*
4 *p]e principis ipsorum Îlša[ra]ḥi Yaḥḍubi[, procuratoris (Šibâmi) Aḳyâni.*

146

Glaser, 125.

(Tab. XXIII.)

Lapis, muro orientali ejusdem mosquitæ Masdjid al-Gail dictæ insertus, characteres magnos incisos exhibit. In tabula tertia et vicesima ectypum chartaceum, nostra gratia a Glasero confectum, luce solis expressum invenies.

Hæc pauca etiam nunc in fragmento leguntur :

1 צ̣קלם | וחיועתתר
2 | ובנו | מרתדם | בני

Versus 1. Prima littera non plane liquet, *ḍhâdo*, vel fortasse *bâ'o* assimulanda. Nomen proprium ideo עצצקלם, vel fortasse אבקלם. Illud probanti colligere licet nomen proprium hominis עצצת in titulo Prætorii decimo; vide *Zeitschrift d. d. morg. Gesellschaft*, XXVI, p. 432, عصّ=עצצ idem sonante ac כבר «procurator» in locutione אקינם | כבר «procurator (Šibâmi) Aḳyâni». Quoad קלם, scriptio est manca pro קולם «princeps» Ḥimyaritarum, quod cf. integre scriptum in tit. 6 v. 2; 37 v. 6; 140 v. 1; decurtatum in tit. 30 v. 2; 147 v. 2. Si potius lectioni בקלם[א faves, collige nomen proprium אבמלך in tit. 85 v. 1, etsi de femina illic usurpatur, quum אֲבִימֶלֶךְ nusquam nisi de hominibus in Bibliis occurrat. — De nomine חיועתתר, *rêsum* quo terminatur ʿAthtar servante, jam præmonuimus, fragmentum tituli ejusdem sub numero 122 tractantes; cf. itidem בעתתר apud Fresnel, 52, v. 1; Hal. 51, v. 10; 151, v. 5, etc.; J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 45.

Versus 2. Post mentionem Marthadensium, lege בני[ו «ædificaverunt», sicut in tit. 145 v. 2.

Vertas igitur suademus :

1 *ʿAḍa]ḍkaul et Ḥaiwʿathtar[, et.....*
2 *...] et Marthadenses construxe[runt, et.....*

147

Glaser, 126.

(Tab. XXIV.)

Lapis albus, $0^m,24$ altus, $0^m,30$ latus, meridionali ejusdem mosquitæ Masdjid al-Gail dictæ muro insertus, pauca tituli vestigia exhibet. Ectypum chartaceum, quod Ed. Glaser nostra gratia confecit, luce solis expressum, in tabula vicesima quarta invenies.

Hæc leguntur :



Quæ hebraice :

1 שרח ו יחצ
2 ם ו קל ו
3 .ע.ן ו אלו ו
4 ע רת

Versus 1. Îl]šaraḥ Yaḥḍu[b perspicuum, quod sequebatur אקינ[ם | כבר.

Versus 2. קל «princeps» pro pleniore קול; cf. tit. 146 v. 1, gentis nomine, quod nos fugit, deinde enuntiato.

Versus 3. אלו | ד[ערן, epitheton dei Ilmaḳḳâhi, a tit. 126 versibus 3, 6, 16 mutuamur.

Versus 4. Omnia hic desperamus. Ed. Glaser קברתם legit.

Non igitur meliora quam hæc e fragmento elicere valemus :

1 *Îl]šaraḥ Yaḥḍu[b, procurator (Šibâmi) Aḳ-*
2 *yân]i, potens [. . . . . ensium, consecravit Îlmaḳḳâho, domino*
3 *Awwami,] quod est in urbe Alw, [. . . . . .*
4 . . . . . .

148

Glaser, 127.

Lapis, $0^m,25$ altus, 1 m. latus, titulum magnum, fere omnino perditum, continebat. Quo nunc lapide domus jacentis ad meridiem mosquitæ Masdjid al-Gail dictæ foramen humi patens opertum est.

Aliquot litteras Ed. Glaser nobiscum sic communicavit :

vel ד



vel ג

.מ. ו בל ו א

Corrigimus et complemus בנגא | המ[ו]

ipsorum in muro

149

Glaser, 128.

(Tab. XXIV.)

Utroque lapide titulum unicum constare Ed. Glaser nos docuit. Duo ectypa chartacea, quæ ad nos misit, ideo simul luce solis exprimenda curavimus, ita ut versus unusquisque alterutrimque continuaretur. Scripturæ simillimæ unam litteram tantummodo lapidis fractura ubique in medio evanuisse persuasum habemus.

Hæc leguntur :

	A	B	A	B
1	·ᎿᏂᏓᎾᏗᏗᏂᏁᏂᏍ	·ᎾᏗᏁᏂᏗᏗᏁᏂᏗ	ן ו בצרוח ו כל	או ו והקב ו וקי.
2	ᎾᏍᏓᏂᏍᏁᏂᏁᏂᏍ	ᏂᏍᏄᏁᏍᏗᏍᏁ	מו ו ומנצחהמ	במקם ו שמס
3	ᎾᏂᏂᏁᏍᏍᏁᏂᏍ	·ᏁᏂᏁᏁᏍᏁᏂᏁᏗ	כל ו מהבאסם	ין ו ועׄרבן ו ב.

Versus 1. Plurima initio desunt, scilicet nomina, cognomina et cetera quibus ædificationis compotes designabantur. A sinistra versus servatos integros esse opinamur. Post subjectivam partem, series verborum ad castellorum constructionem pertinentium a בר]או, ut sæpissime, incipit. — Versum totum non secure legimus, quum characteres multa damna passi sint. Singulari הקב, perfectumne sit an infinitivum, plurale בראו continuatur; cf. itidem tituli 40 v. 2. Quoad verbum הקב inauditum, idem valere nobis videtur quod usitatum השקר «texit», collatis arabice قُبَّة «fornix»; قَبَّبَ «fornicibus instruxit»; necnon locis القِباب dictis apud Yâḳût, *Muʿdjam*, IV, p. 25; cf. etiam locum קבב in tituli 30 v. 3 et 4; et nomen viri קבבן nuncupati in tituli Glaseriani 290 v. 1 (sic lege etiam, p. 49, pro v. 4), apud H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, p. 10-11. Vertimus : «et fornicibus instruxerunt». — וקיפן deinde conjicientes, provocamus ad comparandum קיף «monumentum sacrum» in tituli 11 v. 2. Quod Fr. Hommel «aram turicremam», germanico sermone *Räucheraltar*, sonare contendit; vide *Zeitschrift d. d. morg. Gesellsch.*, XLIII, p. 659. Verbum denominativum, in forma secundæ Arabum respondente, «altaribus ornaverunt» vertimus. Animadverte *nûnum*, quo talis verborum series absolvi solet. — Nomen arcis צרוח Ṣirwâḥ mente magis quam oculis assequimur. De oppido munitissimo Ṣirwâḥ et de locis, ubi epigraphia Yemenensi commemoratur, cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 98-99; H. Derenbourg, *Les monuments sabéens*, p. 12; Glaser, *Die Abessinier*, p. 16, 56, 82. — Post כל, supple מחפדת «turres», vel aliquid simile.

Versus 2. Legimus ומנצחהמ]ו | שמס[ה]מו | במקם «potentia Solis suæ et dei sui puteis aquam suppeditantis»; cf. titulorum 40 v. 5; 41 v. 3; 47 v. 2; etc.

Versus 3. Titulorum 20 v. 4 et 29 v. 3-5 memor, comple : | כל [] ן] ב | ועׄרבן | מכנ]ין | שרקן | עתתר | ורתדו מהבאסם «Et commiserunt ʿAthtaro Orientali construc]tionem et (arcem) Al-Gurâb con[tra] unumquemque malum afferentem». מכנין vide sic cum *nûno* determinationis apud Hal. 438, v. 1. Quoad ערבן, omnino sejungendum est a significatione radicis غ ر ب apud Arabas occidentem exprimente, quum hoc sensu apud Yemenenses ערב adhibeatur; cf. D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 27; H. Derenbourg, *Nouveau mémoire sur l'épitaphe minéenne d'Égypte*, p. 14. Cum nostro ערבן provocamus ad colligendum حصن غراب, *Ḥiṣn Gurâb* «arx corvi», locum, ubi titulum magni momenti olim repertum J. H. Mordtmann in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXIX, p. 230-234, et XLIV, p. 176-177, nuper enucleavit, nuperrime Ed. Glaser iterum tractavit in *Die Abessinier*, p. 131-134, 181. Cf. etiam حطم الغراب, *Ḥaṭm al-Gurâb* «rostrum corvi», urbem Šibâmo Aḳyâno vicinam apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 81 et 82. Fieri potest hanc eamdem urbem nostro ערבן brevius designari, nisi mavis, quod nobis magis placet, Corvo (*Al-Gurâb*) arcem absolutam et ʿAthtaro Orientali commissam, ut nomine terrorem inferente, nuncupatam esse.

Quæ quum ita sint, fave, si lubet, nostræ interpretationi :

בר | .....

1 או | והקב | וקי[פ]ן | בצרוח | כל[] | מחפדת | .....

2 במקם | שמס[ה]מו | ומנצחהמ[ו] | ורתדו | עתתר | שרקן | מבנ

3 ין | ועַרבן | ב[ן |] כל | מהבאסס

N. . . . . A. . . . . et ejus fratres, et filii eorum (?)] con-
1 *diderunt et fornicibus instruxerunt et altaribus ornaverunt Ṣirwâḥi omnes [arces . . . . . .*
2 *potentia Solis suæ et dei su[i] puteis aquam suppeditantis[. Et commiserunt ʿAthtaro Orientali ædifica-*
3 *tionem et (arcem) Gurâbum con[tra] unumquemque malum afferentem.*

150

Glaser, 129.

Hunc titulum e lapide, de quo nihil peculiare nobiscum communicavit, Ed. Glaser ibidem sic exscripsit :

ІЧ∘ЧЧЧ	כנסעד ו	1	*Îlsaʿd,*
ЧЗЧІЧП	בן ו כשד	2	*filius Kašadi.*

Legendum fortasse אלסעד, collato Hal. 152, v. 16. — Patris nomen כשד; cf. Hal. 147, v. 2.

ARTICULUS III.

NADJR.

151

Glaser, 134.

In vico Hamdânensi Nadjr (Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 107, v. 10), ad ʿAmrânum adjacente, Ed. Glaser, exeunte anno 1883, Thilâ profectus ut Ḥâzum peteret, parumper commoratus est. Nec frustra. Etenim, in orientali parte vici, ædificium mosquitæ speciem præbens offendit, ubi ad meridiem sancti cujusdam sepulcrum invisitur. Muro ædificii duos titulos insertos nostra gratia exscripsit, nos simul docens muri et titulorum lapides calce subflava constare.

Hæc in priore leguntur :

>ПІЧΨ∘∞ІЗЧ∂>ЗІ∘Ч	נו ו מרתדם ו וקיחן ו בר	1
ІХЗ∘∂∘ІЗЧЧЧЧПכІ	ו רבאאדנם ו ומקימתם	2

Versus 1. Collato קיחם, proprio hominis nomine, in titulo Glaseri 867 (Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 28), nomen tribus inaudito קיחן exprimi conjicimus; cf. הקוה «area subdiali munire» in tit. 40 v. 2. — Sequebantur verba ad ædificationem pertinentia, a בר[או incipientia.

Versus 2. Restitue certo : ומקימתם | אארנם | ברי «(concedat ipsis) plenitudinem potentiarum et auctoritatum»; cf. singulare in titulorum 28 v. 6 et 7; 76 v. 9; 78 v. 8 et 9; etc.; plurale in Os. 31 = B. M. 32, v. 4; O. M. 5, v. 9; 6, v. 10; in titulo Glaseriano 826 apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 11.

Plurimis deficientibus, reliqua sic verte :

1 . . . . . *ne]potes Marthadi et Ḳaiḥâni, condi[derunt, et* . . . . . .
2 . . . . . *concedat ipsis] plenitudinem potentiarum et auctoritatum* . . . . . .

152

Glaser, 135.

Duas lapidis partes conjunctas eidem muro insertas Ed. Glaser invenit. Quum scriptura eadem sit ac in præcedentibus, fieri potest hæc fragmenta, ex uno et eodem titulo oriunda, unum altero partim compleri.

In apographo Glaseri legitur :



Quæ hebraicis litteris :

1 . ת | אס . ן | ובנהו | שרחאלב
2 מכרבן | מופיהמו | והמרהמו | אלן |

Versus 1. מת[הינ suspicamur, quum prima littera *tâ'o* vel *mîmo* similia præbeat; cf. tit. 75 v. 1; 121 v. 2. — Cognomen ethnicum *alifo* incipiens et *nûno* determinativo terminatum additum est, fortasse אקינן «Aḳyânensis»; cf. tit. 115 v. 2; 118 v. 1 et 2; 119 v. 2. — Nomen filii Šaraḥ'îl (cf. Îlšaraḥ) rarius quam Šaraḥbe'îl (vide tit. 130 v. 2) et quam Yašraḥ'îl occurrit. Unicum exemplum, ni fallimur, apud Halevy 504, v. 1, in titulo Minæorum, commemorare licet. Apud Arabum genealogiæ indagatores mirare formam utramque شراحيل et شرحبيل. — Deinde בנו[| «nepotes» conjicimus.

Versus 2. Post mentionem consecrationis ædes ipsæ מכרבן = المكراب appellantur, hoc est «templum»; cf. quæ de hac radice Ed. Glaser in suis *Mittheilungen*, p. 80-83, optime disseruit. — מופיהמו | והמרהמו «patrono et donatori suo» vertimus, quum duo participia, illud secundæ formæ, hoc primæ agnoscamus. Deus præses urbis et gentis sic designatur, sequente אלן «deus», cum *nûno* determinativo. אל nominis appellativi instar usurpari, supra, p. 20, demonstravimus; vide etiam exempla, p. 34, 40, 69, 77. Fractura lapidis nomen divinum desideratur.

Lege et verte, si lubet :

1 הינ[מת | אק[ינ]ן | ובנהו | שרחאל [|] בנו | ..... | הק
2 ניו |] מכרבן | מופיהמו | והמרהמו | אלן | .....

1 *Haina]mat Alḳ[yân]ensis et ejus filius Śaraḥ'il[,] ne[potes . . . . . .i, conse-*
2 *craverunt templum patrono et donatori suo, deo . . . . . .*

ARTICULUS IV.

ḤÂZ.

Urbis quondam magnæ in tituli 212 v. 1, ni fallimur, mentio fit, ubi חגרן | חגים legimus. Decimo Christi seculo, Al-Hamdânî, Ḥâzi, in regione Hamdâni transiens, antiqui paganismi monumenta in hac urbe permansisse animadvertit. Scripsit enim in *Djazîrat al-ʿArab* (ed. D. H. Müller), p. 107, v. 13 et 14 : وحاز قرية عظيمة وبها آثار جاهليّة. Quod oppidum, serius ignobile, a posterioribus Arabum geographis, scilicet Al-Bakrî, Yâḳût, Abû 'l-Fidâ, ne commemorationem quidem obtinuit. Denique nostro tempore Ed. Glaser ibidem ea iterum invenit quæ suo Al-Hamdânî commendaverat. Omnes Ḥâzenses titulos summis domuum muris insertos Glaser vidit, ut incolarum saluti providerent ipsosque a serpentum punctibus et dæmonum noxis servarent. Nescimus an titulus 68 (supra, p. 97-98) Ḥâzo Constantinopolim advectus sit; vide *Musée impérial ottoman; Antiquités himyarites et palmyréniennes; Catalogue sommaire* (Constantinople, 1895), p. 35, sub nº 43. Compertum est titulum 158 (Glaser, 141) inde Constantinopolim pervenisse; cf. *ibid.*, p. 36, sub nº 46.

153

Glaser, 136.

(Tab. XXIV.)

Lapis, $0^m,22$ altus, $1^m,15$ latus, super portam mosquitæ, Masdjid Al-Baḥsalî dictæ, inter meridiem et occidentem vici extrinsecus sitæ, muro insertus est. Ectypum chartaceum, a Glasero confectum, in tabula vicesima quarta luce solis expressum invenies. Textus, sine interpretatione, editus est in Glaser, *Mittheilungen*, p. 42.

Hæc in tribus versibus leguntur :



Versus 1. Nomen primum רבשמסם sic in tituli 145 v. 1 occurrit, ubi אשוע itidem sequitur. — Prior inter «duos filios ipsius» סעראום nuncupatur; cf. D. H. Müller, *Himjarisches Bild und Inschrift*, in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 115-116; O. M. 1, l. 1, in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 10 et 12. — Ejus cognomen יעגם «prædans» idem sonat ac apud Arabas nomina propria غَنْم «præda», غانِم et غنّام «prædo», necnon *kounya* ابو الغنائم «pater prædarum». Idem nomen, cum eodem cognomine, in tituli 208 Glaseriani, nostro simillimi, ni fallimur, restituendum. — Filius alter רת]דאל; cf. Hal. 190, v. 13; 271, v. 1 et 4; 480, v. 1; 509; necnon רתרתון in tituli 1 v. 1, et רתדרימן in tituli 102 v. 2.

Versus 2. Post mentionem ædificationis (| כראו והשקרן; cf. tituli 6 versum 3), restituimus תהמו בי]

«castellum suum», auctore Glasero in *Mittheilungen*, p. 42. Cf. tituli 154 versum 2. — Nomen castelli בכרם, in tituli 37 v. 4, nomen hominis; cf. alterum hominis nomen יבכראל apud Hal. 509. Pronuntiationem Bukur Glaser commendat. — ומקם | ברדא «ope et auctoritate»; cf. eamdem vocabulorum consecutionem in titulis 40, v. 5; 46, v. 5; inversam וב|מקם|ורדא in O. M. 20, v. 3 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 71-72). — Deinde princeps a voti compotibus commemoratur, nempe «dominus suus» Sakhmân Yuhaṣbiḥ, vel, quemadmodum in tituli Glaseriani 208 v. 3 plenius appellatur, Sakhmân Yuhaṣbiḥ, Bataʿensis. De tribu Sukhaimo (סחים), de urbe Šibâm Sukhaim et de Sukhaimensibus, occasione titulorum 8 et 24, supra, p. 20-21 et 37, disseruimus. — Cognomen יהצבח, e tituli Bardeyani 2, nunc in Museo Luparensi, v. 2, jamdudum nobis cognitum, cum nominibus propriis יצבח in tituli 11 Academiæ versu primo, apud J. et H. Derenbourg, *Études*, I, p. 64-65, necnon צבח (صباح) ejusdem originis colligimus, de quo cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 136; Th. Nœldeke, *Geschichte der Perser und Araber*, p. 191; Fr. Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 117; I. Guidi, *Tables alphabétiques du Kitâb al-agânî*, p. 204. — Comple postea בן | בתע, sicut in tituli Glaseriani 208 versu 3. — Suadente Glasero litteris privatis die 26mo julii 1897 scriptis, conjicimus deinde ורתדו «et commiserunt».

Versus 3. Loco *râ'i* dubii initio *tâ'um*, quum בי[תהמו «castellum suum» (cf. v. 2) contextui conveniat, adscisci mus. — עתתרשרקן, deus ædificiorum protector, alias usitata separationis linea hic caret. — «Patronus ipsorum» est, ut solet, Ta'lab Riyâm; vide supra, p. 7. — Quum post *wâwum* Ed. Glaser *mîmum* in lapide oculis assecutus sit, monumentum etiam sub præsidio Nympharum aquam ipsorum puteis suppeditantium positum esse et titulum vocabulo ומנצחתהמו terminari opinamur; cf. אביתהמו | מנצחת in tituli 40 v. 5, et quæ illic adnotavimus; necnon מנצחהמו in tit. 149 v. 2, et מנצחתה[מו in tituli Glaseriani 289, nunc 94 Musei Britannici, v. 5, apud H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, p. 9-10. Cf. etiam *Musée impérial ottoman, Antiquités himyarites*, p. 35.

Titulum sic legimus et vertimus :

1 רבשמסס | אשוע | ובניהו | סעראום | יעגם | ורת[ראל | ..... | בראו | והשקרן | בי
2 תהמו | בכרם | ברדא | ומקם | מראהמו | סחמן | יהצבח [| בן | בתע | ורתדו | בי
3 תהמו | עתתרשרקן | ושימהמו | תאלב | רימם | ומ[נצחתהמו

1 *Rabbšams Ašwaʿ, et filii gemini ipsius, Saʿdawwam Yagnam et Ratha[d'îl . . . . . fundaverunt et texerunt cas-*
2 *tellum suum Bukurum ope et auctoritate domini sui Sakhmâni Yuhaṣbiḥ [Bataʿensis, et commiserunt cas-*
3 *tellum suum ʿAthtaro Orientali et patrono suo Ta'labo Riyâmo, et Nym[phis aquam suis puteis suppeditantibus.*

154

Glaser, 137.

De hoc titulo Glaser nihil refert, nisi eum super lapidem, $0^{m},20$ altum, $0^{m},80$ latum, scriptum esse. Titulum Glaser sine interpretatione in suis *Mittheilungen*, p. 29, edidit.

Ejus apographum hæc exhibet :



Versus 1. Versus a dextera fere integri videntur. Primum nomen proprium נעם complemus, etsi ita decurtatum in titulis Yemeni nondum occurrit; cf. nomen viri נָעַם, I *Chron.*, IV, 15. — הען; vide tituli 2 v. 1. — סעדשמסם; cf. titulos 3 v. 1; 9; 102, v. 2. — כרבעתת; cf. tit. 2 v. 1. — Comple שנ[חן; cf. | עמאנם | שנחן | בן in tituli Glaseriani 830, v. 17, de quo vide J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 13, 19 et 69; D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Abessinien* (Wien, 1894), p. 77-80; Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 42-46 et 55. Vide etiam שנח, probabiliter nomen proprium, apud Hal. 667, v. 2; gentem سنحان in Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 73, 84, 136, 251; مخلاف سنحان apud Yâḳût, *Muʿdjam*, III, p. 163; IV, p. 439 et passim; F. Wüstenfeld, *Jemen im XI.* (XVII.) *Jahrhundert*, p. 120. — Supple deinde verba ad constructionem pertinentia | בראו | והשקרן vel similia, sicut in tit. 153 v. 1.

Versus 2. Post ביתהמו (cf. tit. 153 v. 2), castellum ædificatum נעמין, hoc est Naʿamense, quum Naʿam inter ejus conditores primus commemoretur, appellatur. — Post רימם conjicimus בעל, sequente sacrarii designatione, fortasse שצרם = شصّريم, quo nomine locus etiam nunc appellatur; cf. Glaserum in *Petermann's Mittheilungen*, 1884, p. 204. — Sub fine supple : מרא | וב, versu tertio incipiente a suffixo המו.

Versus 3. « Dominus ipsorum » Naša'karîb Yaz'an Bataʿensis nominatur; cf. tit. 187 v. 1. Cognomen יזאן incliti Ḥimyaritarum herois Dhû Yazan memoriam revocat, de quo vide in primis Th. Nœldeke, *Geschichte der Perser und Araber*, p. 220, adn. 4. Orthographia cum inserto *alifo* itidem in Glaser 618, v. 86, occurrit, ubi יזאן nomen tribus, cujus populus in eodem titulo, v. 16, אזאנן appellatur; cf. Ed. Glaser, *Zwei Inschriften über den Dammbruch von Mârib* (Berolini, 1897), p. 32, 35, 43 et 49. Vide etiam quæ Ibn Doraid, *Ištiḳâḳ*, p. 310, v. 14-16, attulit.

Lege igitur et verte, si lubet :

1 נ]עם | והען | וסעדשמסם | וכרבעתת | בנו | שנ[חן | בראו | והשקרן

2 ביתהמו | נעמין | במקם | שימהמו | תאלב | רימם [| בעל | שצרם | וב | מרא

3 המו | נשאכרב | יזאן | בן | בתע

1 *Naʿam, et Haʿân, et Saʿdšams, et Karîbʿathat, San[ḥân]enses[, condiderunt et texerunt*
2 *castellum suum Naʿamense, auctoritate patroni sui Ta'labi Riyâmi[, domini Šaṣṣarîmi, et principis*
3 *sui Naša'karîbi Yaz'an Bataʿensis.*

155

Glaser, 138.

Primi versus ima aliquot characterum vestigia tantummodo supersunt. Characteres minimos lapidi incisos Ed. Glaser coram lapide exscripsit; quod apographum hic publici juris fieri curavimus.

Hunc titulum ediderunt : Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 59 (cf. p. 3). — Iterum, cum versione germanica et commentatione historica, id., *Die Abessinier in Arabien und Africa*, p. 103-105. — J. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 18. — J. Halévy, in *Revue sémitique*, IV, p. 78-79. — H. Winckler, *Die sabäischen Inschriften der Zeit Alhan Nahfan's*, p. 11-12.



Versus 1. Reliqua Ed. Glaser sic restituit : | ב[רת | הושעהמו | בהית | סבא[ת]ן | ו . . ק, vertens germanico sermone : «zum Danke dafür, dass er sie emporhob (auszeichnete) duch diesen Feldzug und . . . . . .» Eadem commendaverat J. H. Mordtmann, *loc. cit.* Ante ברת supplendum esse חמרם, sicut in versu 2, persuasum habemus. Post mentionem donatorum et post enumerationem donorum quibus deum victoriæ præsidem, probabiliter Ta'labum Riyâmum (cf. nostram ad versum 2 adnotationem) coluerunt, testimonia auxilii divini enumerantur. Quoad verbum הושע = hebraicum הושִׁיעַ «liberavit, servavit», cf. quæ ad tituli 28 v. 4 adnotavimus. — Mordtmanno et Glasero assentientes, | בהית סבאתן «in hac expeditione» vertimus; cf. tituli Academiæ 14mi v. 4 et 15, apud J. et H. Derenbourg, *Études*, I, p. 76 et 77; O. M. 12, v. 14, in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 52, restitutum. — Legimus deinde ו[הו]פי[המו «et tuitus est ipsos», continuationem verbi הושעהמו, ceteris deficientibus.

Versus 2. Ante טורו | conjunctionem בכן «quum» supplemus. Quod attinet ad טורו, verbi טורהמו in tituli Academiæ 14mi v. 8, et טורו probabiliter in tituli nostri 131 v. 5, necnon substantivi usitatissimi תטור «arx, munimentum», memores, «muniverunt» intelligimus et «protexerunt» vertimus. Pars subjecta est אחמרן «Ḥimyaritæ». A verbo pendet accusativus infinitivi אתים = أَتْيًا «venire, incurrere». Ḥimyaritæ, «e regione sua Ḥimyaro» impetum facientes, opere munito (מצנעתן), Dhât al-ʿArimo «domina molis» dicto, curaverunt agmen subsidiorum suorum procedens ab hostibus non turbari. Dissimilia vide apud Mordtmannum, Glaserum et Winklerum; ille : «es bedrängten die Himjaren in der Veste דתערמן (ذات عَرِمَيْن?) als sie aus dem Lande Himjar kamen (آتِيًا من أرض حمير)»; Glaser et Winkler : «[als] sie belagerten die Ḥimjaren in der Festung Dât el-ʿArim, ankommend aus dem Lande Ḥimjar». Lectionem Dhât al-ʿArim Glaserianam commendamus, quum Yemeni littora, molibus lapidum acervatorum a fluctuum injuria protecta, nulla calamitate damna tetriora passa sint quam ruptis molibus. Recordare exundationis horrendæ Ma'ribensis, quam Arabum historici سيل العرم «torrens molis» (cf. *Coranum*, XXXIV, 15) appellaverunt et lege quæ de ea Caussin de Perceval (*Essai*, I, p. 16 et 85) retulit. Nomen appellativum ערמן «moles» in Glaser 554, v. 6, 24, 62, 64, 67 et 72, necnon in Glaser 618 v. 43, 60, 68, 81, 111 et 118 adhiberi nunc constat; cf. Ed. Glaser, *Zwei Inschriften über den Dammbruch von Mârib*, p. 7-17, 33-52. חמירם | ארץ | בן, cf. eadem O. M. 12, v. 14, apud Mordtmannum et Muellerum, *Sabäische Denkmäler*, p. 48. — Sequitur ו[ח]מרם | ברת «et propterea quod» (cf. v. 1), ante תא, duas primas vocabuli, cujus finis desideratur, litteras positum. Glaser et Halevy : תא[יד; Mordtmann תא[ול, vel תא[ולו; Winkler et Hommel : תא[תם, ex eadem radice ac אתמת versus 3. Meliora desperaremus, nisi verbum, post חמרם | ברת necessarium, sive a tituli exscriptore, sive a lapicida, omissum esse conjiceremus. Si hæc probas, post חמר «largitus est» additum, quod cum duplice accusativo construitur, in תא initium nominis divini תאלב Ta'lab agnosce. — Doni compotes sunt : 1° המו[מלכ | אתמת; 2° אחהו | אתמת.

Versus 3. Quum המו[מלכ «rex ipsorum» nullus alius esse possit nisi ʿAlhân Nahfân, rex Sabæorum, ut Glaser, המו[מרא «dominus ipsorum» legens, recte vidit, quid sonet אתמת quærimus. Supra, p. 59, de אתמה | אתם in tit. 37 v. 6 disserentes, hac radice ædificium et præcipue ædes sacras designari contendimus. Similia vide, occasione tit. 131 v. 1. Hic patet non de constructione agi, sed de regis defensoribus, quibus Ta'lab favit. Mordtmann : «אתמת muss Heer oder dergleichen bedeuten.» Glaser : «Die Gefolgschaft (?).» Legitur in lexico arabico *Lisân al-ʿArab*, s. r. ا ت م : اذا اصله أَتَمَ يَأْتِمُ جمع بين شيئين ومنه سُمّى المَأْتَم لاجتماع النساء فيه; cf. Lane, *An Arabic-English Lexicon*, p. 13-14. Consequitur radici אתם significationem inhærere congregationis cujusque, sive hominum, militesne sint an urbium incolæ, sive materiarum et lapidum quibus ædes, præcipue sacræ, constant. Vide verbum אתם «conjungere, consociare» in titulo Glaseriano Riyâmensi 1359/1360, v. 5, apud Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 68 et 69. Inde stipatores regis, circa eum copiis præpositi, plurali אתמת designantur. Dissimilia vide apud Winklerum : «dass gesichert wurde die Wolbehaltenheit ihres Herren und die Wolbehaltenheit seines Bruders.» — ʿAlhân Nahfân nec genere, nec affinitate, sed belli societate et communi utilitate adducitur ut cum «fratre suo Yadaʿʾabo» fraterne conspiret. Sic Glaser : «der Gefolgschaft seines Bruders (Verbündeten)». — ב.לן, cognomen Yadaʿʾabi, corrige certo in עילן, collatis Hal. 423, v. 2, et fœdere inter Sabæos et Ḥadramautenses, ubi idem «rex Ḥadramauti» occurrit; vide Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 13 et 18; D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Abessinien*, p. 77 et 79; Ed. Glaser, *Bemerkungen zur Geschichte Altabessiniens*, p. 21; ejusdem *Die Abessinier*, p. 42, 44, etc.; *Musée ottoman. Antiquités himyarites*, p. 41. — Post stipatores regum amborum, in

pugna «fratrum», commemoratur exercitus uterque, victoriæ et prædarum particeps. Cum duali חמסיהמו collige חמסיהו in tituli Glaseriani 825 v. 3, 16, 20, apud J. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 5; statum absolutum dualis חמסנהן in ejusdem tituli v. 7 et in O. M. 5, v. 5, apud Mordtmannum et Muellerum, *Sabäische Denkmäler*, p. 22 et 24, necnon fortasse singulare חמסן in O. M. 9, v. 6, *ibid.*, p. 35; certo plurale אחמס in Glaser 1359/1360, v. 7, 8, 11, apud Glaserum, *Die Abessinier*, p. 68-69; cf. p. 77-79. Glaser : «beide Söldnerheere». Magis generaliter vertimus : «et geminis exercitibus eorum». — Mordtmannum et Glaserum secuti, dein legimus : | חמס | מלך | סבא | וחמ[ס | חצרמות | מלך non dubitanter complemus.

Versus 4. A verbo חמר additicio pendet accusativus alter, scilicet fortasse צדקם | [מהרנת «cædes eximias»; cf. supra titulorum 76 v. 7, 78 v. 5, 79 v. 6, necnon O. M. 5, v. 6; 7, v. 5; 8, v. 1, in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 22, 24-25, 29, 32. Nec infitiamur fortasse צדקם | [מנלת «facultates eximias» esse legendum, de qua locutione vide quæ ad tit. 29 v. 5 adnotavimus. — Pars subjecta verbi sequentis ריהרצינהמו est deus Ta'lab, quemadmodum Mordtmann et Glaser agnoverunt, obliti ambo verbum non in perfecto, sed in imperfecto adhiberi. Mordtmann : «das er ihnen bescheerte»; Glaser : «mit denen er sie begünstigte». Collatis O. M. 8, v. 5 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 32) et tituli Glaseriani 825 v. 23 (Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 5), vertimus : «quas ipsis concedit». — ומקימתם | ובני | א[א]רנם liquet; cf. quæ ad tituli 151 v. 2 adnotavimus. — Nova propositio, seriem exsecrationum in hostem continens, incipit a תבר | ל[ו «et frangat»; cf. tituli 2 versus 17 et 18; et simillima in tituli Glaseriani 826 v. 3, apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 11. — Sequitur, auctore Mordtmanno, והת[ל]פ[ן «et perdat»; cf. arabice أَتْلَفَ. — Quoad הלקחן, cf. לקח Hal. 48, v. 9; حرب لاقح «bellum grave; أَلْقَحَ بينهم الشرّ «compulit inter eos malum»; præcipue hebraicum לָקַח «capere» et deinde «auferre, amovere, arcere». — וברען, Mordtmannum et Glaserum secuti, in וצרען «et comprimat» mutamus; cf. tit. 2 v. 18. — Post hæc lege, auctore Glasero : כ[ל | שנא | שעבהמו «omnem hostem tribus ipsorum». Ima primæ litteræ *kâfi* vestigia manent.

Versus 5. De tribu Ḥumlân, cf. tit. 180 v. 2, 187 v. 3, 195 v. 7, 238; Glaser 825, v. 8 et 11, apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 9; Winkler, *Die sabäischen Inschriften*, p. 13. — Invocantur tandem solito more dii propitii, præpositione *bâ'o* antecedente; cf. 'Athtarum, Haubasum et Îlmaḳḳâhum itidem cohærentes in tit. 43 v. 3 et 4 et in exemplis quæ supra, p. 73, congessimus. — Îlmaḳḳâh epitheto תהון cognominatur, quod Fr. Hommel litteris die 8° octobris 1897 scriptis nos monet in titulo Glaseriano 1546, Vindobonæ nunc servato, pariter occurrere. Epigraphiæ Yemenensis thesauros, nuper illuc advectos, D. H. Müller mox palam explicabit. — Alterum dei nomen בעלם תור legendum videtur, quod autem Mordtmann in רעלם | תור «Thaur 'Alamensis» corrigere velit, collatis nostrorum titulorum 40 v. 4, 41 v. 3 (cf. etiam tit. 140 v. 2); rem in dubio linquimus. H. Derenbourg בעלם | תור legit, interpretaturque «Taurus Ba'alis» quod nomen idem esse putat ac græcum vocabulum Ταυροβόλος; cui non assentimur. — Quamvis דת apographo absit, non cunctamur quin חמים [| ו[דת legamus, sequente בערנם | ו[דת, quum dea utraque post deos commemorari soleat; cf. tituli 18 v. 2. — Vocabula, quibus enumeratio numinum propitiorum continuabatur, nunc desiderantur.

Si præmissa probas, initii sensum, sin minus verba, sic restitue, dein lege et verte :

[עלהן | נהפן | מלך | סבא | ובניהו | ואחהו | ידעאב | עילן | מלך | חצרמות | הקניו | שימהמו | תאלב | רי
מס | בעל | שצרם | צלמן | דדהבן | המדם | ב[רת | הושעהמו | בהית | סבא[ת]ן | ו[הו]פי[המו | .....
בכן] | טורו | אחמרן | במצנעתן | דתערמן | אתים | בן | ארץ | המירם | ו[ה]מדם | בדת | [המר |] תא[לב | אתמת
מלכ]המו | ואתמת | אחהו | ידעאב | עילן | מלך | חצרמ[ו]ת | וחמסיהמו | חמס | מלך | סבא | וחמ[ס | מלך | חצרמות
מנלת *vel*
מהרנת] | צדקם | ריהרצינהמו | וברי | א[א]רנם | ומקימתם | [ו]ל | תבר | והת[ל]פ[ן | ו]הלקחן | וצרען | כ[ל | שנא | שעבה
מו | המלן | בעתתר | והבס | ואלמקהו | תהון | ותור | בעלם | בעלי | אום | ו[רת |] חמים | ו[רת | בערנ]ם | ו.....

[*ʿAlhân Nahfân, rex Sabæ, et ipsius filii, et ipsius frater (confœderatus) Yadaʿʾab Gailân, rex Ḥaḍramauti, consecraverunt patrono suo Taʾlabo Riyâ-*

1 *mo, domino Šassarîmi, hanc statuam auream, propterea qu]od servavit eos in hac expedi[ti]one et [pro]-texit [eos . . . . . ,*

2 *quum] muniverunt Ḥimyaritæ arce Dhât-ʿArimo viam (ducentem) e regione Ḥimyaro; et [prop]terea quod [largitus est] Taʾ[lab stipatoribus*

3 *regis] eorum et stipatoribus ejus fratris (confœderati) Yadaʿʾabi Gailâni, regis Ḥaḍrama[u]ti, et geminis exercitibus eorum, exercitui regis Sabæ, et exerci[tui regis Ḥaḍramauti*

vel *facultates*

4 *cædes] eximias, quas ipsis concedit, ac plenitudinem potentiarum et auctoritatum. Et frangat (Taʾlab), per[dat]que, amoveat[que], et comprimat om[nem hostem tribus ip-*

5 *sorum] Ḥumlâni. Nomine ʿAthtari, et Haubasi, et Îlmaḳḳâhi Thahwâni, et Thauri Baʿali, dominorum amborum Awwami, et (nomine) [Dhât] Ḥimyami, et [Dhât Baʿdân]i, [et . . . . . .*

156

Glaser, 139.

Ed. Glaser hæc duo vocabula e lapide exscripsit, de quo nihil nobiscum communicavit :

ᎿᏉᏓᎿᏕᏕ | בן | סקרן | *Saḳrânensis*

J. H. Mordtmann litteris privatis nos monet in altero hujus tituli apographo, quod Ḥayyim Ḥabšuš (cf. Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 49), exscripsit, hæc legi : | בנו אד[ם | סקרן « Saḳrânenses, vassa[li », et Saḳrânenses in titulis Glaserianis 205 v. 2, et 218 itidem occurrere. Colligendum etiam منقل سقران apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 69, v. 14, de quo vide Adnotationes (II, p. 59).

157

Glaser, 140.

Hæc pauca sine commentario nobis Ed. Glaser tradidit :

ᎿᏉᏓᎿᏕᏕ | זהר | חיל

Vox altera dilucida חיל « vis, vires ». זהר obscurius. Huic radici notio splendoris in omnibus semiticis linguis inhæret. Cf. nomen proprium tribus hominisque זהרם in tit. 160 v. 2; Glaser 219 v. 2; 242 v. 2; 265 v. 7.

158

Glaser, 141.

(Tab. XXV.)

Lapis calcarius, 0m,31 altus, 0m,55 latus, ab Eduardo Glaser in occidentali castelli (قصر) muro Ḥâzi olim dispectus, nunc in Museo antiquitatum Constantinopolitensi servatur; cf. *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites et palmyréniennes. Catalogue sommaire* (Constantinople, 1895), p. 36, sub numero 46. Titulus tribus versibus a dextera et a sinistra mutilis constat. Characteres emblematum instar e lapide eminent, sicut in titulis ad architecturam pertinentibus sæpe exsculpuntur.

In tabula nostra vicesima quinta ectypum chartaceum, quod nostri Ḥamdî-Bey officio debemus, luce solis expressum invenies.

Hæc leguntur :

1 ן | ילער | בן | שׁרחם
2 צ̇יחן | ונקז | והקשׁ
3 א | שׁימהמו | תאלב

Versus 1. Cognomen lege יגער, collatis tituli 20 v. 3, fortasse etiam tit. 143 v. 2; 164 v. 1; 166 v. 1; certo O. M. 7, v. 1 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 29 et 30). Nomen in *nûn* desinens ignoramus. — Quoad patrem voventis, cf. שׁרחם | אימן | בן | המדן in tituli Glaseriani 885 v. 3, apud J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 38-39. שׁרחם | אימן vide etiam in titulis Glaserianis 77 et 272, v. 3.

Versus 2. Comple : ב | עדב «reparavit in», vel simile aliquid. — ציחן Ṣaiḥân, nomen urbis, de qua Mordtmann et Mueller disseruerunt; vide *Sabäische Denkmäler*, p. 64. — נקז in ejusmodi contextu supra, p. 33, in נקב corrigendum esse suspicati sumus. Exemplo nostri tituli (cf. Glaser 260, v. 2) monemur lectionem נקז plus valere. Vertimus : «et puteo instruxit», ad radicis arabicæ ن ق ز sensus nonnullos respicientes; cf. ما لفلان بموضع كذا نُقْزٌ «deest ei in hoc loco puteus»; أَنْقَزَ الرجلُ «continuo bibit aquam puram et dulcem quæ النَّقِز dicitur». Nec obliviscere cujus momenti sint apud Sabæos dii aquam puteis suppeditantes. — Tertio verbo והקשׁ[ב «et restauravit» series continuatur; vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 62. — Sequebatur ביתהו «domum suam», cujus nomen deinde indicabatur. — Postea במקם | ורד]א «auctoritate et ope» addimus, titulo O. M. 20, v. 3 (*ibid.*, p. 71) freti; vide etiam quæ ad tituli 153 v. 2 adnotavimus.

Versus 3. «Patronus ipsorum», nempe Hamdânensium, est Ta'lab Riyâm, dominus sacrarii, fortasse Šaṣṣarîmi (שׁצרם), quod in tit. 154 v. 2 commendavimus.

Omnibus bene perpensis, hæc legenda et vertenda suademus :

1 .....ן | יגער | בן | שׁרחם [| אימן | בן | המדן
2 עדב | ב]ציחן | ונקז | והקשׁ[ב | ביתהו | ..... | במק
3 ם | ורד]א | שׁימהמו | תאלב [| רימם | בעל | שׁצרם

1 .....*n Yag'ar, filius Šaraḥi [Aimani, Hamdânensis,*
2 *reparavit] Ṣaiḥân[i], et puteo instruxit, et restau[ravit domum suam.....um, auctori-*
3 *tate et o]pe patroni ipsorum Ta'labi [Riyâmi, domini Šaṣṣarîmi.*

159

Glaser, 142 et 143.

Hæc super lapidem, occidentali Ḥâzi muro insertum, leguntur :

מנצחהמו | בעל | ו

Collato tituli 47 versu 2 (vide etiam tituli 41 v. 3), vertimus :

et] *dei sui aquam puteis suppeditantis, domini W*[. . . . . .

Quod titulo Glaseriano 143 apposito, hæc tantummodo continente |ה, hebraice |א, scilicet, ni fallimur, אל, completur, quum ואל = وائل, nomen tribus arabicæ, in titulis non semel reperiatur; cf. Halévy, *Études sabéennes*, p. 187, n° 47, v. 3; Halévy, 48, v. 7; 93 (ואלם); fortasse 359, v. 4 (ובלם), et recordare nominis proprii hominis מואלת in titulo XLVIII, apud D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, p. 53; J. H. Mordtmann, *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 59, qui مُوَّالَة apud Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 160, æquiparat. Vide etiam بنو وائل et بنو بكر بن وائل apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 153, 169 et 176 (cf. F. Wüstenfeld, *Register*, p. 110, 458-459); necnon وائل بن حجر, regem Ḥaḍramauti, *ibid.*, p. 458-459. Nec infitiamur titulos Glaserianos 142 et 143 fortasse unum ab altero sejungendos esse. Si hæc mavis, respice ad |[בע[ל | מנצ]חהמו וכלם in tituli Glaseriani 220 v. 3, quo vox ultima tituli nostri compleretur.

Si titulum utrumque conjungis, sic lege et verte :

ו]מנצחהמו | בעל | ואל

et] *dei sui aquam puteis suppeditantis, domini Wâ'ili.*

160

Glaser, 144.

Lapidi characteres parvos incisos esse Ed. Glaser asseverat, nihilque aliud de hoc titulo, quem nostra gratia coram lapide exscripsit, nobiscum communicavit. Hæc in apographo continentur :



Versus 1. Initium versus desideratur. [In ejus reliquis וב[ניהמ]ו | ואחיהו « et ejus fratres, et filii eorum » præsentimus. — אחשדן « Ḥâśidenses » (cf. O. M. 15, v. 2 et 5), itidem formatum ac אחמרן « Ḥimyaritæ » et אמענן « Minæi » interponimus. Ḥâśid (חשדם) tribus maxima erat, cui Hamdânenses et ideo posteri eorum Bataʿenses annumerabantur; vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 4, 44-45; Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 25; Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 64-65; necnon tit. 173 v. 1.

Versus 2 et 3. Nomen tribus תהרם, clauso *tâwo* (X) et in *zâyum* (X) converso, arabicis tribuum nominibus زَهْر, زُهْر, زُهْرة, زَهْران, زُهَيْر assimulandum; vide Ibn Doraid, *Istiḳâḳ*, p. 342; Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, Index historicus, p. 144; Wüstenfeld, *Register*, p. 465 et 476; necnon זהר tituli 157 et exempla nominis proprii זהרם supra, p. 219, allata. — Quæ sequuntur liquent, nempe הק[ניו | שימהמו | תאל]ב | רימם | בעל | צלמן | ד[ו | שצ[ר]ם « consecraverunt patrono suo Ta'labo Riyâmo, domino Śaṣṣarîmi, hanc statuam ».

Versus 4. Collato tituli 2 v. 4, legimus deinde : ע[בדה]ו | תאלב | וקה | חגן. « quia exaudivit Ta'lab servum suum », servi nomine posthac enuntiato.

Versus 5. Proponimus טר[דס. Dhû-Saṭr, quum urbs Saṭr in Hal. 526, v. 2, occurrat, tribusque Saṭr ibn Mâlik ab Al-Maḳrîzîo commemoretur; cf. *El-Macrizi's Abhandlung über die in Ægypten eingewanderten arabischen Stämme* (ed. F. Wüstenfeld), p. 15 et 55. Quo nomine proprio titulus integer initium sumpsisse persuasum habemus. — Nihil dubii quin במסאמהו in במסאלהו « ob preces ad eum » sit corrigendum; cf. titulorum 2 v. 5, 74 v. 3, 75 v. 5 et 6, etc. — *Wâwum* alterum complendum esse suspicamur חמ[ד]ם | בדת « propterea quod » antecedentem.

Versus 6 et 7. Lege certo : [|] א[מ]לא | בכל | הופיהו סתמלא « tuitus est ipsum in omnibus votis quæ ut explerentur petiverat », collato ejusdem tit. 2 v. 9. — Post decimam formam סתמלא præpositio בעם, cum suffixo הו ad deum pertinente, adhiberi solet; cf. Fr. Hommel, *Süd-Arab. Chrest.*, p. 51. Mirare, si apographo confidis, hic מעמהו, sicut in hebraico sermone, loco usitati בעמהו, positum; vide exempla apud Sabæos præpositionis מן pro בן, *ibid.*, p. 50. — Nova propositio incipit a ול | [סעד]המו « Et utinam concedat iis », sicut in tituli 88 v. 9.

Versus 8. Sub obscuro התים (ΔΥΦΗΥ) clarius חטים

(𐩣𐩺𐩹𐩢) latere perspicuum. Post «gratiam» dei, Dhû-Saṭr «bona legitima» (מנלת | צדקם) sibi et suis implorat; cf. analoga in tituli 28 v. 5.

Versus 9. Ni fallimur, errante paululum scriptione, legendum est : ור]צו [|] אמראהמו | בני | בת]ע «et favorem dominorum ipsorum Bataʿensium»; cf. iterum tituli 88 finem, necnon tituli Glaseriani 868 versus 7 et 8, apud J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 29.

Versus 10. Comple et emenda : ושע]בהמו | חשד]ם | «et tribus ipsorum Ḥâśidi»; quum tribus Ḥâśid sic cum שעבהמו in multis titulis conjuncta sit, de quibus vide Mordtmannum (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 4 et 5), et quum de Ḥâśidensibus in v. 1 agatur. — Sequitur votum alterum, eodem verbo introductum ול | סעדהמ]ו.

Versus 11. Ante צדקם, supple אתמר «fructus» vel אפקל «messes»; cf. utrumque in tituli 2 v. 15. — Præpositio עדי «intra» mendosis lineis non ita occultatur ut non eam suspicari liceat. — ארצהמו «(intra) terram ipsorum» liquet.

Versus 12. Inter ארצהמו et ומ]שימ]תהמו, tertium substantivum, cujus suffixum המו solum permansit, lapide excessit. Conjicimus : ומרעיתהמו «et prata ipsorum», collato Fresnel 11, v. 3, quum ארצהמו | ומשימתהמו sine tertio ejusmodi vocabulo conjungi soleant; cf. titulorum 2 v. 13 et 14, 75 v. 7 et 8, 77 v. 8 et 9, etc.

Si hæc probas, lege et verte :

אחש	ד̇סטר | ואח̇יהו | וב]ניהמ]ו |	1	*Dhû-Saṭr et ejus fratres, et fi]lii eo[rum, Ḥâśi-*
שימהמו	דן | ב]נו | זהרם | הק]ניו |	2	*denses, ne]potes Zuhri, consecraverunt patrono suo*
צ	תאל]ב | רימם | בעל | שצ]ר]ם | ד̇ן |	3	*Ta'la]bo Riyâmo, domino Śaṣṣa[rî]mi, hanc sta-*
ע]בדה	למן | [] חגן | וקה | תאלב |	4	*tuam,] quia exaudivit Ta'lab ser]vum su-*
ו]חמ]ד	ו | [] ד̇ס]טר | במסאלהו |	5	*um Dhû-Sa]ṭr, ob preces ad eum, [et] prop[te-*
א]מ	ם | בד̇ת | הופיהו | בכל |	6	*rea quod tuitus est ipsum in omnibus [vo-*
סעדה]	לא [|] סתמלא | מעמהו | ול |	7	*tis[,] quæ ut explerentur petiverat ab eo. Et utinam [concedat i-*
ו	מו | חט̇ים | ומנלת | צדקם [|]	8	*is gratiam (suam) bonaque legitima[, et*
בת]ע	ר]צ̇ו [|] אמראהמו | בני |	9	*fa]vorem dominorum ipsorum Bata[ʿen]sium*
סעדהמ]ו	ושע]בהמו | חשד]ם |] ול |	10	*et tri]bus ipsorum Ḥâśi[di;] et concedat i[is*
ומר]	אתמר] | צדקם | [ע]די | ארצ̇המו |	11	*fructus] eximios [in]tra terram ipsorum, [et pas-*
	עיתה]מו | [ומשי]מתהמו |	12	*cua ip]sorum, [et a]gros ipsorum.*

161

Glaser, 145.

Fragmentum lapidis et tituli muro Ḥâzi partim inditorum hæc pauca, auctore Glasero, exhibet :

𐩣𐩠𐩣𐩲𐩹𐩩 שי]מהמו ו ת]אלב *patro[no] ipsorum Ta['labo*

(Impressum mense novembri 1898.)

162

Glaser, 146.

E muro Ḥâzi, cui lapis adhæret, hæc sola emergunt :

ו𐩠𐩧 ד̣הר[ן *Hirrânensi*

163

Glaser, 147.

In eodem externo Ḥâzi muro Ed. Glaser legit :

𐩪𐩣𐩲𐩨𐩨 קול ו] סמעי̣ ו ב[ני *princeps*] *Samaʿitarum, construxit*

Partem tituli Halevyani 84 hic habere nobis videmur. Respice ad titulorum 37 v. 1 et 3, 187 v. 2 et 3, necnon ad similia in Glaser, *Mittheilungen*, p. 10 et 11; in Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 43.

164

Glaser, 148.

Lapis, muro eodem proxime insertus, hæc præbet, quæ nostra gratia Ed. Glaser coram lapide exscripsit :



Versus 1. Voventis nomen cognomenque initio versus desiderantur. Superest ר quo cognomen terminabatur. Restitue fortasse : נשאכרב | אות]ר sicut in titulo Bataʿensium O. M. 11, v. 1, vel, si mavis, יג]ער, collatis titulorum 20 v. 3, 158 v. 1, fortasse 166 v. 1. Sequebatur nostra sententia : ו[בנ]יה[ו |] בנו [| בתע «et ejus filii, Bataʿenses».

Versus 2. Rimas explere facile est. Collatis colligen-

dis, lege : הקניו | שימ]המו | ת[אל]ברימם [|] ב[ע]ל | שצ[רם «consecraverunt domino suo Ta'labo Riyâmo, domino Šaṣṣarîmi». Mirare תאלברימם sine linea separationis; cf. similiter in versu 4, et עתתרשרקן in tituli 153 v. 3.

Versus 3. Adde צלמן | דן «hanc statuam». Cetera, quamquam corrupta, liquent.

Versus 4. Post Ta'labi Riyâmi præsidis mentionem, locutio persæpe adhibita usurpatur : | באמלאסתמלאו בעמהו «in votis quæ ut explerentur petiverunt ab eo». Lineam separationis non interposuimus, quum lapicida eam non semel omisisse videatur. Sic supra תאלברימם; sic nunc ולוזא «et pergat», quod וזא | ול scribi solet; cf. titulorum 78 v. 7, 82 v. 8, 93 v. 2, 95 v. 3. Nomen dei, verbi pars subjectiva, in his quatuor exemplis, verbo proximum, deinde commemoratur.

Versus 5. Hac norma excipiendus est hic titulus, quum vocabulum unum inter ולוזא et Ta'labum interveniat. הו]פי subodoramur, collato tituli 93 v. 3, a quo nescimus an forma plenior הופין sit mutuanda. Nec diffitemur fortasse Ta'labum prius legendum esse, vocabulis errore lapicidæ inversis. Quidquid est, תאלב pro obscura lectione restituatur oportet. Sequitur sine dubio : ולסעד]המו | [באמ]לא[י]סתמלאנן | אדמהו «vassalos ejus in votis quæ ut expleantur petent; et concedat iis». De forma יסתמלאנן, cf. tit. 88 v. 8, 93 v. 5. Lineas separationis hic atque in ולסעדהמו abesse opinamur.

Versus 6. «Princeps eorum» appellatur Rabšams Namir. De nomine רבשמסם, cf. tit. 31 v. 4, 67 v. 8. Cognomen נמרן = النَّمِر «pardus» de homine integro et puro apud Arabas usurpatur. נמרם, nomen hominis in tit. Besson 2, in Museo Luparensi exstantis, apud nos 230 v. 2 occurrit. Cf. נמרן, nomen hominis in tit. 125 v. 1; adjectivum in tit. 103; in tit. 2 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis v. 6; in tit. 282 v. 1 (*Zeitschr. d. d. morg. Gesellsch.*, XXIX, p. 591;) nomen arcis in Hal. 525, v. 1; 538, v. 1; 597; nomen tribuum النمر apud Wüstenfeld, *Register*, p. 335; necnon quæ supra, p. 121, de nomine אנמרם adnotavimus. Princeps Rabšams Namir, adhuc ignotus, ubi et quo tempore regnaverit, nescimus.

Versus 7. Nomen patris ejus in ת[עת desinebat. — Nomen «tribus eorum» præter consuetudinem omissum. — Finis liquet : לאדמ]הו | ותנעמן | נעמת | ולדת «et quia contigit, et ut contingat vassalis ejus»; cf. tituli 95 v. 8.

Lege et verte, si præmissis assentiris :

vel יגע]ר

1 נשאכרב | אות]ר | ו[ב]ני[הו |] בנו [|] בתע
2 הקניו | שימ]המו | ת[אל]ברימס | ב[ע]ל | שצר[ס
3 דן | צלמן] | חמדם | בדת | הופיהמו | ת[אל
4 ברימס | באמלאסתמלאו | בעמהו | ולוזא [|] הו
5 פי[ן] | תאלב | אדמהו | [באמ]לא[י]סתמלאנן | ול[סעד
6 המו | רצו | וחטי | מראהמו | רבשמסם | נמרן | ב[ן |...
7 עת]ת | ושעבהמו | ולדת | נעמת | ותנעמן | לאדמ]הו

vel *Yag'ar*

1 *Našaʿkarîb Auta]r et [ejus fi]lii, [Bataʿ]enses,*
2 *consecraverunt patrono] suo Ta['la]bo Riyâmo, do[mi]no Šaṣṣarî[mi,*
3 *hanc statuam], propterea quod tuitus est ipsos Ta['la-*
4 *b Riyâm in votis quæ ut explerentur petiverunt ab eo. Et pergat tu-*
5 *e]ri Ta'lab vassalos ipsius [in vo]tis quæ ut expleantur petent; et [conced]at*
6 *ipsis favorem et gratiam domini ipsorum Rabšamsi Namiri, fi[lii . . . . . .*
7 *ʿatha]ti, et tribus ipsorum, et quia contigit, et ut contingat vassalis ipsius.*

165

Glaser, 149.

In vico Ḥâzo Ed. Glaser hæc super lapidem, $0^{m},16$ altum, 1 m. latum, exscripsit :

ר]בבם | ורבבם | ור *Ri]yâb, et Rabîb, et R. . . .*

Priorem inter duos רבבם corrigimus in ריבם, collatis titulis 73 v. 1 et O. M. 7, v. 1.

166

Glaser, 150.

Lapis, muro domus Ḥâzi insertus, hæc exhibet, auctore Glasero, qui titulum coram lapide exscripsit :



Versus 1. Tituli principium habemus. — נשׁאכרב; cf. tituli 5 v. 1; 164 v. 1. — נהֻפן; cf. tituli 2 v. 11 et 12, ubi ʿAlhân, ut solet, hoc cognomine ornatur. — Lege deinde יג]ער, sicut in titulorum 20 v. 3, 158 v. 1, fortasse 164 v. 1.

Versus 2. Initio lege באלמקה]ו, sequentibus ובדת|חמים ו]ד]ת|בעדנם, collatis tit. 18 v. 2, 42 v. 2, 43 v. 4, etc.

Versus 3. Post præsides deos et deas «principes ipsorum» commemorantur, nempe דמר]עלי vel דמר]כרב, ceteris nominibus deficientibus.

Lege et verte igitur, plurimis deficientibus :

1 נשׁאכרב | נהפן | יג]ער | .....באלמקה

2 ו | ובדת | חמים | ו]ד]ת | בעדנם | .....ו

3 באמראהמו | דמר]עלי|ו.....

1 *Našaʾkarîb Nahfân Yag[ʿar* ..... *Nomine Îlmaḳḳâh-*
2 *i, et nomine Dhât Ḥimyami, et Dhâ[t Baʿdâni*....., *et*
3 *nomine principum ipsorum Dhamar[ʿalîi, et* .....

167

Glaser, 151.

Muro domus Ḥâzi insertus lapis hæc pauca præbet :

ס[ר]ם כנן ו ע[בד ה[מו ו כננם ו ע[בד *eo]rum Kanin, ser[vus*

כנן, cf. tribus arabicas كِنانة et كُنّة ; necnon nomen collis كَنِن apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 125 et 126.

168

Glaser, 152.

Muro cuidam domus itidem insertus lapis, coram quo Glaser hæc exscripsit :

Suadente Hommelo litteris die 12mo octobris 1897 scriptis, legimus : תעד|רן, sequente, ni fallimur, צ[רחן; cf. D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 65, 66 et 77. Vertimus igitur :

restauravit hanc tur[rem

169

Glaser, 153.

Domus Ḥâzi muro insertum lapidem habet, ubi hæc Glaser coram lapide exscripsit :

ש[עבהמו *tri]bus eorum*

218

Glaser, 202.

Hæc pauca sine commentario ab Eduardo Glaser coram lapide exscripta sunt :

Collatis tituli 160 v. 9 et 19, legimus et vertimus :

וב | אמראהמו | בני | ב[תע | וב | ש[עבהמו | חשדם

et ob dominos ipsorum Ba]ta'e[nses] et ob tri[bum ipsorum Ḥâšidum

---

219

Glaser, 203.

Nihil nobiscum Ed. Glaser communicavit, nisi exscripta coram lapide :

וב | ארמה[ו | *, et ob vassalos ipsi[us*

220

Glaser, 204.

Versus quinque Ed. Glaser in suis *Mittheilungen*, p. 56, edidit. Coram lapide exscripta hæc nobiscum sine commentario communicavit :



(Impressum mense decembri 1898.)

Versus 1. Nomina propria voventium enumerantur, quorum primum in עם, fortasse in נעם, desinit. אבנעם suspicaremur, nisi de femina usurpari soleret; cf. tit. 194 v. 1, necnon נעמיד et ידנעם, nomina feminarum supra, p. 34, et נעמגד, nomen feminæ in tituli Bardeyani 2 v. 1. Inde adducimur ut אום secundam nominis compositi partem esse conjiciamus. Quidni והבאום, sicut in tit. 1 v. 2; 4 v. 1; 24 v. 1 et 3; etc., vel סעדאום, sicut in tit. 112; 153 v. 1; 222 v. 2; 226 v. 2; et in O. M. 1, v. 1? Nec infitiamur לחיעם fortasse supplendum esse; cf. *Zeitschrift der deutschen morg. Gesellschaft*, XXXIX, p. 236. — Cognomen יזל; vide tit. 106 v. 2. — Sequens nomen proprium Mordtmann מחטר legit. Quod, melius desperantes, suscipimus.

Versus 2. Quum aliquot characteres initio versus cujusque desiderentur, complemus deinde ולאי]מם; cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 11. — דחולן, nomen quo dux designatur a tribu sua חולן (v. 3). — Post optimates, tribuum populi objiciuntur, nempe primum Gaimânenses דעי]מן | בנו; cf. tit. 67 v. 9 et 21; 68 v. 1; 69 v. 2.

Versus 3. Etsi aliquid *nûno* simile inter *mîmum* et lineam separationis apparet, non dubitamus quin, tit. 140 v. 4 instar, חמיר]ם ante רדמן sit restituendum; vide ea quæ p. 204 attulimus. — De tribu ירסם, cf. tit. 24 v. 4; 37 v. 6. — Quoad tribum חולן, respice ad tit. 140 v. 5 et ad p. 204 collata.

Versus 4. Principio הקניו «consecraverunt» restituimus, quod liquet. — שצרם sub ירם· latere perspicuum. — Comple certo ד]ן.

Versus 5. Statua (צלמן) deo consecratur, quia (ב]דת) Ta'lab Riyâm servos suos liberavit (הושע). De hoc verbo vide adnotationes ad tit. 1 v. 2 (cognomen יהשע); 2 v. 11 (לשועין); 28 v. 4 (הושענהמו).

Omnibus bene perpensis, titulum sic legimus et vertimus :

1	ס ע ד א]ום | יזל | ומחטר | ו]	*Saʿd'a[wwam Yazil, et Makhṭar, [et*
2	ל א י]מם | ודחולן | ובנו | דעים]ן	*Liʾya]m, et Dhû-Khaulân, et nepotes Dhû-Gaimâ[ni,*
3	ו ח מ י ר]ם | ורדמן | וירסם | וחולן	*et Ḥimyar]i, et Radmâni, et Yarsumi, et Khaulâni,*
4	הקניו]| תאלב|רימם|בעל|[ש]צרם|ד]ן	*consecraverunt] Ta'labo Riyâmo, domino [Ša]ṣṣarîmi, h[anc*
5	צלמן|ב]דת | הושע | תאלב | רימם	*statuam, qu]ia liberavit Ta'lab Riyâm*

221

Glaser, 205.

Hunc titulum intra parietes scalarum in domo incolæ Ed. Glaser sic ibi exscripsit :



Versus 1. אגרם; cf. tit. 20 v. 3; 143 v. 2; 205 v. 2. — Cognomen inauditum יעשב in יקשב mutamus; cf. proprium feminæ nomen קשבת in tit. 95 v. 2, verbumque הקשבו in O. M. 14, v. 2; 31, v. 7 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 62).

Versus 2. Post nomen proprium לחיעתת perspicuum, בני | סק]רן «Saḳrânenses», nescimus in quo contextu, agnoscere nobis videmur; cf. quæ supra, p. 219, ad titulum 156 adnotavimus; cf. etiam tit. 208 et tit. 239 v. 1.

Legimus et vertimus :

1	אגרם | יקשב | ובנ[הו |	*Agur Yuḳšib, cum filiis [suis,*
2	ו | לחיעתת | בני | סק[רן	*. . . Leḥîʿathat, nepotes Saḳ[râni*

222

Glaser, 206.

In media mosquitæ area, quæ صرح (cf. צרחתהמו in tit. 1 v. 4; 132 v. 1) appellatur, Ed. Glaser hæc coram lapide multa damna passo exscripsit :



Versus 1. Nomen proprium שרח[ע]תת novum itidem formatum est ac שרחאל (cf. tit. 152 v. 1 et Hal. 504 v. 1) vel, inverso ordine, אלשרח (cf. p. 201). — Sequitur cognomen cujus prima littera א superest. — Restitue deinde ובני[הו inter versus 1 et 2 intercisum.

Versus 2. Deest primum «ejus filiorum» nomen. — Alterum, ni fallimur, ס[ע]דאום; cf. quæ ad tit. 220 v. 1 adnotavimus.

Versus 3 et 4. Duo inter ejus filios designantur, nomine prioris ab *hd'o* incipiente, alterius in *nûnum* desinente. — Šaraḥʿathat ejusque filii quatuor «nepotes sunt Bataʿi et Hamdâni» (בנו[| בתע | וה[מדן); cf. tit. 2 v. 12; 194 v. 4. — Sub fine versus 4 comple : וב[ניהמו.

Versus 5-10. הקניו «consecrationem fecerunt» sine accusativo rei consecratæ; cf. tit. 181 v. 3-6, ubi eadem quæ hic occurrunt. — In versu 10 mirare שעבהמו, sine mentione tribus cujus sunt Bataʿenses, scilicet Ḥâšidi; cf. tit. 160 v. 10, 172 v. 4 et 190. Cf. similiter nomen castelli omissum in tit. 281 v. 2.

Vers. 11-12. Quæ post Ta'labi Riyâmi ultimam solito more commemorationem scripta sunt spuria serius addita esse persuasum habemus.

Omissis omittendis et completis complendis, titulum sic legimus et vertimus :

1	שרח[ע]תת | א. . . | וב	*Šaraḥ[ʿa]that A . . . . . , et fi-*
2	נ[הו | . . . . . |] וס[ע]דאום	*lii [ipsius N. . . . . ,] et Sa[ʿ]d'awwam,*
3	וה[. . . . . | . . . . . ו . . . .]ן | בנ[ו |	*et H[. . . . . , et . . . . .]n, nepo[tes*

בתע | וה[מדן | וב]ניהמו |	4	*Bataʿi et Ha[mdâni, et fi]lii eorum,*
הקניו [| שימה]מו | ת[אל	5	*consecrationem fecerunt [patro]no suo Taʾ[la-*
ב | רימ[ם | בעל |]שצרם | ל	6	*bo Riyâm[o, domino] Śaṣṣarîmi, ut*
סעדהמ[ו | חטים | ונעמ	7	*concederet ip[sis fa]vorem et felici-*
תם | ומנלת [| צדקם | ול	8	*tatem et bona [le]gitima, atque qui-*
דת | נעמת | ותנעמן | ל[ב	9	*a contigit et ut contingat [ne-*
ני | בתע | ושעבהמו | [ב	10	*potibus Bataʿi et tribui ipsorum. [Nomine*
תאלב | רימם	11	*Taʾlabi Riyâmi.*

223

Glaser, 207.

In media mosquitæ area Ed. Glaser hæc etiam coram lapide exscripsit :



בתאל]ב \| רימם \| וב \| שמ[סהמי *Nomine Taʾla]bi Riyâmi et So[lis eorum.*

224

Glaser, 208.

Lapis formosus, $0^{m},25$ altus, 1^{m} latus, titulum exhibet qui ab Eduardo Glaser e pergula opposita sic exscriptus est :



Versus 1. Deest initium tituli, ubi nomina propria ædificantium legebantur. *Wâwum* addimus ante | סעדשמסם יענם, cujus nomen in tit. 3 v. 1 et 8, cognomen in tit. 153 v. 1 occurrit, nisi fortasse hic etiam, sicut in tit. 153, סעדאום | יענם sit legendum. — Post intervallum, tres characteres מלן in בנו | ח]מלן complemus; cf. tit. 155 v. 5; 180 v. 2; 187 v. 3; etc. — Sequitur אדם « vassali », post quod conjicimus בני | המדן. — Sub fine versus, verbum ad ædificationem pertinens, בניו sit, aut בראו, aut עדבו, supplemus.

Versus 2. מד | נתן certo corruptum e מדקנתן; cf. v. 4, fragmentum XI Mordtmanni, v. 3 (*Zeitschr. d. d. morg. Gesellsch.*, XXXIII, p. 494); necnon titulum Glaserianum 275-276, v. 3, de quo egerunt J. H. Mordtmann, *ibid.*, XXXIX, p. 227-230, et Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 77-87, ubi, p. 79, versus 2 et 4 nostri tituli publici

juris fecit. Glaser vernaculo sermone «Tempelhalle, Säulenhalle» vertit. Quod probamus, «peristylium» vertentes. Nomen peristylii deinde commemoratur, scilicet תרש, cujus masculinum ירש certo in tit. 259 v. 3, nomen proprium castelli, probabiliter in tit. 264 v. 2, nomen proprium arcis, occurrit. Ed. Glaser, *Mittheilungen*, p. 78, Tarîs, urbem Ḥaḍramauti, colligit; cf. تريس apud Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 87 et 177; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 197; Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 197. — Quemadmodum in tituli 154 v. 2, ubi eadem occurrunt, lege שצרם | בעל, מס in שצ mutato. — Sub fine versus, desideratur מר | וברדא; cf. v. 3.

Versus 3. De «domino eorum Sakhmâno Yuhaṣbiḥ Bataʿensi», tit. 153 v. 2 tractantes, jam egimus. — Quoad «tribum eorum», designatur ut in urbe Ḥâz incolens, quum imitatione tit. 212 v. 1 ח[ום compleatur. Similiter vide נעטם | דהגרן | שעבהמו in O. M. 19, v. 3 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 70) et in Glaser 862, v. 8 (Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 24). — Ultima tituli sententia, ut solet, a ורתדו «et commiserunt» incipit; cf. quæ ad tit. 153 v. 2 adnotavimus.

Versus 4. «Peristylium eorum» מד[קנתהמו (cf. v. 2) «et templum eorum» ו[ביתהמו diis præsidibus committuntur, nempe «ʿAthtaro Orientali et Ta'labo Riyâmo, domino Šaṣṣarîmi»; vide tit. 153 v. 3.

Titulum ergo sic legimus et vertimus :

1 | ובניהמו | [ו]סעדשמסס | יעגם | ו[.....] | בנו | ח[מלן | אדם [| בני | המדן | בראו
2 מדקנתן | תרש | במקם | שימהמו | תאלב | רימם | בעל | שצ[רם | וברדא | מר
3 אהמו | סחמן | יהצבח | בן | בתע | וברדא | שעבהמו | דהגרן | ח[זים | ורתדו | מד
4 קנתהמו | [ו]ביתהמו | עתתר | שרקן | ות[א]לב | רימם | בעל | [ש]צ[רם

1 *, et eorum filii, [et] Saʿdšams Yagnam, et.....[, Ḥu]mlân[enses], vassali [Hamdânensium, condiderunt*
2 *peristylium Tarîs auctoritate patroni sui Ta'labi Riyâmi, domini Šaṣṣarîmi, et ope domi-*
3 *ni sui Sakhmâni Yuhaṣbiḥ Bataʿensis, et ope tribus suæ incolentis in urbe Ḥâ[zo. Et commiserunt peri-*
4 *stylium suum [et] templum suum ʿAthtaro Orientali et Ta[']labo Riyâmo, domino Šaṣṣarîmi.*

225

Glaser, 209.

Lapis fractus, $0^m,12$ altus, $0^m,35$ latus, coram quo Ed. Glaser bæc pauca exscripsit :



Versus 1. Verbum כון = كان perspicuum, præcedente, ni fallimur, יום «die quo» et sequente nomine proprio אגרם, de quo cf. tit. 221 v. 1.

Versus 2. Tituli mutili contextus nos fugit. אל, pronomen relativum plurale = اولى, singularis instar apud Sabæos adhiberi solet (Hommel, *Süd-Ar. Chrest.*, p. 15), hic autem cum verbo plurali construitur. Locutio שנו | אל cum שן | אל magis frequente colligenda, de qua vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 74, 75 et 96. Quum verbum שן ad constructionem pertinere videatur, | בנו «nepotes», quod sensu careret, mutamus in בנוש[ם «in urbe Nuwâš», quæ Kaukabâno non procul aberat; cf. Mordtmannum in Mordtmann und Müller, *ibid.*, p. 6, adn. 2.

Versus 3. Nescimus an מק e מק[ם ב (cf. tit. 224 v. 2) supersit. Cetera, | תידן et לה nos fugiunt.

226

Glaser, 210.

In eadem domo, ubi titulus 225 servatur, lapis flavus, arte multa laboratus, super portam pergulæ eminet. In mediis ornamentis et pinnis ad architecturam pertinentibus, quadrato continentur superne orbis, subter luna bicornis; cf. titulum 285 in tabula XXVI luce solis expressum, necnon tabulam I in J. et H. Derenbourg, *Études*, I. Hic infra tres characteres, scilicet חלה. Titulum coram lapide Ed. Glaser sic exscripsit et delineavit :



Versus 1. Ædificatio commemoratur, verbo ברא «condidit» seorsum a subjectiva parte posito qua reliquus titulus constat. — והבשמס; cf. והבשמסם in tituli Glaseriani 884 v. 1 apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 38. Mirare *mîmationem* hic deficientem, quæ in nominibus propriis cum Sole compositis adhiberi solet et cf. arabice عبدُ شَمْسَ. — Cognomen יזד = يزيد, quum י a dextera, זד a sinistra quadrati ברא continentis scripta sint; cf. nomen proprium זידם in tit. 37 v. 2. — Nomen patris ילקט; cf. proprium urbis nomen לקט (| [illegible]) in Glaser 830, v. 5; 1076, v. 8, de qua vide M. Hartmann, *Jamānijāt* in *Zeitschrift für Assyriologie*, X, p. 151-152.

Versus 2. מקתוי «dux exercitus»; cf. tit. 140 v. 1; M. Hartmann, *ibid.*, X, p. 316-317. — סעדאום | נמרן; cf. tit. 103.

Legimus et vertimus :

1 והבשמס | י ברא זד | בן | ילק

2 ט | מקתוי | סעדאום | נמרן | בן | בתע

1 *Condidit Wahbšams Yazîd, filius Yalḳu-*

2 *ṭi, dux exercitus Saʿd'awwami Namirensis, nepotis Bataʿi.*

227

Glaser, 866; Berlin, 2680.

(Tab. XXV.)

Lapis, $0^{m},32$ altus, $0^{m},36$ latus, in summo et a sinistra fractus, aliquid damni etiam a dextera in versibus 1 et 2 passus, in Museis Regiis Berolinensibus servatur. In tabula nostra vicesima quinta lapidis imaginem, quam J. H. Mordtmann in *Königliche Museen zu Berlin. Mittheilungen aus den*

orientalischen Sammlungen, Heft VII, *Himjarische Inschriften und Alterthümer* (Berlin, 1893), tab. VI, antea ad octavam partem contractam ediderat, iterum luce solis expressam invenies.

De hoc titulo egit J. H. Mordtmann, *ibid.*, p. 27-28; cf. p. 78.

Completis complendis, hæc, quibus terminabatur titulus longus, lege et verte, Mordtmanno auctore :

1 מ]רהמו ו [רצ̇ו] ו אמ[ראהמו ו אמלך ו ס
2 בא ו בעתתר ו והבס ו ואלמקה [ו ובדת
3 חמים ו ובדת ו בעדנם ו ובש̇[ימהמו
4 תאלב ו רימם

. . . . . *Et utinam lar-*
1 *gia]tur ipsis (Ta'lab) [favorem] domi[norum suorum, regum Sa-*
2 *bæ! Nomine ʿAthtari, et Haubasi, et Ilmaḳḳâhi[, et nomine Dhât*
3 *Ḥimyami, et nomine Dhât Baʿdâni, et nomine pa[troni sui*
4 *Ta'labi Riyâmi.*

228

Glaser, 53.

(Tab. XXV.)

Plurimos titulos, a Ḥayyim Ḥabṡuṡ in charta quæ *nota rabbinica* dicitur exscriptos, quam in tabula nostra vicesima quinta solis luce expressam invenies, Eduardus Glaser Ḥâzi obvios habuit; cf. Glaser 50 = *Corpus* 176; 51 = *C.* 188; 52 = *C.* 214; 54 = *C.* 202; 56 = *C.* 172; 57 = *C.* 164; 58 et 63 = *C.* 170; 59 = *C.* 167; 59 *bis* = *C.* 168; 60 = *C.* 165; 61 = *C.* 166; 64 = *C.* 156; 65 = *C.* 205; 66 = *C.* 158; 67 = *C.* 210. Aliquot tituli, probabiliter Ḥâzo oriundi, in *nota rabbinica* inclusi, alio translati sunt, scilicet Glaser 61 = *Corpus* 68 (*Musée impérial ottoman*, nº 43); 70 = *C.* 99; 72 et 73 = *C.* 4; 74 = *C.* 10 et 260; 76 = *C.* 107; 78 = *C.* 126. Reliquos titulos, Ḥâzi at saltem in vicinis repertos, publici juris hic facere expedit. Nihil de iis nobis compertum, nisi quæ in *nota rabbinica* exstant, cujus in delineatione non pauca spuria apparent, difficulter enucleanda. A fragmento trium versuum 53 incipimus.

Versus 1. Sub יתהרם «nepotes Zuhri» (בנו]|[זהרם) agnoscere nobis videmur (cf. tit. 157; 160 v. 2), sequente הקניו | תאלברימם.

Versus 2. Comple : ו[י]נהמו | [ו]ורתד[ו] «et commiserunt vineam suam» deo, scilicet ʿAthtaro Orientali. De vocabulo ין cf. Fr. Hommel, *Ueber das Wort Wein im Südsemitischen*, in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellsch.*, XLIII, p. 653, qui similiter, nescimus an jure, וינהמו in tit. 11 v. 3 interpretatur.

Versus 3. דכלם in בכלם vel in וכלם corrige (cf. tit. 159 et 241). — Sub fine conjicimus ביתהמו] | ואבעל, collatis tit. 86 v. 8; 179 v. 5 et 8; 189 v. 2.

Lege et verte quæ supersunt :

1 בנו] | זהרם | [ה]קניו | [תא]לברימם [| *nepotes] Zuhri, [con]secraverunt [Ta']labo Riyâmo*

2 ורדא | אדמהמו | ורת̇ד[ו] | ו[י]נהמו *et ope vassalium suorum. Et commise[runt] vi[ne]am suam*
vel ו vel *W*

3 בעל | בכלם | ואבעל | ביתהמו *domino Bakîli, et (diis) præsidibus domus suæ.*

229

Glaser, 55.

(Tab. XXV.)

Completis complendis, legimus et vertimus :

ורת̇דו | ב]יתהמו | עת̇תר | שׁרקן | [ו]הגרהמ[ו

et commiserunt cas]tellum suum ʿAthtaro Orientali [et] urbem su[am

---

230

Glaser, 71 ; Besson, 2.

(Tab. XXV.)

Lapis, $0^{m},32$ altus, $0^{m},94$ latus, $0^{m},08$ crassus, Parisiis in Museo Luparensi servatur. Fragmentum tituli exsculpti exhibet, tribus versibus, qui lineis conspicuis separati sunt, constantis, ad dexteram et ad sinistram mutili, characteribus maximis scripti, ut solent textus epigraphici ad architecturam pertinentes. In tabula nostra vicesima quinta imaginem tituli ex monumento ipso luce solis expressam invenies.

Hæc leguntur :

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

Quæ hebraicis litteris :

1 ו | הופאל | ובנהו | נמרם | בנו | נמ

2 והנכלו | ארבעת | כרפם | ובאר | ובקל

3 ד̇ | אחוד̇ | וד̇ | אחי | וד̇ | שׁמכם | ברדא

Versus 1. Initio supplemus : ואח̇ה[ו « et frater] ipsius ». — הופאל; cf. Hal. 353, v. 1; Glaser 282, v. 8; 283, v. 10; in titulis Minæorum. — נמרם, nomen proprium filii quod cum *nûnatione* alias usurpari solet. — Idem נמ[רם nomen tribus esse conjicimus.

Versus 2. Post multa deficientia, verbum הנכלו cum

copula *wâw* clare legimus. De hac radice genus affabre ædificandi sonante, cf. נכל in Fresnel 54, quod J. Halévy (*Études sabéennes*, p. 231) «assises», D. H. Müller (*Die Burgen*, II, p. 19) «Baufälliges» vertit; itidem נכל, in quod Mordtmann dubium נכם (supra, p. 63) in tit. 40 v. 3 corrigendum esse recte contendit; נכל | שרתן, nomen regionis in tit. Glaseriani 265 v. 1; נכלה[ו, ut Mordtmann, auctore Glasero (*Zeitschrift der deutschen morg. Gesellsch.*, XLIII, p. 660 et seq.), in tit. Langeriani 7[i], apud nos 46, v. 4 legit; verbum denique הכל vice plenioris הנכל, suadente Mordtmanno, in tituli Glaseriani 275/276 v. 4 usurpatum. בנכל = בן + כל in Hal. 385, v. 3, ab his prorsus alienum. Contextu adducimur ut «foderunt» intelligamus, quum de quatuor cisternis (cf. tit. 107 v. 2), de puteo et de horto olitorio (arabice باقل) agatur. Quocum nomine proprio vel appellativo באר et בקל statu constructo conjungantur nos fugit.

Versus 3. Primum ד *wâw* antecedebat, quum linea separationis inter ד et אחוד interposita sit. Inaudita locorum ignotorum nomina præsentimus. Nomina mensium itidem composita; non autem cum ceteris in titulo perspicuis quadrarent.

Quæ quum ita sint, trunca sic vertimus :

1 *et frater e]jus Hauf'îl, et filius ejus Namir, nepotes Nami[ri, condiderunt(?)*
2 *et foderunt quatuor cisternas, et puteum, et hortum olitorium[. . . . . i,*
3 *in vicis . . . . . , et] Dhû Aḥwadh et Dhû Aḥay et Dhû Samak, ope . . . . . .*

231

Glaser, 77.

(Tab. XXV.)

ᛋ]ᛉᛏᛗ | ᛋᛏᛋᛉ שרחם ו אימ[ן *Šarah Aiman*

In apographo שרחן legitur quod, collatis colligendis, in שרחם correximus, cf. tit. 158 v. 1; 241 v. 1.

ARTICULUS V.

ʿERRÊN.

In ruderibus vici ʿErrên (عرّان vel عرّين), Ḥâzo finitimi, Ed. Glaser tres lapides inscriptos nactus est, quorum duo nunc inter thesauros Musei Luparensis servantur.

232

Glaser, 211; Louvre, 11

(Tab. XXVI.)

Lapis mutilus, $0^m,215$ altus, $0^m,185$ latus, $0^m,08$ crassus, titulum quinque versibus constantem exhibet. In tabula nostra vicesima sexta titulum e lapide ipso luce solis expressum invenies.

De hoc titulo egerunt J. et H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientales*, I, p. 61-62, separatim excusum, p. 15.

(Impressum mense decembri 1898.)

Versus 1. Pars nominis proprii in עתֿת desinentis superest, scilicet לחי]עתֿת, aut כרב]עתֿת aut הופ]עתֿת, aut aliud quodlibet.

Versus 2. Post enumerationem hominum voventium, ואנ]תֿתהמו « uxores eorum » designare opinamur; cf. tit. 69 v. 3, necnon D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 17; J. H. Mordtmann in *Wiener Zeitschr. für die Kunde des Morgenlandes*, X, p. 154; Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 15. — Ab *alifo* sequente plurale adjectivi ethnici tribum enuntiantis, אחשדן et אחמרן instar, incipiebat. — In perditis mentio fiebat consecrationis deo, cujus sacrarii nomen litteris תם (v. 3) terminabatur.

Versus 3. Lege certo : דֿן| צל]מן.

Versus 4. Statua consecratur deo, quia « eos exaudivit » וקהה]מו, sequente לופי « ut protegeret » — ב initium vocabuli ביתן sic in Os. 31 = B. M. 32, v. 3, conjuncti. — Nomen castelli desideratur.

Versus 5. Complendum ול|סעדה]מו|אולדם « atque ut concederet ip]sis liberos ». De restitutione cf. J. H. Mordtmann, *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 34, adn. 1.

Sensum, si non verba tituli, assequimur et sic vertimus :

1 .....| ולחיע]תֿת | ו[..... | ו..... | ו
2 .....| ואנ]תֿתהמו | א[...ן | הקניו | .....
3 בעל |...]תם | דֿן | צל]מן | חמדם | בדֿת
4 וקהה]מו | לופי | ב]יתן | .... | ול |
5 סעדה]מו | אולדם [| הנאם

1 ..... *et Leḥîʿa]that, et* [....., *et* ....., *et*....
2 ...., *et u]xores eorum* [....*en]ses*[, *consecraverunt* .....*o*,
3 *domino* ....]*ti, hanc sta*[*tuam, propterea quod*
4 *exaudivit ip]sos, ut protegeret cas*[*tellum* ....*um, atque ut*
5 *concederet ip]sis liberos* [*excellentes.*

233

Glaser, 212.

ב]כן *qu]um*

Cf. quæ ad tit. 126 v. 1 adnotavimus.

234

Glaser, 213; Louvre, 12.

(Tab. XXVI.)

Lapis, $0^{m},29$ altus, $0^{m},22$ latus, $0^{m},085$ crassus, duos titulos exhibet, quorum prior, duobus versibus constans, in summo lapide, multis characteribus obliteratis, nec plane dispicitur, nec clare

intelligitur, alterum autem quinque versuum separatim interpretari licet. In tabula nostra vicesima sexta summi et adversi lapidis duplicem imaginem ex ipso monumento luce solis expressam invenies.

De utroque titulo egerunt J. et H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientales*, I, p. 62-63, separatim excusum, p. 16-17; de posteriore J. H. Mordtmann, *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 77, adn. 1.

Tituli prioris versus 1. Nomen proprium, cujus secunda littera *mîm* est, hic supplendum; quidni נ[מ]רם, sicut in tit. 230 v. 1? — Sub fine versus, interposito בן, nomen proprium כרבאל subodoramur, inscii annon hoc nomen regibus peculiare sit.

Tituli prioris versus 2. צד «se submisit»; cf. imperfectum יצדן in O. M. 13, v. 3 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 55 et 60), ante præpositionem *lâm* positum. Hucne צדהו (Hal. 62, v. 17) sit afferendum ignoramus. — Quis deus colatur non eruere valemus.

Titulum posteriorem J. H. Mordtmann, *Beiträge*, *loc. cit.*, integrum esse et sic uno tenore fluere contendit :

𐩣𐩹𐩺𐩵 | 𐩣𐩵[𐩺𐩲 1
𐩲 | 𐩠𐩵𐩵𐩹𐩲[𐩠 2
𐩵𐩵𐩹𐩲 | 𐩺𐩹𐩲 3
𐩠𐩹𐩺 | 𐩣𐩵𐩵[𐩵 4
𐩵𐩹𐩵𐩵 | 𐩣𐩺𐩵𐩸 5
. . . . . | 𐩠] 6

אר[ים hic nomen, sæpius cognomen; cf. titulum Academiæ 11um, nunc in Museo Luparensi, v. 1, apud J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 64; tit. 256 v. 1; 259 v. 1. — Cognomen יעֿנם; cf. tit. 153 v. 1; 224 v. 1. — אבכרב; cf. tit. 20 v. 1; 41 v. 1; 253 v. 2. — אכיף jamdudum comparavimus cum יכף, de quo vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 85. — יחמד; cf. tit. 16. — זהרם itidem in tit. 157; 160, v. 2; 228, v. 1; 240, v. 3.

Si his faves, lege et verte separatim hoc modo utrumque titulum :

a.	כרבא [	בן	נ[מ]רם	1	*Na]mi[r, filius] Karîb'i-*
	·····ל	|| צד	ל	2	*li, se submisit (deo) . . . . .*
b.			אר[ים	יעֿנם	1	*Ar]yam Yagnam*
			ו[אחיהו	א	2	*et] frater ejus A-*
			בכרב	אכיף	3	*bûkarîb Akyaf*
			י[חמד	בנו	4	*Ya]ḥmad, nepotes*
			זהרם	החדת	5	*Zuhri, renova-*
			[.....	ו]	6	*[verunt . . . . . .]*

ARTICULUS VI.

BAIT GUFR.

Titulos Glaserianos 214-242, in Bait Gufr (بيت غفر) coram lapidibus exscriptos, incolæ Ḥâzi huc a vico ʿErrên (Art. V) vectos esse asseverant. Nihil nobis de Bait Gufr innotuit nisi Eduardum Glaser in suo itinere Yemenensi secundo Ḥâzo ʿErrênum, ʿErrêno Bait Gufrum se contulisse; cf. J. et H. Derenbourg, *Études*, II, p. 7.

235

Glaser, 214.

In iis, quæ Glaser coram lapide exscripsit, legitur :



ושם ו נפסהו ו וו[לדהו *et devovit semetipsum et li[beros suos*

De verbo שם, cf. tit. 1 v. 3; 270. — Titulum collige cum tit. 37 v. 1; 109; 110; 119; 269 v. 3; 270 et 271, necnon cum optimis quæ J. H. Mordtmann in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellsch.*, LII (1898), p. 399-400, de hierodulis apud Yemenenses attulit; cf. etiam Hommel, *Aufsätze*, p. 29.

236

Glaser, 215.

Hæc tantummodo Ed. Glaser nobiscum communicavit :

בתאלב ו *Nomine Ta'labi*

237

Glaser, 216.

Hic habes apographum Glaseri coram lapide exscriptum :

אלכרב ו והבן ו ו *Ílkarîb Wahbân et*

אלכרב; cf. tit. 16 v. 1; 20 v. 1. Fortasse אלסעד potius legendum. — והבן = الوهّاب « munificus ».

238

Glaser, 217.

Lapis, $0^{m},17$ altus, $1^{m},10$ latus, hæc pauca litteris insignite exsculptis exhibet :



וכדת ו בעד]נם ו ובשימהמו ו תאלב ו רימם

et nomine Dhât Baʿdâ]ni, et nomine patroni ipsorum Taʾlabi Riyâmi.

239

Glaser, 218.

Hunc titulum et sequentem, super portam moschitæ servatos, Ed. Glaser coram lapidibus exscripsit :



1 אדם ו ב]ני ו סקרן ו הקנ]יו ו שימהמו
2 תאלב] ו רימם ו בעל ו שצ]רם ו צלמן ו לו
3 פי ו אול]דהמו ו [ו]ופי ו ל

1 *vassali] Saḳrân[en]sium, consecrave[runt patrono suo*
2 *Taʾlabo] Riyâmo, domino Šaṣṣa[rîmi, hanc statuam, quia pro-*
3 *texit li]beros ipsorum, [et] protexit*

De Saḳrânensibus vide tit. 156, 208 et 221.

240

Glaser, 219.

Titulum mutilum, duodecim versibus constantem, Ed. Glaser cum præcedente super portam moschitæ repertum, hoc modo exscripsit :



Versus 1. Nomen proprium in ע[תת desinens initio exstabat; cf. tit. 232 v. 1. Sequebatur cognomen ab *alifo* incipiens.

Versus 2. Comple ואחיהו|ו]בניהמו, collatis tit. 67 v. 1; 160 v. 1. — *Alif* initium pluralis adjectivi ethnici א[חשדן; cf. tit. 160 v. 1; 232 v. 2.

Versus 3 et 4. בנו|זהרם, cf. tit. 157; 160, v. 2; 228, v. 1; 234 *b*, v. 5. — Legimus deinde אח[ו|ואד]ם «fra[tres (confœderati) et vas]sali»; cf. tit. 155 v. 2 et 3. E tit. 160 v. 9 apparet Bataʿenses dominos Zuhritarum fuisse.

Versus 6. Sub מב|תן latet, ni fallimur, מכנתן, quod Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 44, 46 et 52, vernaculo sermone «Säulengallerie» vertit. Proprium «hujus peristylii» nomen est ʿUmdân, quod columnarum ordini optime convenit. — Sub fine versus, lege עד[י «intra», sicut in v. 11.

Versus 7. ארצת plurale, quod sequuntur propria regionum nomina. שו[ם | וסהרת]ן a tit. Glaseriani 424 v. 14 (Glaser, *Die Abessinier*, p. 117, 118, 122 et 123) mutuamur. סהרתן etiam in O. M. 12, v. 6, occurrit (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 47-50).

Versus 8. דאחבבן, cf. الاخباب apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 82, 83, 111 et 114. Probabiliter copula *wâw* supplenda. — Sub fine, corrige לע in |]לו.

Quum cetera liqueant, titulum sic restituimus et vertimus :

לחי]עתת|א[...|ואחי	1	*Leḥî]ʿathat A[. . . ., et fratres e-*
הו | ו]בניהמו | א[חשד	2	*jus, et] filii eorum, [Ḥâśiden-*
ן] | בנו | זהרם | אחו [| וא	3	*ses], nepotes Zuhri, fratres (confœderati) et vas-*
ד]ם | בני | בתע | הקניו	4	*sa]li Bataʿensium, consecraverunt*
א]למקה | בעל | ערן | דן	5	*Î]lmaḳḳâho, domino ʿIrrâni, hoc*
מכנתן | עמדן | עד[י | א	6	*peristylium ʿUmdân, in[tra re-*
רצתהמו | שו[ם | וסהרת	7	*giones eorum Sû[m, et Saharat*
ן | [ו]דאחבבן [|] לו	8	*, [et] Dhû Akhbâb[,] quia pro-*
פיהמו | ולסע[דה	9	*texit ipsos et conces[sit ip-*
מו | אצמר | צד[קם	10	*sis fructus exi[mios*
ע]די | ארצהמ[ו | ב	11	*in]tra terram ipso[rum. Nomine*
אלמקה | [בעל | ערן	12	*Îlmaḳḳâhi, [domini ʿIrrâni.*

241

Glaser, 220.

Nihil de hoc titulo Ed. Glaser nobiscum communicavit, nisi apographum suum coram lapide exscriptum :



Monogrammate titulum a sinistra parte integrum esse discimus; multa autem a recta deesse opinamur. In monogrammate רתדאל suspicamur; cf. titulos Minæorum Hal. 190, v. 13; 271, v. 1 et 4; 480, v. 1, cum monogrammate; 509.

Versus 1. Enumerationem voventium sequitur |בנו גדנם «Gadanenses»; cf. tit. 1 v. 3, Glaser 424, v. 3 (Glaser, *Die Abessinier*, p. 117-120), necnon דגדנם in titulo Ḥiṣn-Gurâbensi. Fortasse נם[יע cognomen potius legendum, collatis tit. 153 v. 1; 224 v. 1; 234 *b* v. 1. — שרחם; cf. tit. 158 v. 1; 231.

Versus 2. Post partem subjectivam legebatur : |הקניו אלמקה|בעל|ערן, sicut in tit. 240 v. 4 et 5, סלל in סלל mutato. — משוד «sacellum»; vide tit. 41 v. 2; 267. — Castellum ע]ילן dicitur; cf. titulum Ḥiṣn-Gurâbensem et tit. 155 v. 3.

Versus 3. Præsidibus diis et regibus tutela sacelli consecrati committitur. E diis, solito ordine commemoratis, ultimi supersunt, scilicet מנצ]חהמו, qui dicitur בע[ל]|וכלם (cf. nostram ad tit. 159 et 228 ad notationem) et שמסהמ]ו.

Versus 4. Complemus, titulum Os. 35 = B. M. 33 v. 1 et 5 imitati : | בין | ויאזל | יחצב | א]לשרח | מראיהמו | מ]לכי | סבא | ודרידן | בני | פרעם | ינהב | מלך | סבא; cf. Glaser 424, v. 3, 4, 7, 15 et 16, in Glaser, *Die Abessinier*, p. 117. Antecedebat fortasse ותחרג | וברדא, sicut in tit. 41 v. 4.

Quæ quum ita sint, tituli reliqua sic restituimus et vertimus :

רתדאל

1 רתדאל | ..... | בנו | גד]נם | ובניהמו | שרחם
2 ..... | הקניו | אלמקה | בעל |] ערן | משוד | ביתהמו | ע]ילן
3 ..... | ובמנצ]חהמו | בע[ל] | וכלם | ובשמסהמ]ו
4 ..... | וברדא | ותחרג | מראיהמו | א]לשרח | יחצב | ויאזל | בין | מ]לכי
[סבא | ודרידן | בני | פרעם | ינהב | מלך | סבא]

Rathad'îl

1 *Rathad'îl* . . . . . *, nepotes Gada]ni, et filii eorum, Šaraḥ*
2 . . . . . *, consecraverunt Îlmakkâho, domino] ʿIrrâni, sacellum castelli sui Gailâ[ni,*
3 *ope* . . . . . *et dei puteis] suis aquam suppeditantis, domi[ni] Wakîli, et Solis su[æ*
4 . . . . . *; atque ope et imperio arbitrorum suorum Îlsaraḥi Yaḥḍub et Ya'zil Bayyin,*
re[gis utriusque
[Sabæ et Raidâni, filiorum amborum Farîʿi Yanhub, regis Sabæ].

242

Glaser, 221.

Lapis, $0^{m},19$ altus, $0^{m},79$ latus, muro mosquitæ insertus, hæc characteribus anaglypticis exhibet, quæ Ed. Glaser coram lapide exscripsit :



Versus 1. Initio מר[אלע conjicimus; cf. tit. 172 monogramma et tit. 196 v. 1. — שרחאל; cf. tit. 185 v. 1. — סעדם itidem in Hal. 42, v. 1; O. M. 5, v. 2; 7, v. 2; 35, v. 2; in tit. 193; 285 v. 1; 287 v. 8 et 13.

Versus 2. Castellum Ruḥbân; cf. Miles 6, v. 1, in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellsch.*, XXX, p. 679; O. M. 9, v. 20 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 42); Glaser 875 v. 3 (Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 33.

Versus 3. Comple : מ[ראהמו | ב[רדא. — Cum nomine proprio inaudito רדמם, cf. hominem الرَّدِيم cognominatum apud Ibn Doraidum, *Iśtiḳâḳ*, p. 120, ردمان, proprium tribus nomen, *ibid.*, p. 247, regionemque ردمان dictam, de qua vide Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 26-27. — Cognomen ירחב etiam in tit. 1 v. 3; 193 et O. M. 6, v. 3, occurrit; vide *ibid.*, p. 28. — Filius Radîmi est הו[פאל; cf. tit. 230 v. 1; Glaser 282, v. 8; 283, v. 10 (H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, p. 2-6).

Versus 4. ל e ל[בע superest. — De plurali מקימת, vide D. H. Müller in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 104.

Lege et verte, si lubet :

1 אלע[מד | ושרחאל | וסעדם | ובנהמו | ב[נו | .
2 ...[| הותרו | והשקרן | ביתהמו | רחבן | ב[רד
3 א | מ[ראהמו | רדמם | ירחב | ובניהו | הו[פא
4 ל | בע[ל | הגרהמו | ובמקימת | אדמהמו

1 *Îl'a]mad, et Šaraḥ'îl, et Sa'd, et filii eorum, ne[potes . . .*
2 *. . . i,] fundaverunt et texerunt castellum suum Ruḥbân, o[p-*
3 *e do]mini sui Radîmi Yarḥab et ejus filii Hau[f'î-*
4 *li, domi]ni urbis ipsorum, et facultatibus vassalorum ipsorum.*

243

Glaser, 222.

Lapis, eidem mosquitæ insertus, coram quo Ed. Glaser hæc exscripsit :



סמע]י | תלתן | דחמלן *Samaʿîi pars tertia Ḥumlân*

Cf. tit. 187 v. 3.

244

Glaser, 223.

Hæc, coram lapide exscripta, Ed. Glaser sine commentario nobis tradidit :



Collatis tituli 195 versibus 13–15, hanc tituli majoris finem sic restituimus et vertimus :

1 נעמת]ם | וופים | ומנלת | צ[דקם] | וברי | אאדנ]ם
2 והוש]ע | אנמרם | יהאמן | מ[לך | סבא] | בן | והבאל [| בן
3 נצע | ושצי | ש]נ[א]ם [| ודישצ]ין | בת[אל]ב | [רימם

. . . . . *Atque utinam*
pergat Ta'lab Riyâm protegere servum suum Anmarum
in omnibus votis quæ ut expleantur petet ab eo, et concedere ipso
1 *felicita]tem et tutelam et bona le[gitima], et plenitudinem faculta[tum,*
2 *et libe]rare Anmarum Yuha'min, re[gem Sabæ], filium Wahb'îli[, ab*
3 *injuria et noxa cujusque h]os[tis et injuriam facien]tis! Nomine Ta['la]bi [Riyâmi.*

245

Glaser, 224.

Duo vocabula Ed. Glaser coram lapide sic exscripsit :

| בעל | שצר]ם *Ta'lab Riyâm], dominus Śaṣṣarî[mi*

(Impressum mense decembri 1898.)

246

Glaser, 225.

Fragmentum coram lapide exscriptum Ed. Glaser sic nobis tradidit :

	המו ו ד̇	1	..... *eorum, Dhi[rrîḥ'îl Yaḥḍub et*
	סא]רן ו וברקם ו א	2	*Su']rân, et Bâriḳ, [princi]pes [tribus Bakîli,*
	ו עת̇תרשׁרקן	3	*et commiserunt] ʿAthtaro Orientali*

Cf. tit. 214; 269 v. 1; 281 v. 4; 282, v. 1, 2 et 11; D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 31.

247

Glaser, 226.

Reliqua e versibus duobus Ed. Glaser coram parvo lapide exscripsit, quem columnæ eversæ partem fuisse asseverat. Etenim super scripturam aliquot lineæ etiamnunc oculis subjiciuntur, columnis peculiares. Hæc leguntur :

Versus 1. Lege מצבת = נצב «cippus» (J. et H. Derenbourg, *Études*, I, p. 52), sequente proprio defuncti nomine; cf. מצב in Hal. 208, v. 2.

Versus 2. ק[י]ף dilucidum (vide tit. 11 v. 1), quod Fr. Hommel (*Zeitschr. d. d. morg. Gesellsch.*, XLIII, p. 659) germanico sermone «Räucheraltar» vertit, dum Mordtmann (*ibid.*, XXX, p. 34) dedicationem quamlibet hoc vocabulo exprimi contenderat.

248

Glaser, 227.

	נשאכ]רב ו יזאן ו	*Naša'ka]rîb Yaz'an.*

Cf. tit. 154 v. 3; 187 v. 1.

249

Glaser, 228.

[illegible] | והותרן | , *et fundaverunt, [et texerunt domum suam*

250

Glaser, 229.

[illegible] | ו | עמל | *opus et*

Substantivusne sit an verbum עמל, absque omni contextu hic primum occurrens, ignoramus.

251

Glaser, 230.

In eadem mosquita, ubi titulos 242 et 243, Ed. Glaser lapidem inscriptum intus summæ portæ insertum reperit. Duo bestiæ unicornes, iis similes quas sub numero 124 exhibuimus, sed oppositæ una alteri, super titulum dispiciuntur. Superne orbis et luna bicornis, sicut in tituli 226 (p. 260) effigie. Hic habes apographum Glaseri coram lapide expressum :

Versus 1. שרחם; cf. tit. 158 v. 1; 231; 241 v. 1.—ע̇יל[ן; cf. tit. 241 v. 2. — Comple : ו[אח̇[י]הו « et ejus fratres ».

Versus 2 et 3. Post בתע, tit. 187 v. 2 et 3 imitati, conjicimus : אקול | שע]בן | סמע[י] | ת̇ל[ת̇ן] | ד̇חמלן.

Lege et verte, si lubet :

שרחם | ע̇יל[ן | ו]אח̇[י	1	*S̊araḥ Gailâ[n, et] frat[res*
הו | בנו | בתע | אקול | שע]	2	*ejus, Bataʿenses, [principes in tri-*
בן | סמע[י] | ת̇ל[ת̇ן | ד̇חמלן	3	*bu Sama[ʿîo] ter[tiæ partis Ḥumlâni.*

252

Glaser, 231.

Hæc coram lapide exscripta Ed. Glaser nobiscum sine commentario communicavit :



1 ו]הותר | והשקרן | בית *et] fundaverunt, et texerunt castellum*

2 א]דמהמו | ורתד[ו] | *vas]salorum ipsorum, et commis[erunt*

253

Glaser, 232.

Titulum, male delineatum, Ed. Glaser sic coram lapide exscripsit :



Versus 1. Nomen proprium in כ]רב desinens præsentimus, sequente cognomine cujus prima littera *alif* est. Quidni אשו[ע | עמכ]רב, collato tit. 8 v. 1?

Versus 2. Post nomen proprium alterum, quod nos fugit, cognomen אושך non dubium; cf. tit. 134 v. 2. — אבכר[ב deinde conjicimus, sicut in tit. 20 v. 1; 41 v. 1; 234 *b* v. 3.

Versus 3. Nomen proprium e radice קם = قام sub characteribus obscuris latere videtur, de qua radice vide nostram ad tit. 198 v. 1 adnotationem.

Seriem nominum propriorum sic restituendam esse opinamur :

1 עמכ]רב | אשו[ע | ו.... *ʿAmka]rîb Ašwa[ʿ, et.....*

2 אושך | ואבכר[ב | ו.... *Aušak, et Abûkarî[b, et.....*

3 ו[ה]קמ[אל..... *et [Ha]ḳam['il.....*

254

Glaser, 233.

Fragmentum Ed. Glaser coram lapide exscriptum sine commentario sic nobis tradidit :

בן | קני[הו *ex bonis suis.*

vel המו]

Cf. tit. 37 v. 2; 81 v. 8.

255

Glaser, 234.

Ed. Glaser nostra gratia hunc titulum coram lapide exscripsit, nos tantummodo monens in scriptura *wâwum* (𐩥) ab *ʿaino* (𐩲) non discerni. *Wâwum* duobus circulis segregatis constare potius asseveramus, quum J. H. Mordtmann ex apographo Glaseri titulum exsculptum esse recte agnoverit; vide *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, X, p. 285.



Versus 1. Lege נמדם | בנו vel למדם | בנו. Si priori lectioni indulges, cf. regem جَمَد apud Ibn Doraidum, *Iśtiḳâḳ*, p. 220; ذو جَماد = ذو أجماد in ḥimyaritico Naśwâni carmine (Kremer, *Die süd-arabische Sage*, p. 104), جُمدان apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 227; si posteriori lectioni faves, cf. למד | וחמירם in tit. Glaseriani 618 v. 35 (Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 33 et 45). — Sequitur ו[ה]ות[רעתת; vide tit. 37 v. 4.

Versus 2. Nomina propria, quæ hic occurrunt, inaudita, nempe אבופי et אבחמד.

Versus 3. חלעתת conjicimus; cf. titulum Minæorum Hal. 240, v. 4. — בנהו in בניו mutato, hic verbum absolute adhiberi opinamur et «ædificaverunt» vertimus. Cf. itidem הקניו sine designatione rei consecratæ in tit. 181 v. 3. — חמדם | ב[דת «propterea qu[od» deinde perspicuum.

Versus 4. ם e ופי[ם vel חטי[ם superest, quum Ta'lab iis non solum protectionem suam vel favorem suum, sed etiam felicitatem (נעמתם, ni fallimur) et auram (ו[בללם) concesserit. בללם vide idem sonans in titulo Musei Britannici 61 v. 6, de quo egerunt Mordtmann und Müller, *Eine monotheistische sabäische Inschrift*, in *Wiener Zeitschrift f. d. Kunde des Morgenlandes*, X, p. 285-292. — Sub fine, comple fortasse להמ[ת | אסרדן, collatis tit. 74 v. 14 et 19.

Fragmenta quatuor versuum perlongorum sic legimus et vertimus :

vel ג
1 | בנו | למדם | ו[ה]ות[רעתת | ו
2 ואבופי | ואבחמד | ול[חיעתת | ו
vel חטי
3 וחל[ע]תת | בניו | חמדם | ב[דת | סעדהמו | תאלב | ופי
4 ם | ונעמתם | [ו]בללם | להמ[ת | אסרדן

vel *Gamâdi*
1 *, nepotes Lamadi, et [Ha]utar[ʿathat, et* . . . . . .
2 *et Abûwafâ et Abûḥâmid, et Le[ḥîʿathat, et* . . . . . .
vel *favor-*
3 *et Khaul[ʿa]that ædificaverunt, propterea qu[od concessit iis Ta'lab protection-*
4 *em, et felicitatem et auram his vallibus.*

256

Glaser, 235.

Ed. Glaser, qui hunc titulum coram lapide exscripsit, nos monet eum a sinistra integrum esse. Hic habes ejus apographum :



Versus 1. Post nomen proprium in ת[עתּ desinens אלסעד non dubium; cf. tit. 102 v. 1, ubi cum לחיעתּת conjungitur; 205 v. 2. — ארים cognomen hic, in tit. 259 v. 1, et in tit. Academiæ 11mi v. 1; nomen in tit. 234 *b* v. 1. — Conjicimus deinde ואתּיהמי.

Versus 2. ובניהמי perspicuum, omisso *ʿaino* spurio. — בני in בנו corrigentes, nomen tribus vel gentis ignotæ דרגלת offendimus.

Versus 3. חו[רו «incolæ adventicii» a tit. 102 v. 4 mutuamur. — מרמל, مَرْمَل vel مُرَمَّل, de qua urbe vide Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 241 et 278; Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 179; J. et H. Derenbourg, *Études*, II, p. 7.

Versus 4. יפען, proprium castelli nomen; cf. O. M. 20, v. 3, in Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 71 et 72; necnon יפע, proprium sacrarii nomen in tit. 40 v. 5. — Mirare titulum nomine urbis Errên (art. V) terminatum.

Lege et verte, si lubet :

1 להיעתּ[ת | ואלסעד | ארים | ואתּ
2 יהמ[י | ובניהמי | בנו | דרגלת
3 חו[רו | מרמל | בראו | והותּרן | והשׁק
4 רן | ב[יתהמ[ו] | יפען | דבהגרן | ערן |

1 *Leḥîʿatha]t et Îlsaʿd Aryam, et fra-*
2 *tres ambo]rum et filii amborum, nepotes Dhû Ridjlati,*
3 *incolæ adven]ticii Murammali, condiderunt et fundaverunt et texe-*
4 *runt cas]tellum suum Yafʿân, quod est in urbe ʿErrên.*

257

Glaser, 236.

Hæc litteris claris super lapidem dispiciuntur, quæ Ed. Glaser nostra gratia exscripsit :



Versus 1. Post ואח̇יהו lege אסד[ם, sicut in tituli Glaseriani 880 v. 1, de quo J. H. Mordtmann in *Himjarische Inschriften*, p. 36, egit.

Versus 2. Comple ובמקם, hic de hominibus adhibitum, quemadmodum in tit. 20 v. 3, necnon in O. M. 20, v. 3 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 72).

Versus 4. Qui «reges ambo Sabæ et Raidâni» commemorentur ignoramus.

Reliqua tituli sic lege et verte :

1 ו]אח̇יהו | אסד[ם | .....
2 בני]ו | והוח̇רן | ו[השקרן | ביתהמו | .....| בשימהמו
3 תאלברימם | ובמק[ם | ורדא | .....| מלכי
4 ס]בא | ודרידן | בני [| .....

1 *et] ejus fratres Asad,* . . . . . .
2 *condide]runt, et fundaverunt, et [texerunt castellum suum N. . . . . um, nomine patroni sui*
3 *Ta'labi Riyâmi, et auctorita[te opeque . . . . . ., amborum regum*
4 *Ṣa]bæ et Raidâni, filiorum geminorum [. . . . . i,* . . . . . .

258

Glaser, 237.

Hæc tantummodo leguntur, quæ in titulo 10 jam occurrerunt :

ותרם | יה[אמן *Watar Yuha['min*

259

Glaser, 238.

Lapis, $0^{m},16$ altus, $0^{m},70$ latus, hæc clare exhibet quæ Ed. Glaser coram eo exscripsit :



Versus 1. אלוהב, proprium hominis nomen; cf. Os. 35 *f* in *Zeitschr. d. d. morg. Gesellschaft*, XIX, tab. 35; Hal. 465, v. 1; 577, v. 1; necnon Mordtmannum, *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 27. — Cognomen ארים, sicut in tit. 256 v. 1. — ד̇עלן in ד̇ערן corrigentes «'Errênensis» vertimus, collato tit. 256 v. 4.

Versus 2. Legimus כבר | ועקב «celebravit et ambiit» = كبَّر وعقّب. De radice עקב, vide nostram ad tit. 44 v. 3 adnotationem. — בת decurtatum e בית «castellum»; cf. tit. 6 v. 3. — קילן (itidem in v. 3) = القَيْل «princeps», quum קול adhiberi soleat; vide tit. 37 v. 6. Attamen קיל in proprio feminæ nomine קילואד (J. et H. De-

renbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, n° 8, v. 1, p. 9) jamdudum agnoveramus. — Post verbum תקדם «progressus est», præpositionem עד vel עדי «usque ad» suspicamur.

Versus 3. Castellum principis ירשׂ appellatur; cf. tit. 264, necnon nomen sacrarii תרשׂ in tit. 224 v. 2 et Glaser, *Mittheilungen*, p. 79. — Nomen Kaukabâni itidem scriptum vide in tit. 106 v. 4.

Lege et verte :

1 אלוהב | ארים | ד̇ערן | [....] | ו
2 כבר | ועקב | בת | קילן | ותקדם [] | עד
3 בית | קילן | ירשׂ | וכוכבן

Îlwahb Aryam, ʿErrênensis, [. . . . . it, et celebravit, et ambiit castellum principis, et progressus est [usque ad castellum principis Yarîsum, et Kaukabânum.

260

Glaser, 239.

Hæc pauca sine commentario Ed. Glaser coram lapide exscripsit :



אלשׁרח | יח]צ̇ב | מלך | [סבא

Îlšaraḥ Yaḥ]ḍub, rex [Sabæ

261

Glaser, 240.

Sine commentario Ed. Glaser hæc coram lapide exscripta nobiscum communicavit :



הקניו | שׁמ]סם | ביתהמו

consecraverunt So]li castellum suum

262

Glaser, 241.

Titulum, characteribus minimis et obscuris incisum, Ed. Glaser sic coram lapide exscripsit :



Versus 1. ע[מ]סמע | יתׄבר conjicimus, nomine עמסמע in tit. 37 v. 5, cognomine יתׄבר in O. M. 7, v. 2 occurrente.

Versus 2. בן | [| והב[אל | ואחׄה]ו, vel aliud simile, præsentimus. Non dubium est quin sub fine legendum sit :

ותרא[ל, collatis Hal. 144, v. 5; 145, v. 7; 146 v. 7; etc.

Versus 3. בן | הא | מעדתן «ex hoc pacto». De מעד = ميعاد, vide Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 50 et 51. — Post subjectivam partem verbum in perfecto duali, littera *yôd* terminato, usurpatur. בניי «construxerunt» fortasse legendum.

Versus 4. Complemus מכ[נת «refugia»; cf. Glaser, *Die Abessinier*, p. 52. Alibi, in tit. 240 v. 6, idem vocabulum, cum *nûno* determinationis, מכנתן «peristylium» vertimus. — ח̇[מס «exercitus» deinde legimus; cf. tit. 155 v. 3. — ת̇לת̇ת[| ב]נ[י «trium filiorum» suspicamur.

Versus 5. Nomen proprium פקילם inauditum ex eadem radice ac nomen appellativum usitatissimum אפקל «messes» (vide tit. 2 v. 15). — אחצן, sæpius cognomen (tit. 40 v. 1; 106 v. 1), hic nomen proprium, sicut in tituli Glaseriani 826 v. 1 (Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 11).

Versus 6. Aḥṣan Bataʿensis iterum commemoratur, sequente conjunctione *fa*, quemadmodum in tit. 2 v. 7. — Finis desideratur.

Si his faves, quum meliora nos fugiant, lege et verte :

ע[מ]סמע | יתבר | [בן	1	*ʿA[m]samaʿ Yathbar, [filius*
והב[אל | ואח̇ה]ו | ותרא[ל	2	*Wahb[ʾîli, et frater e]jus Watarʾî[l,*
בן | הא | מעדתן | בניי	3	*ex hoc pacto, construxerunt,*
מכ[נת[| ח̇]מס | ת̇לת̇ת[| ב]נ[י]| פ	4	*refu]gium [exer]citus trium [fi]lio[rum] Fi-*
קילם | אבית | אחצן | ב	5	*ḳyali, castella Aḥṣani Ba-*
ן | בתע | ו[א]חצן | בן | בתע	6	*taʿensis. Et quoad [A]ḥṣanum Bataʿensem,*

263

Glaser, 242.

Coram lapide exscripta Ed. Glaser sine ullo commentario nobiscum sic communicavit :



Versus 1. Nomen proprium והברים non dubium. — Versus 2. בנ]ו | זהרם | הקנ[יו, sicut in tituli 160 v. 2.

Lege et verte, si lubet :

.....ען | ווהברים [| ו.....| אחש	1	..... *ʿân, et Wahbriyâm, [et....., Ḥâśi-*
דן | בנ]ו | זהרם | הקנ[יו |	2	*denses, nepo]tes Zuhri, conse[craverunt.....*

(Impressum mense januario 1900.)

ARTICULUS VII.

KURBÂT.

264

Glaser, 243.

Kurbât vicus est, inter Ḥâzum et ʿAmrânum situs, ubi Ed. Glaser lapidem inscriptum, muro domus insertum, offendit. Hic habes ejus apographum :



Versus 1. Sub characteribus versus primi proprium hominis nomen מעדכ[ר]ב præsentimus; cf. tit. 282 v. 7.

Versus 2. בנו | ערן in בנו | עלן (cf. tit. 259 v. 1) mutandum. — Lege deinde מ[חפדה]מו, sicut in tit. 40 v. 2. — Nomen arcis non ירן, sed probabiliter ירש, quemadmodum in tit. 259 v. 3.

Versus 3. Quid in contextu valeat חחו elicere non valemus.

Versum secundum sic legimus et vertimus :

בנו | ערן | הותרו | והשקרן | מ[חפדה]מו | ירש

ʿErrânenses, fundaverunt et texerunt a[rcem su]am Yarîsum

ARTICULUS VIII.

RÛʾ (vel RÛʿ).

Rûʾ (vel Rûʿ), רוא vel רוע, inter septentrionem et occidentem Kurbâto adjacet; vide Glaseri chorographiam in Petermann's *Mittheilungen* 1886, tab. I. In hoc vico, cujus regionem ʿAyâl Ṣoraiḥ dictam fine anni 1883 lustravit, Ed. Glaser duodecim titulos vel titulorum fragmenta invenit, cujus apographa nobiscum communicavit.

265

Glaser, 249.

Lapis, muro domus insertus, hæc, auctore Glasero, exhibet :

 בן ו ר[יבם ו ב[ן ו *filius Ri[yâ]bi, fi[lii . . . . . i*

ריבם; cf. tit. 73 v. 1; 165; fortasse 270.

266

Glaser, 250.

E domus pariete hæc Ed. Glaser coram lapide etiam exscripsit :

ביתהמו ו ה *castellum eorum H. . . . .*

267

Glaser, 251.

Muro domus cujusdam inscripta Ed. Glaser hoc modo nobis tradidit :

והשקר[ן ו כל ו משוד[המו *et texe]runt omnia sacella [sua*

De substantivo singulari משוד = مِسْوَد enuntiato, cf. tit. 41 v. 2; 241 v. 2; de plurali משוד = مَسَاوِدُ vel مَسَاوِيدُ vide tituli Glaseriani 275/276 v. 3 apud Mordtmannum in *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXXIX, p. 227, necnon apud Glaserum, *Mittheilungen*, p. 85-86.

268

Glaser, 252.

Hæc pauca Ed. Glaser a lapide parieti domus inserto exscripsit :

ן ו במקם ו עתת[ר . . ., *auctoritate ʿAthta[ri*

269

Glaser, 253.

Partem columnæ muro inclusam Ed. Glaser lineis transversis, ut solent, super titulum ductis agnovit et septem versuum reliqua coram lapide sic exscripsit :



1 עמכרב | נ··
2 ילם | הקנ
3 קניהו | יום
4 ואחמץ | בעל
5 דהימם | תאמ
6 באו|ובכל
7 ום|ב

Versus 1. Initium tituli penes nos esse persuasum habemus. עמכרב; cf. tit. 8 v. 1; 20 v. 1; 73 v. 10; 99 v. 7; 108 v. 1. — A *nûno* idem cognomen נהפן fortasse incipit, quo rex Sabæ נהפן | עלהן dicitur; cf. etiam נהפן | נשאכרב in tit. 166 v. 1. — Deinde a tit. 73 et 99 חזפרם | בן | סמהכרב | בן mutuamur.

Versus 2. Subjectivam tituli partem in | שעבן | קול desinere conjectamus; cf. v. 6, necnon tit. 282 v. 1 et 2; Os. 35 = B. M. 33, v. 2; Glaser 424, v. 2 (Glaser, *Die Abessinier*, p. 117), ubi קיל (قَيْل) pro usitato קול occurrit. — Dedicatio fit «patrono eorum Ta'-labo Riyâmo»; cf. v. 5.

Versus 3. Comple נפסהו | וולדהו | ו]קניהו, collatis titulis 37, v. 2; Fresnel 56, v. 1; Glaser 873, v. 2 et 3; 878, v. 3 et 4, apud Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 31 et 35. — יום = يوم conjunctionis instar adhibitum; cf. in eodem contextu Glaser 873, v. 2.

Versus 4. ואחמרן (cf. tit. 155 v. 2) legimus, suspicantes ob Ḥimyaritas ab ʿAmkarîbo victos consecrationem patrono ipsorum fieri. — בעל]י hic præpositio, sicut in tit. 132 v. 1; 202 v. 2.

Versus 5. Sub iis quæ supersunt latet aliquid ejusmodi : תאמ]נם | רימם | לתאל]ב | עמכרב | והתב; cf. tit. 81 v. 8 et 9; 84 v. 8; 140 v. 7.

Versus 6. Saba'um et Bakîlum mirare conjunctos, quum Bakîlum Sabæ vassalum fuisse titulo 126 (cf. in primis v. 4 et 9) compertum habeamus. — Quæ sequuntur ad imitationem tituli 84 addimus.

Versus 7. ום fortasse in חי]ום complendum; vide tit. 270 et in primis tit. 99 v. 7, ubi Wadad'îl, filius Ḥaiwi, filii ʿAmkarîbi, filii Samahkarîbi, filii Ḥazfari, commemoratur. Hunc Ḥaiwum filium ʿAmkarîbi esse liquet. — ב videtur nomen dei Ta'labi Riyâmi, domini .....i, antecedere quo titulus terminatur.

His præmissis, non tituli verba, sed sensum hoc fere modo restituendum esse concede :

1 עמכרב | נ[הפן | בזן| סמהכרב | בן | חזפרם | קול | שעבן | ב
2 כלם | הקנ[י | שימהמו | תאלב | רימם | נפסהו | וולדהו | ו
3 קניהו | יום. [] תקדם | עמכרב | בצר | כון | בין | אבכלן
4 ואחמרן | בעל[י | צרחתהמו | ..... | והתב | עמכרב | לתאל
5 ב | רימם | תאמ[נם | ול | יזאן | תאלב | צדק | ארמהו | בני | ס
6 בא | ובכל[ם | באמלא | יסתמלאנן | בעמהו | וופי | עבדהו | חי
ום | ב[תאלב | רימם | בעל | .....

1 *ʿAmkarîb Na[hfân (?), filius Samahkarîbi, filii Ḥazfari, princeps tribus Ba-*
2 *kîli, consecra[vit patrono ipsorum Ta'labo Riyâmo semetipsum, et liberos suos, et*
3 *bona sua, die quo [processit ʿAmkarîb, in bello quod fuit inter Bakîlenses*
4 *et Ḥimyaritas, tran[s arcem eorum . . . . . um. Et præbuit ʿAmkarîb Ta'la-*
5 *bo Riyâmo docu[mentum fidei. Et pergat Ta'lab concedere vassalis suis, nepotibus Sa-*
6 *bæ et Bakîl[i, quæ ut expleantur petent ab eo, et protegere servum suum Ḥai-*
7 *wum. Nomine [Ta'labi Riyâmi, domini . . . . . i.*

270

Glaser, 254.

Muro domus lapidem inversum Ed. Glaser offendit, coram quo hæc exscripsit, monens hunc titulum cum sequente fortasse conjungendum esse, quod nobis non displicet :



בֿן ו חיום ו [בן ו] ר[יבם ו] בן ו עמרתע ו הקנֿי [ו נ]ושם

. . . . . ,] *filius Ḥaiwi, [filii] Ri[yâbi,] filii ʿAmrataʿi, consecravit [Nu]wâšo*

חיום; cf. tit. 269 v. 7. — בן | ריבם; cf. tit. 265. — עמרתע, proprium hominis nomen in titulis Minæorum Al-ʿOlæ repertis frequentissimum; cf. Indicem Mordtmanni, *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 126 *a*. — Deus Nuwâš, in titulo 235 itidem pro ושם supplendus, in tituli Massiliensis VIII v. 5, simili consecratione colitur. Cf. H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et ḥimyarites du Musée d'archéologie de Marseille*, in *Revue archéologique*, 3ᵉ series, XXXV (1899), p. 11; separatim excusum, p. 15. Idem deus in Prideaux 3, v. 10, occurrit.

271

Glaser, 255.

Hæc nobis Ed. Glaser coram lapide parieti domus infixo exscripta tradidit, monens unum titulum e titulis 270 et 271 fortasse constare :



נפסהו ו] וולדהו ו ומחמיהו ו ברימם ו

(*consecravit Nuwâšo*) *semetipsum*] *et liberos suos, et territorium suum Riyâmi.*

Vide consecrationes ejusmodi in tit. 37 v. 1 et 2; 235, cujus occasione alia exempla enumerantur; 307 v. 3 et 4; necnon apud Hommelum, *Aufsätze*, p. 29, et Mordtmannum, *Die himjarische Inschriften von Kharibet-Seʿoûd*, in *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellschaft*, LII (1898), p. 393-400. — מחמיהו, cf. tit. 37 v. 3 in contextu simili.

272

Glaser, 256.

Pars lapidis muro inserti hæc, auctore Glasero, exhibet :

אלאלתה[מו · *dii eo[rum*

273

Glaser, 257.

Ed. Glaser characteres lapidis in muro domus collocati sic nostra gratia exscripsit :

ברדא ו ו[מקם ו מרא[המו *ope, atque] potestate principis [sui*

Cf. tit. 46 v. 1.

274

Glaser, 258.

Domus parieti inscripta hæc Ed. Glaser nobiscum communicavit :

אבית ו הו[פעתת *castella Hau[ʃʿathati*

275

Glaser, 259.

Muro itidem insertum lapidem Ed. Glaser offendit, ex quo nostra gratia hæc pauca exscripsit :

שע[בהמו ו ואדימתה[מו *tri]bus ipsorum et servi ip[sorum*

אדימתהמו; cf. tit. Massiliensis II v. 10, apud H. Derenbourg, *Les monuments sabéens..... de Marseille*, p. 9. Colligendum אדומתהמו, pro אדימתהמו probabiliter scriptum, in Hal. 51, v. 7.

276

Glaser, 260.

In ruina *Al-Ḳaṣr*, hoc est castello, trecenta et quinquaginta circiter metra a Rû' (vel Rûʿ) distante, lapis magnus anno 1883 exstabat prope cisternam Mâdjil eo loco qui عريم الماجل *ʿArîm al-Mâdjil*, ad verbum «moles pustulosi», dicitur. Quum lapis humore et annis gravia damna passus sit, Ed. Glaser titulum quinque versuum non jam integrum invenit. Hic habes quæ coram lapide exscripsit :



Versus 1. Initio restitue יואן | תבעכרב, quod a versu 3 mutuamur. — Mutato priore *râ'o* (ʿ) in *wâwum* (ʿ), רבשמסם agnoscimus; cf. tit. 31 v. 4; 67 v. 8; 145 v. 1; 153 v. 1; 164 v. 6. — אטלם; cf. tit. 78 v. 1; 286 v. 1; et in primis tit. 104 v. 1, ubi אטלם | רבשמסם occurrit. — Deinde ון[המד | בנו | מד]ו[י]ח[ן præsentimus. — Sub fine, adde דמ a quo nomen castelli incipere videtur, collatis similibus in versu 2.

Versus 2. Nomen castelli ignotum in תן desinere suspicamur, post quod, ut rimæ expleantur, בהגרן | | שצרם conjectamus, quum in urbe Šaṣṣarîmo deus Ta'lab Riyâm (cf. v. 4) præcipue cultus sit. — Lege deinde ומח[ר]מהמו «et sacrarium suum», collato tituli Halevyani 63 v. 6. — Post תן....דמ, nomen sacrarii quod complere non valemus, mirare ומנרת = وَمَنارَةً, hoc est «et turrem luciferam»; cf. in dialecto Minæorum מנורת (مَنارَةٌ) in Hal. 353, v. 6. Fuerintne tunc temporis, duo circiter secula ante islamismum, exemplaria turrium mosquitis appositarum, quæ vernaculo sermone *minarets* appellantur, non dijudicare audemus. מנרת, in statu constructo positum, more aramaico cum דקדמהו jungitur, cujus ד = די, ָ nota est genitivi, et קדמהו anticam sacrarii partem designat, suffixo הו ad מחרמהמו relato. Cf. simile in v. 3, necnon, etsi in dialecto Minæorum, אלאלת | דאחמסם et | אלאלת דבחרם apud Hal. 478, v. 14. Quoad קדמהו, cf. קדמם apud Hal. 203, v. 2; 424; 465, v. 2; etc. (D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 24-25). — נקזו «puteis instruxerunt»; vide supra, p. 220.

Versus 3. Post משימתהמו, ו[ין «et vinetum» restituendum, de cujus vocabulo in tit. 11 v. 3 optima Fr. Hommel attulit in : *Ueber das Wort Wein im Südsemitischen* (*Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, XLIII, p. 653-662). Post ין in statu constructo, lege דחלף, collata constructione eadem in versu 2. חלף = خَلَّفَ «post, pone», præpositio quæ apud Sabæos cum *bâ'o* præposito (בחלף) sæpius usurpatur. — Sequitur המו[מרא | ם[במק] | ביתהמו; cf. tit. 46 v. 5. — Tubbaʿkarîbi Ya'zan patrem ignoramus.

Versus 4. Commemorantur deinde dii præsides domus eorum בי[תהמו | אבעל; cf. nostram ad titulos 86 (v. 8); 128; 194 (v. 3) adnotationem. — ומקם] | ובחל «et vi et potentia» conjicimus, quum חל mancum pro חיל in tit. 2 v. 8; 45 v. 8 occurrerit. — ʿAthtar hic primum «dominus Madhba'i» (מדבא | [ב[על) appellatur, quem ʿAthtaris adde quos D. H. Müller e titulis in *Langer's Reiseberichte*, p. 58, adn. 1, congessit. — Sub נאן (ᎿᏗᎿ) deum הכס (ᏗᏂᎥ), brevius scriptum pro הובס, latere suspicamur; cf. quæ ad tit. 43 v. 4 adnotavimus.

Versus 5. Ultima restitue : ומנצחיהמו | [ואשמס]המו, collatis O. M., olim 18, nunc 42 (*Musée imp. ottoman, Antiquités himyarites*, p. 35), apud nos 293, v. 2; necnon מנצחהמו masculino in tit. 41 v. 3 (ubi brevius מצחהמו); 47 v. 2; 159; 194 v. 3.

Quæ quum ita sint, completis complendis, titulum sic fere restituimus et vertimus :

1 תבעכרב | יזאן] | ורבשמסס | אטלם | ו[י]ח[מד | בנו | המד]ן | בראו | ביתהמו | [דמ
2 ...תן | בהגרן |] שצרם [|] ומח[ר]מהמו | דמ...תן [| ו]מנרת | דקדמהו | ונקזו | [מ
3 שימתהמו | ו]ויץ | דחלף | ביתהמו | [במק]ם | [מרא]המו | תבעכרב | יזאן | בן |...
4 ..| ובאבעל | בי]תהמו | ובחל [| ומקם] | עתתר | ב[על] | מלבא | והבס | ותאלב | רימס
5 בעל | שצרם |] ומנצחיהמו | [ואשמס]המו

1 *Tubba'karîb Yaz'an], et Rabbšams Aṭhlam, et [Ya]ḥ[mad, nepotes Hamdâ]ni, condiderunt castellum suum [Dhû-Ma-*
2 *. . . . tum, in urbe] Šaṣṣarîmo[,] et sa[cra]rium suum Dhû-Ma. . . . tum[, et] turrem luciferam anticæ ejus partis, et puteis instruxerunt [a-*
3 *gros suos et] vinetum pone castellum suum, [poten]tia [domini] sui Tubba'karîbi Yaz'ani, filii. . . . .*
4 *. . . i, et ope (deorum) præsidum cas]telli sui, et vi [potentiaque] 'Athtari do[mini] Madhba'i, et Haubasi, et Ta'labi Riyâmi,*
5 *domini Šaṣṣarîmi,] et deorum amborum aquam puteis suis suppeditantium, [et Solum] suarum.*

ARTICULUS IX.

BANÎ ZUBAIR.

Ed. Glaser, Rû'o (vel Rû'o) ad septentrionem profectus, incidit in rudera vici Banî Zubair, inter meridiem et occidentem 'Amrâno pari intervallo ac Rû'o (vel Rû'o) distantis. Tria titulorum fragmenta ibi invenit et nostra gratia coram lapidibus exscripsit. Lapides ipsos e ruina Al-Ḳaṣr prope Marmalum (vel Murammalum), vicum in finibus Arḥabi et 'Ayâl Ṣoraiḥi situm, ut structiles, huc, in regionem Ayâl Ṣoraiḥum, translatos esse Ed. Glaser comperit. Animadverte מרמל in tit. 256 v. 3 occurrentem, cf. supra, p. 276.

277

Glaser, 246.

Muro domus lapis insertus hæc, auctore Glasero, exhibet :



1 ם | א.רע | ויפרע | וש
2 ם | שימהמו | תאלב
3 בובניהו || .מ

Versus 1. Lege אכרע = أَكْرَعُ, vel אסרע = أَسْرَعُ. Illud cognomen huic anteponendum esse opinamur, quum الكُراع, ذات كُراع, كُراع الباب, الكُراعان in geographia Arabiæ occurrant; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-'Arab*, p. 93, 218, 259, 260, 261, 274. — יפרע, decurtatum e יהפרע, cognomen in tituli Glaseriani 863 v. 2, hic est nomen proprium, sicut in tit. 79 v. 7.

Versus 3. Lege fortasse יחמ]ד et cf. tit. 276 v. 1.

Verte, si lubet :

1 *M..... Akraʿ, et Yufriʿ, et Š.....*
2 *(consecraverunt hanc statuam) aure]am patrono suo Taʾlabo [Riyâmo.....*
3 *Taʾla]b, et filios ipsius Yaḥma[dum,.....*

278

Glaser, 247.

Parieti domus lapidem insertum Ed. Glaser dispexit et characteres inscriptos nobiscum communicavit :

וסעדאום | נמרן | ו *et Saʿdʾawwam Namirensis, et*

Cf. tit. 103, necnon tit. 226 v. 2.

279

Glaser, 248.

Coram lapide parieti domus inserto hæc Ed. Glaser exscripsit :

| ובנהו | בנו | ד.ו *et filii ejus, Dau[mânenses (?)*

Si lectioni מן]דו | בנו faves, cf. tit. 69 v. 2; 287 v. 7.

ARTICULUS X.

RAIDA.

Vicus munitus Raida (ريدة), viginti milliariis Ṣanʿâʾo septentrionem versus distans, in regione fluvii Al-Baun situs, ab Al-Hamdânîo inter extremas Hamdânensium sedes annumeratur; cf. Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 66, 186 et 188; Yâḳût, *Muʿdjam*, II, p. 885 (على مسيرة يوم من صنعاء). Locus quem Bâkîlenses in primis incolebant (cf. Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 7) non solum a plerisque Arabum geographis commemoratur, sed etiam in aliquot titulis repertus est : vide רידת in tit. 281 v. 5; in æris Cantabrigiensis, apud nos 282, v. 2, necnon in tituli Glaseriani Maʾribensis 424 v. 2 (Glaser, *Die Abessinier*, p. 117 et seq.). In tituli 14mi Academiæ, nuperrime in Museum Luparense allati, v. 13 (J. et H. Derenbourg, *Études*, I, p. 77) plurali אריידן vico Raida oriundos designari vero simile est; cf. Glaser, *Die Abessinier*, p. 129.

(Impressum mense januario 1900.)

280

Glaser, 244.

In inferiore urbis Raida parte, quæ monti Salîl adjacet, Ed. Glaser magnum lapidem marmoreum, domui insertum, dispexit, in medio quatuor litteras exhibentem :

ושרם *Wasr*

Sitne nomen proprium ignotum an nomen appellativum obscurum ignoramus.

281

Glaser, 245.

Lapis, $0^m,35$ altus, $0^m,20$ latus, in parte ad meridiem et orientem vergente urbis Raida muro deversorii publici *simsara* dicti (cf. p. 189) insertus, hæc, auctore Glasero, oculis subjicit, quæ coram lapide exscripsit :



Versus 1. Nomen proprium in מסם[ש desinens compertum; fortasse רבש[מסם; cf. tit. 31 v. 4; 67 v. 8; 104 v. 1; 105 v. 1; 145 v. 1; 153 v. 1; 164 v. 6; 276 v. 1. — Antecedebat series nominum propriorum, sequente בנו | דרגלת, ni fallimur, sicut in tit. 256 v. 2; cf. Halévy, *Rapport*, p. 38. — Comple אד[ם.

Versus 2. Nomen castelli deest; cf. itidem nomen tribus omissum in tit. 222 v. 10.

Versus 3. Comple : ומחילם | בן | סא[רן | נמרן | ברקם, collatis tit. 214; 246 v. 2; 269 v. 1; 282 v. 1.

Versus 5. Nomen urbis Raida absque omni contextu tantummodo servatum est.

Lege et verte, de initio et fine versus uniuscujusque incertus :

1 ורבש[מסם | בנו | דרגלת | אד[ם | בני | .... | בניו
2 והותרן | וה[שקרן | ביתהמו | ברדא | מרא[יהמו | ברקם | נמ
3 רן | בן | סא[רן | ומחילם | וברדא | שימה[מו | תאלב | רימם
4 בעל | שצרם |] ובעתתר | והבס | ובדת |.חמים [| ודת | בעדנס
5 | רידת |

1 *et Rabša]ms, nepotes Dhû Ridjlati, vassa[li nepotum N. . . .i, construxerunt,*
2 *et fundaverunt et te]xerunt castellum suum, ope domino[rum amborum suorum Bâriḳi Nami-*

3 *rensis, filii Su'*]*râni, et Miḥyali, et ope patroni su*[*i Ta'labi Riyâmi,*
4 *domini Saṣṣarîmi,*] *et nomine 'Athtari, et Haubasi, et Dhât Ḥimyami*[*, et Dhât Ba'dâni*
5 *Raida*

282

Drake, 4.

(Tab. XXVI.)

Tabula ænea, $0^m,35$ alta, $0^m,24$ lata, titulo inciso ita prorsus impletur ut margini perangusto spatium necessarium vix maneat. Ultimi versus characteres medium tenent, duobus ornamentis minime venustis ex utraque parte additis. Æs, quod Tyrwhitti Drake erat, in Museo Fitzwilliam Cantabrigæ nunc servatur. In nostra tabula vigesima sexta ectypum chartaceum, dimidio fere minus, luce solis expressum invenies.

De titulo egit D. H. Muller, *Himjarische Inschriften*, in *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXIX (1876), p. 591-600, cum tabula.

Versus 1. ברקם, cf. proprium hominis nomen برقم (ברקם) in *musnado* apud Al-Hamdânîum, *Al-Iklîl* (D. H. Müller, *Südarabische Studien*, p. 29), in tit. 214; 246 v. 2; 269 v. 1; 281 v. 4; necnon nomen tribus بارق apud Ibn Doraidum, *Iśtiḳâḳ*, p. 265. — Cognomen נמרן; cf. quæ ad tit. 164 v. 6 adnotavimus. — סארן, nomen gentis; cf. v. 11; O. M., olim 20, nunc 41, v. 2; سوران = سُوْرَان in *musnado* Raidensi, apud nos 283 (D. H. Müller, *ibid.*, p. 31). — מחילם, Miḥyal, nomen gentis sicut חמירם = Ḥimyar enuntiatum; cf. tit. 281 v. 3, necnon محلم apud Al-Hamdânîum (id., *ibid.*, p. 31); Ibn Doraidum, *Iśtiḳâḳ*, p. 174 et 217.

Versus 2. רבען nescimus an quartam partem designet, quemadmodum תלתן tertiam in tit. 187 v. 3 sonat. Hanc interpretationem Ed. Glaser in sui tituli 424 v. 2 (*Die Abessinier*, p. 118) commendat. Nos potius in titulo utroque «incolæ», sicut in tit. 95 v. 6, vertimus, quum «tribus Bakîl» non pars quarta Raidæ vocari possit, Bakîlenses autem in urbe Raida habitaverint.

Versus 3. Deus Samî' «ipsorum patronus» appellatur, Ta'labi Riyâmi et Rimmôni instar. Hunc deum «exaudientem» (cf. السَّمِيع *Corani*) vide itidem in v. 8 et 10, atque in Hal. 628, v. 6; 630, v. 9; cf. nomen tribus סמע in tit. 37 v. 6 et 7, et *ibid.* v. 4 et 5, et in tit. 262 v. 1 proprium hominis nomen עמסמע, alterumque אבסמע in tit. Glaserianis 864, v. 1, et 867, apud Mordtmannum, *Himjarische Inschriften*, p. 26 et 28; utrumque decurtatum in סמע (Hal. 509; 577, v. 1). Nec obliviscendi بنو عبد سميع in *Agânî*, XVIII, p. 135. — חרמתן = الحُرْمَة; cf. tit. 290 v. 6; 292 v. 2.

Versus 4. צדקהו et seq.; cf. v. 8; tit. 84 v. 9 et 10; 104 v. 5-7.

Versus 5. צריתם; cf. tit. 80 v. 7 et 12. — להענגהמו, infinitivus cum *nûno* additicio quartæ formæ הען (tit. 2 v. 1; 27 v. 5; 82 v. 6); cf. להענן Hal. 346, v. 7; | ול יהענן (in apographo יהעינן | ול) Hal. 602, v. 4.

Versus 6. Quid sub קשלן hic et in versu 9 lateat non plane liquet. בן antecedens non hic pro מן, sicut post הען in tit. 82 v. 7, sed pro ב extenso positum esse D. H. Müller in sua anni 1876 dissertatione ideo suspicatus est quod in versu nono קשלן, cum צדקם | תמר «fructus excellentes» designante conjunctum, non de calamitate aversa, sed de beneficio concesso alterutrinque usurpatum esse opinabatur. D. H. Müller igitur, collato قِشْدَة et قِشْدَة *Ḳâmûsi* «herbæ lacte impletæ» dudum vertit. Nunc autem vir doctissimus, in privatis 26ti junii 1898 litteris, non infitiatur vocabulo קשלן plagam nimbi effusi exprimi posse, qua veris (דתא) olera deleantur. Quod nobis placeret, ut בן post הען solito sensu adhiberetur, nisi אל in versu decimo pro negatione habendum esse consequeretur; quod valde rejicimus. Hommel קשלן nomen stellæ infaustæ esse existimat et utrumque locum (*Süd-Ar. Chrest.*, p. 15 et 16) vernaculo sermone sic vertit: «er möge sie schützen vor dem (Stern?) Ḳaśdhân (wenn er aufgeht?) beim Frühjahrsgewitter, welches (oder welcher?) kommt (in diesem Jahre)», atque etiam

«während der vorher erwähnte Kasdhân (ein Stern unglücklicher Vorbedeutung?) das war, was sie erwartet hatten». Quæ non probamus. Etymon semiticum desperantes, adducimur ut קשלן idem valere ac בקלת «fruges, olera» in tit. Glaseriani 830 v. 3 = 1076, v. 6 conjiciamus; cf. de בקלת Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 15; Glaser, *Die Abessinier*, p. 49; D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum* (Wien, 1899), p. 2-5. — בברק | דתא «in fulgore veris»; cf. nomen voventis ברקם, necnon בברק in Hal. 252, v. 4; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 74. — דתא non statu constructo cum דיאתין conjungitur, ut D. H. Müller voluit (*Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 121), quum anni temporum nomina in statu absoluto *nûnatione* et *mîmatione* careant; vide quæ ad tit. 174 adnotavimus. — דיאתין; cf. tit. 290 v. 5.

Versus 7. בעתתר, proprium eponymi nomen, e אבעתתר (tit. 290 v. 6) decurtatum; cf. Fresnel 52, v. 1; Hal. 151, v. 5 et 17; 153, v. 9; 154, v. 25; necnon tit. 5um Academiæ apud J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 45. — מעדכרב = مَعْدِيكَرِب, frequens in titulis Halevyanis, etiam in tit. 131 Academiæ v. 4 (*ibid.*, p. 70-72) occurrit. Cf. etiam tit. 264 v. 1. — חזפרם; cf. tit. 73 v. 11; 99 v. 8; fortasse 269 v. 1; Hal. 51, v. 21.

Versus 8. תאמנם | לסמע | והתבו; analoga collige in tit. 81 v. 9; 84 v. 8; 140 v. 7; 269 v. 5.

Versus 9. מלאהו = בעמהו | מלאהמו «vota sua ad eum», hoc est ad deum Samiʿ; cf. במסאלהו «propter preces ad se» in æribus Musei Britannici. — D. H. Müller האתוו formam breviorem pro האתוהו (Hal. 600, v. 7; 601, v. 2) positam esse contendit, singulare צדקהמו continuantem. Aliam viam ingressi, quum tertia pluralis masculini persona in האתוו (cf. אתוו in tit. 14mi Academiæ v. 15 apud J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 77) manifeste appareat, passivum arabico أُوتُوا (itidem أُعْطُوا) «acceperunt» æqualem, cum accusativo muneris pariter constructum, agnoscere nobis videmur; cf. passive סרק = سُرِقَ in tit. 30 v. 5. — תמר | צדקם hic collectivum = plurale צדקם | אתמר versus 13.

Versus 10. ראיו | אל «quæ exspectaverunt». De אל pronomine relativo, vide tit. 284 v. 6, necnon Hommel, *Süd-ar. Chrest.*, p. 16. Quoad ראיו, supra, p. 113, occasione tit. 74 v. 17, exempla formæ decurtatæ רא attulimus. *Yâ* autem non solum hic servatum est, sed etiam in ליראינהו tituli secundi Academiæ, v. 2 et 3 (J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 41), et in ירתאין tit. 140, v. 13.

Versus 11. צארן hic errore lapicidæ pro סארן (v. 1) scriptum.

Ceteris perspicuis, jam ad transcriptionem hebraicam et versionem latinam accedamus licet :

1 ברקם | נמרן | בן | סארן | ומחילם | אקו
2 ל | שעבן | בכלם | רבען | דרידת | הקני
3 שימהמו | סמע | עדי | חרמתן | דן | משנ
4 דן | חמדם | בדת | צדקהו | בכל | אמלא
5 סתמלא | בעמהו | צריתם | להעננהמו
6 בן | קשלן | בברק | דתא | דיאתין | בחרף | ב
7 עתתר | בן | מעדכרב | בן | חזפרם | והת
8 בו | לסמע | תאמנם | בדת | צדקהמו | מ
9 לאהו | והאתוו | תמר | צדקם | וקשל
10 ן | אל | ראיו | ול | וזא | סמע | צדק | אד
11 מהו | בני | סארן | בכל | אמלא | יסתמל
12 אנן | בעמהו | ול | סעדהמו | נעמתם | ו
13 ופים | ואתמר | צדקם | עדי | ארצהמו
14 ומשימתהמו

1 *Bârik Namir Su'rânensis cum Miḥyalensibus, princi-*
2 *pibus tribus Bakîli, incolarum Raidæ, consecravit*
3 *patrono ipsorum Samîʿo, intra sacrarium, hunc titu-*
4 *lum, propterea quod indulsit ipsi in omnibus votis*
5 *quibus ab eo petiit ut concederetur liberatio, ita ut auxiliaretur (Samîʿ) ipsis*
6 *per fruges (?) in splendore veris, quæ provenient anno Bû-*
7 *ʿAthtari, filii Maʿdîkarîbi, filii Ḥazfari. Et præ-*
8 *buerunt Samîʿo documentum fidei, quia concessit ipsis quæ*
9 *petierunt ab eo, et (quia) acceperunt fructus excellentes et fru-*
10 *ges (?), quales expectaverunt. Atque utinam pergat Samîʿ indulgere vassa-*
11 *lis suis Su'rânensibus in omnibus votis quæ ut expleantur*
12 *petent ab eo et concedere ipsis felicitatem, et*
13 *tutelam, et fructus excellentes intra terram ipsorum*
14 *et agros ipsorum!*

283

In libro decimo operis sui *Al-Iklîl* dicti Al-Hamdânî, hæc, auctore D. H. Muellero (*Südarabische Studien*, p. 31), scripsit : ورايتُ فى مسند على حجرة فى غربّى حائط مسجد ريدة ممّا جل من ناعط او تلقم تمران وعلهان وسوران الهه هدان. Quem titulum, in muro occidentali mosquitæ Raidensis ab Al-Hamdânîo repertum, sic legimus et vertimus :

ברקם ו] נמרן ו ועלהן ו וסארן ו אלהת ו המדן *Bâriḳ Namir et ʿAlhân et Su'rân, Hamdânenses.*

ברקם ו] נמרן et סארן; cf. tit. 282 v. 1. — עלהן, in quod inauditum עלמן mutamus, e tit. 2 v. 11; 89 v. 1, compertum. — Demonstrativum אלהת, ex אלת extensum, plurale est demonstrativi ל; cf. Hommel, *Süd-Ar. Chrest.*, p. 14; Mordtmann, *Sabäische Miscellen*, in *Wiener Zeitschr. f. d. Kunde des Morgenlandes*, X, p. 157-158, quo suadente, in tit. 6 v. 2 «et filii amborum Hanaʾ et Haʿlal Ḳawwalenses» nunc vertimus; id., *Beiträge zur minäischen Epigraphik*, p. 93; Ed. Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 33-35; Prætorius in *Zeitschr. der d. morg. Gesellsch.*, LIII, p. 19.

ARTICULUS XI.

DJIRʿÂN.

In chorographia Glaseri (Petermann's *Mittheilungen*, 1886, tab. I) Djirʿânum in regione Arḥabensi *Balad Zindân* dicta invenies, inter septentrionem et orientem Hamdâno ita remota ut ejus mentionem alio transtulerimus, nisi primam Glaseri indagationem Yemenensem uno tenore narrare commodius habuerimus. Djirʿânum vel, ut vicus aliter nuncupatur, Bait Sinânum Ed. Glaser die Saturni, secundo februarii 1884, pervenit et se hospitio a šaikho ʿAbd al-Wahhâb Nâdjiḥ ibi comiter receptum esse prædicavit; cf. *Meine Reise durch Arḥab und Ḥâschid* in Petermann's *Mittheilungen*, 1886, p. 181.

284

Glaser, 261.

Lapis subflavus, titulo ornatus, in domo šaikhi ʿAbd al-Wahhâb Râdjiḥ servatus, e vicinis ruinis, fortasse e ruderibus Ṣirwâḥi, huc translatus est. Ed. Glaser non primum apographum suum coram lapide exscriptum, sed recentius exemplar nobis tradidit quod exprimendum curavimus. Mirare *lâmos* et *mîmos* ad sinistram ductos, litterasque versus ultimi ceteris minores :



Versus 1. Nomen proprium in בם desinens non dubium, sitne כל]בם, sicut in Hal. 662, nunc in Museo Luparensi, v. 1, aut אבש]בם, sicut in tit. 115 v. 1, aut עמש]בם, sicut in tituli Glaseriani 878 v. 1 apud Mordtmannum, *Himjarische Inschriften*, p. 35, aut simile aliquid, fortasse רי]בם vel רב]בם; cf. tit. 165 et 265. Addimus : רימם | בן, collato versu 3, ubi amplius. Quod sequitur series verborum ad constructionem pertinentium : והו]תרן | [י]נ]ב, in v. 2 solito שקרן[ה]ו terminata; vide Hommel, *Süd-Ar. Chrest.*, p. 23.

Versus 2. הנרהו; cf. quæ ad tit. 138 adnotavimus. — Nomen urbis non perspicuum. Sub initio חרי (ᚠᚲᚿ) nescimus an חרת (ᚱᚲᚿ) lateat; cf. סכתן | חרת in Hal. 145, v. 2; 146, v. 2; proprium hominis nomen בן | ידם חרתם in Glaser 830, v. 22 (Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 13) = Glaser 1076, v. 25 (Glaser, *Die Abessinier*, p. 42; D. H. Müller, *Kunsthistorisches Museum*, p. 2-6); الحرثتين in Al-Hamdânî, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 94. Inter חרים, חרתם et חרתתם incerti hæremus. — Comple באמ]ר «jussu», collatis Hal. 149, v. 15 et 16; 174, v. 4; 242, v. 2; 247, v. 1.

Versus 3. Patrem Riyâmum inde in v. 1 mutuati, בנו | רים in tituli Glaseriani 830 v. 22 = 1076 v. 25 (vide supra) colligimus. — שי]מהו; cf. Hal. 628, v. 2; 631, v. 5, nisi שי]מהמו sit legendum.

Versus 4 et 5. Ta'lab Riyâm hic est « dominus Turʿatî », sicut in tit. 2 v. 3. Complemus initio בלת | סע]דהו et sub fine מקמם]ו; cf. in eodem contextu tit. 28 v. 6 et 7; 78 v. 7-9; 79 v. 10-12; etc.

Versus 6. ורצו | מר]אהו, collato tit. 79 v. 11, subodoramur, etsi nomen « domini ipsius » desideratur. — לת | וכ, cum linea separationis insolita, primum בלת in versu 4 positum continuat. — אל pronomen relativum; respice ad tit. 282 v. 10, et ad exempla in Hommel, *Süd-Ar. Chrest.*, p. 16. — אסי; cf. אסיו in tit. Ḥiṣn-Gurâbensis v. 8, necnon in tit. Glaseriani 618 v. 19 (cf. v. 97), de quibus vide Glaser, *Die Abessinier*, p. 131 et 132, et ejusdem *Zwei Inschriften*, p. 32, 36, 44 et 50. Attamen, אסי (ᚠᚲᚲ) in סאל (ᚳᚲᚲ) et מפנו (ᚠᚲᚩᚴ) in שפ]ת]הו (ᚠᚲ[ᚷ]ᚩᚾ) emendatis, vertimus « et quæ petiit largitus est ipsi »; cf. אל | סאל in tituli 63 Musei Britannici v. 5 (D. H. Müller in *Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellschaft*, XXX, p. 675), et שפת in tit. 19 v. 9; 80 v. 7; O. M. 8, v. 15 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 34).

Versus 7. Verbum cum duobus accusativis constructum hic supplendum, sine dubio וסעד]הו (cf. v. 5), quum חטים | עמתם[ונ] sequatur. Vide itidem חטים in tit. 160 v. 8; נעמתם post סעד in tit. 88 v. 9; 89 v. 7; 91 v. 7; etc. — חרפת status constructus feminini, in quod, cum *mîmatione* (חרפתם), titulus Ḥiṣn Gurâbensis desinit. Illic sensus anni certus, qui huc etiam afferendus. Ultimum vocabulum מסאל]ה]ו legendum esse suspicamur, non spondemus, linea separationis in extremo titulo posita.

Sic igitur titulum truncum restituimus et vertimus :

1 עמשׁ]בם [|] | ב]ן | רימם | ב]נ[י] | והו]תׄרן
2 ו[ה]שׁקרן | הגרהו | חרתׄ]תם | באמ
3 ר | אבהו | רימם | [ו]במקם | שׁי]מהו
4 תאלב | רימם | בעל | תרעת [| בדׄת | סע
5 דהו | תאלב | ברי | אדׄנם | ו[מקמם
6 ורצׄו | מר]אהו | וב | דׄת | אׄל | סאל | שׁפ[ת]הו
7 וסעד]הו | חטׄים | ונעמתם | חׄרפת | מסאל[ה]ו |

1 *ʿAmši]bâm* (?) [,] *fi[lius Riyâmi, cons]tru[xit], et fun[davit,*
2 *et [te]xit urbem suam Ḥartha[tum, jus-*
3 *su patris sui Riyâmi, [et] imperio pa[troni sui*
4 *Ta'labi Riyâmi, domini Turʿati[, quia conces-*
5 *sit ipsi Ta'lab plenitudinem potentiæ et [auctoritatis,*
6 *et favorem domi]ni sui, et quia quæ petiit largi[tus est] ipsi,*
7 *concessitque] ipsi gratiam et felicitatem anno precationis [su]æ.*

285

Glaser, 262; Berlin, 2.

(Tab. XXVI.)

Ara lapidea, $0^{m},70$ alta, duabus partibus constans, cujus superior $0^{m},6$ undique prominens, in latere antico ornamenta et pinnas ad rectam et ad sinistram, orbe et luna bicornuta interjectis, exhibet; cf. repræsentationem tituli 226 supra, p. 260, necnon tabulam I in J. et H. Derenbourg, *Études*, I. Pars inferior scapo constat, qui latiore initio ($0^{m},20$) tenuiorem in ambitum ($0^{m},17$) exsurgit. In fronte summi scapi titulus quatuor versuum apparet, vacante reliquo spatio. Ara in vico Bait Ḥâzib, Djirʿâno ad meridiem proximo, reperta, e domo šaikhi ʿAbd al-Wahhâb Râdjiḥ (cf. tit. 284) in Museos Regios Berolinenses pervenit, ubi nunc servatur, et ubi mense quintili anni 1886 eam simul ac tit. 30 et 37 inspeximus. In tabula nostra vigesima sexta imaginem monumenti e tabula III descriptionis a Mordtmanno scriptæ luce solis expressam invenies.

De titulo egerunt : D. H. Muller, *Sabäische Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin; Sitzungsberichte der Königlichen Preussischen Akademie der Wissenschaften zu Berlin*, XXXIX (1886), p. 855; separatim excusum, p. 17, et tab. XIII. — Ed. Glaser, *Mittheilungen über einige aus meiner Sammlung stammende sabäische Inschriften* (Prag, Juli 1886), p. 75. — J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer in den Königlichen Museen zu Berlin* (Berlin, 1893), p. 41-42, et tab. II.

Nomina aram deo, cujus mentio non fit, consecrantium sic enumerantur :

𐩣𐩢𐩣𐩠 | 𐩠	סעדם | ו	1	*Saʿd, et*
𐩣𐩠𐩣𐩡𐩢𐩣𐩠	סעדשמסם	2	*Saʿdšams,*
𐩢𐩣𐩢𐩡𐩠 | 𐩢	ורבאל | ב	3	*et Rabb'il, ne-*
𐩣𐩡𐩢𐩢 | 𐩠𐩡	בו | בחרם	4	*potes Baḥri.*

Versus 1. סעדם; cf. tit. 193; 242 v. 1; etc.
Versus 2. סעדשמסם; cf. tit. 3 v. 1; 9; etc.
Versus 3. רבאל; cf. tit. 17 v. 1; 69 v. 7; etc.
Versus 4. בחרם | בנו; cf. לבחרם in O. M. 35, v. 3-5; بنو بحر من ال ربيعة apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 114; بنو بحر من الصدف, *ibid*, p. 89.

286

Glaser, 263.

(Tab. XXVI.)

Lapis, $0^m,33$ altus, $1^m,13$ latus, $0^m,07$ profundus, in Museo Britannico sub numero 99 servatur, ubi inscripta anno 1891 dijudicare licuit. Titulum continet integrum, tribus versibus constantem cum characteribus emblematum instar exsculptis, duplici linea circumdatum. In tabula nostra vicesima sexta imaginem tituli e monumento ipso luce solis expressam invenies.

De titulo egerunt : D. H. Muller, *Kritische Beiträge zur südarabischen Epigraphik*, in *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, II (1888), p. 2. — J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, Berlin, 1892, p. 39.

Versus 1. והבם; cf. tit. 91 v. 1. — אטלם, sic cognomen in tit. 78 v. 1; 104 v. 1; 276 v. 1. — רבבם, cf. tit. 79 v. 1; 106 v. 1. — Cognomen יזאן, non ימסק ut legit Müller; cf. tit. 154 v. 3; 187 v. 1; 248; 276 v. 3. — בנהמו, scriptio manca pro בניהמו; cf. tit. 5 v. 1; 77 v. 2; etc.

Versus 2. Naśaʾkarib, Tubbaʿʾîl et Dôdkarîb sic in tit. 5 v. 1 conjunguntur si, ut recte suasit J. H. Mordtmann (*Zeitschr. der deutsch. morg. Gesellsch.*, XLIV, p. 195), titulum Glaserianum 5 titulo Glaseriano 8, Halevyanum 1 Halevyano 2 continuari agnoscitur.

Versus 3. עצבם, non עזבם, ut velit Müller, nomen gentis; cf. עצבם | בן | סעדם in tituli Glaseriani 825 v. 6, 10, 15 et 18, apud Mordtmannum, *Himjarische Inschriften*, p. 5 et 6; עצבם | בן | אלשרח in tit. 287 v. 3 et 4; بنو الغضب بن جُشَم apud Ibn Doraidum, *Istiḳâḳ*, p. 272. — רבחם, Muellero auctore, proprium sepulturæ nomen. Quod non probamus, quum hoc vocabulum, cum מרבחם alternans, in similibus titulis occurrat; cf. tit. 20 v. 2, ubi רבחם in מרבחם, imitatione tit. 21 v. 3, perperam mutavimus.

Titulum sic legimus et vertimus :

1 והבם | אטלם | ורבבם | יזאן | ובנהמו
2 נשאכרב | ותבעאל | ודדכרב | בנ
3 ו | עצבם | בניו | מקברהמו | רבחם

1 *Wahb Aṯhlam et Rabîb Yazʾan, et filii eorum*
2 *Naśaʾkarîb et Tubbaʿʾît et Dôdkarîb, nepo-*
3 *tes Gaḍbi, construxerunt sepulturæ suæ locum, sedem quietis.*

ARTICULUS XII.

DJABAL THANAIN.

Die decimo mensis februarii anni 1884, Ed. Glaser, antequam urbem Nâʿaṭum (ناعط) adiret, montem Thanainum ascendit, certior factus ibi medio in clivo saxum inscriptum exstare. Nec frustra vir indefessus laborem suscepit, quum ad spem eventus satis superque responderit, quod explorato grateque agnoscimus; cf. Ed. Glaser, *Reise durch Arḥab und Ḥâschid* in Petermann's *Mittheilungen*, 1884, p. 210.

Quoad montem Thanainum, secundum communem incolarum enuntiationem, ab Al-Bakrîo (*Muʿdjam*, p. 220 et 433) Thanîn, ab Al-Hamdânîo (Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 179) Thalîn appellatur. Pari dissimilatione vide גמן pro גנן in ægyptii Minæorum tituli v. 3 apud H. Derenbourg, *Nouveau mémoire sur l'épitaphe minéenne d'Égypte*, p. 11. De monte Thanîno, silentibus Al-Hamdânîo et Yâḳûto, Al-Bakrî (*l. c.*) sic loquitur : « Unus e montibus (fluvii) Al-Bauni, in ima Hamdânensium regione, super quem montem castellum Nâʿaṭi eminet, primum inter castella Yemeni post Gumdânum. »

Mons Thanain (תנין) in titulis nostris non semel commemoratur. Vide tit. 289 = Glaser 267, v. 1 et 24; 290 = Glaser 862, v. 6; 292 = O. M., olim 19, nunc 20, v. 2, ubi תניני pro תנין legitur; 293 = O. M., olim 18, nunc 42, v. 1, in quo brevius scriptum תנן J. H. Mordtmann agnovit; cf. *Musée Impérial Ottoman. Antiquités himyarites. Catalogue sommaire* (turcice, Constantinopoli 1315 H. = 1897 Chr.), p. 36.

287

Glaser, 265.

Saxum flavum, rude et enorme, $1^{m},80$ altum, $2^{m},50$ latum, magis quam 4 metra profundum, in orientali montis Thanaini latere paululum super rupem basaltis longe conspicuam expositum, Ed. Glaser invenit et ex occidentali lapidis parte titulum, in plana quadrati $1^{m},20$ alti dimensione inclusum, nostra gratia exscripsit. Titulus, transverse fractus, non talia damna passus est ut ejus plurima etiamnunc non liquerent. Animadverte in versibus 2, 11 et 15 spatia itidem vacua in eadem vocabulorum serie, nullo charactere deficiente. Quum Glaseri apographum coram lapide scriptum non possideamus, alterumque exemplar nobiscum communicaverit, textum, propriis Hamdânensium nominibus præcipue constantem, typis mandandum, hoc modo excusum habes :



IV. 38

(Impressum mense januario 1900.)

𐩪 | 𐩣𐩵𐩺𐩵 | 𐩺𐩨𐩹𐩹 | 𐩺𐩪 | 𐩵𐩣𐩲𐩵 | 𐩺𐩣𐩵𐩺 | 𐩺𐩪 | 𐩣𐩺𐩹𐩲𐩵 7

𐩲𐩵𐩪𐩺𐩵 | 𐩺𐩹𐩺𐩺𐩵𐩣 | 𐩣𐩺𐩵𐩺𐩵 | 𐩲𐩣𐩹𐩺𐩺 | 𐩺𐩹𐩺 8

𐩲𐩺𐩵𐩵𐩵 | 𐩣𐩵𐩪𐩲 | 𐩺𐩪 | 𐩺𐩵𐩪𐩲𐩵 | 𐩺𐩺𐩺 | 𐩺𐩪 | 𐩪𐩹𐩺𐩹 | 𐩲 9

𐩹𐩹 | 𐩣𐩺𐩵𐩺 | 𐩲𐩲𐩹𐩣 | 𐩺𐩣𐩵 | 𐩺𐩪 | 𐩲𐩺𐩵𐩵𐩵 | 𐩺𐩹𐩵𐩵 | 𐩺𐩪 10

𐩺𐩵𐩹 | 𐩵𐩵𐩲𐩵𐩵 | 𐩺𐩺𐩹 | 𐩹𐩺𐩪 | 𐩹𐩹 11

𐩺𐩹𐩺𐩣 | 𐩺𐩪 | 𐩣𐩵𐩣𐩪𐩺𐩵 | 𐩣𐩪𐩺𐩹 | 𐩺𐩪 | 𐩺𐩵𐩹𐩺𐩣 | 𐩺 12

𐩣𐩺𐩹 | 𐩺𐩪 | 𐩺𐩣𐩵𐩹𐩵 | 𐩪𐩺𐩣𐩵 | 𐩺𐩪 | 𐩣𐩺𐩵𐩵𐩵 | 𐩣 13

𐩺𐩣𐩵𐩹𐩹 | 𐩣𐩺𐩵𐩺 | 𐩲𐩲𐩹𐩣 | 𐩺𐩹𐩪𐩵 | 𐩺𐩪 | 𐩣𐩪𐩹𐩹 | 14

𐩺𐩺𐩣𐩹 | 𐩹𐩺𐩪 𐩹𐩺𐩵 15

Versus 1. אסד, proprium tribus nomen, sicut in tit. 84 v. 4, tertiam pluralis masculini personam verbi in perfecto adhibiti antecedit, illic האחלו, hic הטלו, quod Fr. Hommel (*Süd-Ar. Chrest.*, p. 23) arabice هظلّو recte legit. Etenim forma est quartæ Arabum respondens verbi ظلّ, quam «tegere, operire» vertimus, collatis versibus 3 et 11, atque tituli Minæorum Halevyani 192 v. 2, ubi טלל idem sonat, teste Muellero in *Langer's Reiseberichte*, p. 24. Vide etiam מהטללם in Glaser 1500 apud ejus *Die Abessinier*, p. 48. — Verbum alterum cum priore conjunctum, scilicet וזברן «et exstruxerunt» in versuum 2 et 3 simili contextu iterum occurrit. — Castellum opertum et exstructum דמהרתן = ذو المهرة Dhû 'l-Mahra mire appellatur. — Nomen loci שרתן | נכל = نقيل السراة «mons abruptus regionis altæ». De נכל, cf. Yâḳûtum, *Muʿdjam*, IV, p. 810 (النقيل بلغة اهل اليمن العقبة), necnon tit. 230 v. 2; de שרתן, vide geographicum indicem ad Al-Hamdânîi *Djazîrat al-ʿArab*, II, p. 58.

Versus 2. A מראשמס nova propositio incipit. Nomen, e מרא et שמס compositum, propriumne sit an appellativum primo dijudicandum. Hic cum יהאמן | נצרם conjunctum ut una persona designaretur, versibus 10 et 14 abest, in quibus Naṣr Yuha'min denuo commemoratur. Inde fit ut hoc vocabulo insigne aliquod ejus præcipuum semel notari conjiciamus. Quidquid est, מראשמס idem etymologia valet vel simile ac עבדשמסם, proprium hominis nomen in tit. 81 v. 1; רבשמסם in v. 12 et tit. 31 v. 4; 67 v. 8; 104 v. 1, 6, 8 et 9; 276 v. 1; רבב|שמסם in tit. 43 v. 1. Animadverte etiam והבשמס sine *mîmatione*, sicut מראשמס, in tit. 226 v. 1; ברי | שמס in tit. III Musei archæologici Massiliensis; fortasse רב[שמס vel aliud simile in v. 7, quum عبد شمس arabice itidem adhibeatur. Quoad מרא, cujus plurale אמרא, Arabibus ignotum, in epigraphia Yemenensi sæpe usurpatur, ab universa viri significatione in peculiarem domini, principis sensum recessit; cf. tit. 2 v. 11 et 16; 17 v. 3; 20 v. 3; 40 v. 5; 41 v. 4; 46 v. 1; etc. Statu constructo deæ Soli annexum, forma congruit cum מראתור, proprio feminæ nomine in D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, VII, v. 1 (Mordtmann, *Beiträge zur min. Epigraphik*, p. 24), fortasse cum امرأة العزيز in *Corano*, XII, 30 et 51, certo cum propriis hominum nominibus apud Liḥyânenses מראלה, brevius etiam מרלה scripto, et מראיחר (D. H. Müller, *ibid.*, p. 74, 78, 79 et 87), apud Arabas Petræ אמראיעוץ = امرؤ يغوث et אמראלהי = امرؤ الله (Fr. M. J. Lagrange, *Recherches épigraphiques à Pétra*, proscynemata 36, 37 et 66, in *Revue biblique*, VII, p. 176 et 180; Mark Lidzbarski, *Handbuch der nordsemitischen Epigraphik*, p. 500), apud Arabas islamismo antiquiores امرؤ القيس (H. Derenbourg, *Le poète antéislamique Imrou'ou 'l-Ḳais et le dieu arabe Al-Ḳais*, in *Bibliothèque de l'École des hautes études, sciences religieuses*, VII, p. 119-123). Quum de nomine appellativo agatur, אִישׁ אֱלֹהִים et אִישׁ הָאֱלֹהִים «homo Dei» vel «vir Dei» e Vetere Testamento huc imprimis afferenda esse censemus. «Vir Solis» vertimus, hoc est vir Solis cultor. — נצרם = نَصْرٌ; cf. Hal. 94, v. 1 (נצרז pro נצרם); 662, nunc in Museo Luparensi, v. 1 (J. et H. Derenbourg, *Les monuments sabéens et himyarites du Louvre*, p. 4), ubi נצר sine *mîmatione* legitur; נצראל in Artis historiæ Musei Imperialis Regii Vindobonensis tit. 3 v. 11 et 12 (D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, p. 12). — יהאמן, cognomen; cf. tit. 10; 195 v. 4 et 14; 244 v. 2; 258. — צדק, proprium hominis nomen, decurtatum e צדקאל apud Hal. 193, v. 1, vel צדקעתת in tit. 306 v. 1, plene scriptis, in titulo Barâḳiṣensi Halevyano 509 sic occurrens, apud Sabæos fortasse in Hal. 616, certo in Glaser 891, v. 6 (Glaser, *Die Abessinier*, p. 82) reperitur. Alia exempla vide in Hommel, *Aufsätze*, p. 129-130. — בני | המדן «ambo Hamdânenses»; cf. בני|בתע «ambo Bataʿenses» in tit. 187

v. 2. Animadverte vacua inter צדק et המדן | בני non solum hic, sed etiam in versibus 11 et 15 spatia, e quibus clare apparet צדק, proprium ædificantis alterius nomen, non cum duobus vocabulis המדן | בני cohærere, quum ad Naṣrum etiam pertineant. Similia intervalla dispice in O. M., olim 15, nunc 62, v. 2 et 4 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 63, et tab. V).

Versus 3. הטלי | וזכרן, verba eadem quæ in versu 1 exstant, quorum prius in dualis terminationem desinit, ut nos docet Fr. Hommel, *Süd-Ar. Chrest.*, p. 23. Ædificia a Naṣro ac Ṣiddîḳo «operta et exstructa» | לדרם | וחין רנין appellantur. לדרם in גדרם emendato, cf. ذو جُدَد in Al-Hamdânîo, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 228; بنو جُدَيْد ابن الازد, *ibid.*, p. 51, 52, 211. Sub חין latet fortasse חצן = حِصْن «arx» quod titulis nondum innotuit, et cujus vestigium in antiquo Ḥiṣn Gurâbi nomine permansit. Cum רנין nomen fluminis رَنْية vel رَنَيَّة colligas licet, de quo vide Al-Hamdânî, *ibid.*, p. 50, 119, 123, etc.; Al-Bakrî, *Muʿdjam*, p. 413; Yâḳût, *Muʿdjam*, II, p. 826; Sprenger, *Die alte Geographie Arabiens*, p. 241. Hommel, litteris die 13mo septembris 1899 scriptis, nobis interpretationem hujus exordii a nostra multum differentem attulit. Non solum לדרם et רנין | חין propria hominum nomina esse contendit, חין in Hal. 88 v. 1 sic occurrente et רנין ethnico cum כדרן (v. 5), פתכן (v. 6), בנין (v. 7 et 8), מאדנין (v. 8) concinente, sed etiam antecedentia germanico sermone sic vertit: «Die Soldaten (oder Helden), welche den (ganzen Monat) Dhû-Mahratân (oder Dhû-Mahrazân? Glaser ዘመራዝ) hindurch trauerten (cf. ظُلَّة Grab) und Lieder anstimmten (cf. زمر, ዘመረ *zamara*) nach der kunstvollen Weise (oder nach der weisen Anordnung des Oberrichters; cf. babylonisch *sartûnu* «Richter») Mar'uśams waren Nâṣir Yuha'min und Ṣaduḳ, die Banû Hamdân. Sie beide betrauerten und besangen den.....», etc. Auctore Hommelo, sequerentur, primum 19, deinde 5 heroum defunctorum nomina, quorum mortem principes Hamdânenses ambo lugerent. Quibus subtilibus non confidemus donec novo hujusmodi titulo confirmentur. — Si nostræ interpretationi faves, *wâwo* post רנין posito nomina laboris sociorum ita introducuntur ut ei sensus consortionis insit, sicut in arabico sermone *wâwo* واو المصاحبة dicto quod pro مع (apud Sabæos עם, עמן) «cum» adhiberi solet. — Nomen patris Îlśaraḥi, ni fallimur, עצבם vice minime legitimi בצבם restituendum; cf. tit. 286 v. 3.

Versus 4. הופעתת; cf. tit. 1 v. 2; 37 v. 4; 204 v. 1; etc. — מרן; cf. דמרן in *Kunsthistorisches Hofmuseum* 5, v. 1 et 2; J. H. Mordtmann, *Beiträge*, p. 10, 60 et 62; ذو مرّان apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 99; مرّانيّ *ibid.*, p. 99 et 190; مرّانيّون *ibid.*, p. 107, 111 et 113. — ערגלם, formatio aucta *râ'o* additicio pro عنلم ʿIdjl in tit. 9° Musei Luparensis; cf. syriace ܥܓܠ = ܥܓܠ «volvit». — Cognomen אקרץ traditum potius אקרב = أَقْرَبُ legendum, collato ורחק | וקרב in tit. 95 v. 7 et 8; O. M., olim 12, nunc 28, v. 9 et 10. — יהרם; cf. tit. 205 v. 2; Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 40.

Versus 5. Series nominum propriorum continuatur. — והבם; cf. tit. 91 v. 1; 286 v. 1. — *Nûn* vocabuli בן sequentis partim fractum. — ברדדם; cf. بِرْداد, nomen loci apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 67, 74 et 99. Hommel, *Aufsätze*, p. 98, adn. 2, proprium Arabis septentrionalis nomen Assyriorum cuneis scriptum Bir-Dadda, necnon biblicum Bildadi, unius ex amicis Jobi, nomen colligit. — כלבם; cf. Hal. 662, nunc 1 Musei Luparensis, v. 1; 155, 156 et 158 apud Mordtmannum, *Miscellen*, in *Zeitschrift der deutsch. morg. Gesellsch.*, XXXI, p. 84, necnon כלבת, nomen tribus in tit. 91 v. 2. — כדדן «Kadîdensis», scilicet ortus ex urbe Ḥidjâzi الكَدِيد dicta. De hac adjectivi ethnici formatione decurtata ex *iyyân*, vide nostram ad v. 3 adnotationem et Hommel, *Süd-Ar. Chrest.*, p. 40. — ישעאל, nomen proprium compositum e verbo שוע «adjuvit» (tit. 2 v. 11; 79 v. 7; 95 v. 1 et 2) et nomine divino אל; cf. cognomen יהשע in tit. 1 v. 2 et in tit. 14i Academiæ, nunc in Museo Luparensi, v. 1 (J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 76-78).

Versus 6. מיפאם, etsi inter *alifum* (ء) et *ʿainum* (ع) magnopere intersit, non dubitamus quin pro מיפעם, sæpius nomine urbis (Glaser 1000 in ejusdem *Die Abessinier*, p. 14), hic inaudito hominis nomine, scriptum sit. Lapicidam negligenter erravisse non miramur. — רבבם; cf. tit. 165; 210 v. 1; 286 v. 1. — עתלם corrige in עולם, collatis עולן in tit. 126 v. 12; הَعْوَلن in Fresnel 53, v. 1, et proprio hominis nomine الأعزل in Ibn Doraido, *Istiḳâḳ*, p. 164. Si nostræ emendationi non indulges, cf. in Bibliis עֲהַלְיָה nomen proprium masculinum et femininum. — פתכן, nomen gentis in tit. 306 v. 3, cum *nûno* determinativo, hic adjectivum gentilicium cum *nûno* ethnico, sicut כדרן in v. 5.

Versus 7. זהרם; vide tit. 160 v. 2; 228 v. 1; 234 *b* v. 5; 240 v. 3; etc. — דומן = دَوْمان; cf. tit. 69 v. 2; fortasse 279. — Initio nominis proprii sequentis deficiente, רב[שמס conjectamus; vide quæ ad v. 2 adnotavimus; vide etiam רבשמסם, cum *mîmatione*, in v. 12. — קיצן; cf. קיץ «cisterna» verbumque denominativum קיץ Hal. 527, v. 1 (קיל); 528, v. 2; Reh. 4, v. 2 et 4

(Müller, *Himjarische Studien*, in *Zeitschr. d. deutsch. morg. Gesellsch.*, XXX, p. 682 et 684; Glaser, *Mittheilungen*, p. 61); Glaser 542, v. 2 (Glaser, *Die Abessinier*, p. 50). — בנין | דוסם; cf. eadem in Hal. 644 et 660, fortasse 649 et كَوْس, proprium hominis nomen apud Nöldeke, *Geschichte der Perser*, p. 192. Quoad בנין, adjectivum relativum ad בנא pertinens, quod nomen loci in Glaser 886, v. 2, ut sacrarium ʿAthtari occurrit (Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 39), cf. وادى بَنَا in Al-Hamdânîo, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 78, 101, 104; Yâḳûto, *Muʿdjam*, I, p. 738. Nec infitiamur, ut suadet Hommel, adjectivo ethnico בנין oriundum ex urbe בין (tit. 37 v. 1; Halévy 682, nunc Londini in Regia Asiatica Societate, v. 3; *Kunsthistorisches Hofmuseum* 7, v. 2; 8, v. 3; 9, v. 2, apud D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 24-26) fortasse designari.

Versus 8. שרחאל; cf. v. 12 et tit. 152 v. 1; 185 v. 1; 242 v. 1; 289 v. 13. — רימת, nomen urbis in titulo Maʿînensi Halevyano 243, v. 15; in uno e titulis Ḳatabânensibus Glaserianis, ubi deum לרימתם | עם commemorari Fr. Hommel, *Aufsätze*, p. 150, refert; vide جُبْلانُ رَيْمَةَ apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 68, 71, 72, 103, etc., necnon رَيْمَة, nomen urbis et provinciæ, apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, II, p. 890, et passim. — Sub נודם, cujus *nûn* et *wâw* dubia, סעדם latere suspicamur; cf. v. 13 et tit. 193; 242 v. 1; 285 v. 1. — מאדנין, adjectivum ethnicum de quo egerunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 30-31; J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 48-49. مخلاف مأذن ab Al-Hamdânîo, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 82, 86, 106, commemoratur. Mirare *ibidem*, p. 111, v. 11, adjectivum relativum مأذنيّ. — כרבעתת; cf. tit. 2 v. 1.

Versus 9. ירחב, cognomen, quod cf. in tit. 1 v. 3; 193; necnon in tituli Massiliensis II v. 2 (H. Derenbourg, *Les monuments sabéens..... de Marseille*, p. 9). — כרבעתת | ירחב | בן | דדן, in quo בן | דדן = לדדן gentem designat, simili modo in tit. O. M., olim 6, nunc 23, v. 3 et 5, apparet; cf. Müller und Mordtmann, *Sabäische Denkmäler*, p. 28. — תבען, cujus *nûn* incertum, in תבעאל emendamus, collatis tit. 286 v. 2; Glaser 885 v. 1 in Mordtmann, *Himjarische Inschriften*, p. 38. — תבעם, nomen proprium decurtatum e תבעאל; cf. זידם | וזידאל in tit. 37 v. 2; בן | זיד | זידאל in tit. Minæorum ægyptiaci v. 1 (H. Derenbourg, *Nouveau mémoire*, p. 12). — אוסלת, iterum in v. 10 = اوس اللات, sicut סעדלת = سعد اللات in tit. 9 Musei Luparensis v. 1 et והבלת = وهب اللات in tit. 169 conflatum, in titulo 67 Musei Britannici, v. 1 (D. H. Müller, *Langer's Reiseberichte*, p. 88-90), etiam reperitur; cf. אוסם in tit. 90 v. 1 et 6, אוסאל et אוסעתת.

Versus 10. אעין; cf. tit. 107 v. 1. — סמן = سَمّانُ apud Ibn Doraidum, *Istiḳâḳ*, p. 299; cf. etiam سمنة, (Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 22). — מקתת, plurale vocabuli מקתוי, in tit. 140 v. 1; 226 v. 2 occurrentis, de quo supra, p. 203, disseruimus; cf. quæ illic attulimus, necnon מקתת in tit. 2 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis v. 1 (H. Derenbourg, *Les monuments*, p. 11-12, ubi de מקתת interpres erravit). Ed. Glaser, *Die Abessinier*, p. 44, 46 et 105 «Vertrauensmänner» et «treue Diener» vertit, nos singulare «dux exercitus» bis vertimus; hic autem et in ceteris locis ubi plurale usurpatur «fidi adjutores» anteponendum esse nunc persuasum habemus.

Versus 11. A וזאו tertia propositio incipit. הטל[] | וזכרן legendum, collatis versibus 1 et 3, atque tituli 82 versibus 8 et 9. Animadverte etiam versum unumquemque litteris 34 minime, 37 maxime constare. Omissam loci «operti et exstructi» mentionem רנין | וחצן | נדדם, e v. 3 sumptam, cogitatione supplemus.

Versus 12. Nova series nominum propriorum initium facit a שרחאל; cf. v. 8. — חרמם, proprium hominis nomen, quod in titulis Glaserianis Ḳatabânensibus etiam occurrere Fr. Hommel, a Glasero edoctus, asseverat. Cf. propria hominum nomina חרם et יחרמאל in tituli Minæorum Halevyani 504 v. 1. — רבשמסם cum *mîmatione* quæ eodem nomine (v. 7) abesse nobis videtur. — מלחד fortasse scriptum pro מלחם, proprio hominis nomine in Hal. 605, sequentibus *wâwo* copulativo et nomine proprio oblitterato.

Versus 13. Quum principio spatium vacuum manserit, בן proprium patris nomen antecedens inserimus. — עמכרב; cf. tit. 8 v. 1; 20 v. 1; 73 v. 10; 99 v. 7; 108 v. 1; 269 v. 1. — יאול, cf. tit. 241 v. 4; Os. 35 = B. M. 33 v. 5; Glaser 424 v. 4, 7, 16 (Glaser, *Die Abessinier*, p. 117). — רגז, quum duo characteres initio versus 14 ante lineam separationis desiderari videantur, in רבז[אד complemus, collatis propriis hominum et feminarum nominibus זאדם in O. M., olim 15, nunc 62, v. 2 (Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 63); אבזאד in tit. 69 v. 7; קילזאד in Musei Luparensis tit. 8 v. 1 (J. et H. Derenbourg, *Les monuments sabéens..... du Louvre*, p. 9); אלזאד in *Kunsthistorisches Hofmuseum*, 24, v. 1 (D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer*, p. 45).

Versus 14. ישבם, nomen arcis in titulo Ḥiṣn-Gurâbensi (Glaser, *Die Abessinier*, p. 131); cf. quæ ad tit. 48 v. 2 adnotavimus, necnon tit. 125 v. 2; 137 v. 2. Hic sine dubio ישבם proprium hominis nomen, nusquam adhuc repertum. — צבחם; cf. صباح اليشكرى apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, p. 136.

Emendatis quæ emendanda esse conjecimus et additis addendis, titulum sic legimus et vertimus :

1 אסד | הטלו | וזברן | דמהרתן | עדי | נכל | שרתן | מר
2 אשמס | נצרם | יהאמן | וצדק | בני | המדן | ה
3 טלי | וזברן | גדדם | וחצן | רנין | ואלשרח | בן | עצ
4 בם | והופעתת | בן | מרן | וערגלם | אקרב | בן | יה
5 רם | ווהבם | ב[ן] | ברדדם | וכלבם | כדדן | וישעאל
6 בן | מיפעם | ורבבם | בן | עזלם | ולחיעתת | פתכן |
7 וזהרם | בן | דומן | ו[רב]שמס | בן | קיצן | ודוסם | ב
8 נין | ושרחאל | דרימת | וסעדם | מאדנין | וכרבעת
9 ת | ירחב | בן | דדן | ותבעא[ל] | בן | תבעם | ואוסלת
10 בן | אעין | ואוסלת | בן | סמן | מקתת | נצרם | יה
11 אמן | וצדק | בני | המדן | ווזאו | הטל [| וזבר
12 ן | שרחאל | בן | חרמם | ורבשמסם | בן | מלחם [| ו....
13 בן | ...]ם | וסעדם | בן | עמכרב | ויאזל | בן | רבז
14 אד] | וישבם | בן | צבחם | מקתת | נצרם | יהאמן
15 וצדק | בני | המדן

1 *Asadenses operuerunt et exstruxerunt Dhû-Mahratum intra Nakîlum Sarâti. Vi-*
2 *r Solis Naṣr Yuha'min et Ṣiddiḳ, ambo Hamdânenses, ope-*
3 *ruerunt et exstruxerunt Djudadum et arcem Ranyum, cum Ílšaraḥo, filio Gaḍ-*
4 *bi, et Hauf'atḥato, filio Marrâni, et 'Ardjalo Aḳrabo, filio Yaha-*
5 *ri, et Wahbo, filio Birdâdi, et Kalbo Kadîdensi, et Yašû''îlo,*
6 *filio Maifa'i, et Rabîbo, filio 'Azli, et Leḥî'athato Fathkensi,*
7 *et Zuhro, filio Daumâni, et [Rab]šamso, filio Ḳaiḍi, et Dauso Ba-*
8 *nâ'ensi, et Šaraḥ'îlo Raimatensi, et Sa'do Ma'dhanensi, et Karîb'atha-*
9 *to Yarḥab Dadanensi, et Tubba''î[lo], filio Tubba'i, et Auslâto*
10 *A'yanensi, et Auslâto, filio Sammâni, fidis adjutoribus Naṣri Yuha-*
11 *'min et Ṣiddiḳi, amborum Hamdânensium. Et perrexerunt operire [et construe-*
12 *re Šaraḥ'îl, filius Ḥarîmi, et Rabšams, filius Malakhi[, et. . . . .,*
13 *filius . . . . .]i, et Sa'd, filius 'Amkarîbi, et Ya'zil, filius Rabzu-*
14 *'di], et Yašbum, filius Ṣabâḥi, fidi adjutores Naṣri Yuha'min*
15 *et Ṣiddiḳi, amborum Hamdânensium.*

288

Glaser, 266.

Saxum rude et informe, super quod meridiem versus duo vocabula inscripta deam Solem in hoc tumulo cultam commemorant. Legitur enim :

מקף | שמס[ם] *Lapis votivus Solis*

Occasione tituli 100, de vocabulo מקף supra, p. 163, disseruimus.

289

Glaser, 267.

In summo monte Thanaino Ed. Glaser sepulcrum sancti Walî Khâlid dicti adiit, ubi Ḥâsidenses sacrificia (عقائر) nunc etiam faciunt. In limine monumenti, cujus porta in occidentem vergit, lapis inscriptus jacebat, multa damna passus, non solum mancus, sed etiam ita oblitteratus ut plurimi characteres non jam discerni possent. Fragmentum deinde alterum Glasero invenire contigit quod cum priore tam apte cohærebat, ut unum altero partim compleretur. Utrumque, A et B designatum, hic simul exhibentes, de vocabulis et propositionibus singulis agemus, integram tituli translationem desperantes :

B A



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24

Quæ hebraicis litteris :

B	A	
....ו ב. ו תנת		1
....ו בתחר ו ב		2
....פקחי ו ו		3
....ת ו בן ו....ם		4
....דם ו בן ו שרין..רתא		5
..מסם ו מקתוית ו בן ו המ		6
..תסבאן ו ותהבתהו ו כל		7
..ן ו עלמם ו ובמוהות ו ו		8
..רשת ו קלכה ו ו דת ו המדן ו		9
רף ו סלמם ו בן ו יהען		10
דת ו...ם בן ו המדן ו ובמו ו הו		11
בפיסמען ו ח שמדן ו שמדתנכנע		12
מראן ו תרה ו ן ו כנוב. ו שלל ו וסאר ו ה		13
וב. ו הותב חרפן ו תאולו ו ו. דוו ו ע ו		14
מריט. סנה ב. פ. ו וחמדם ו והובלתם		15
מם ו בעד. רת ב. רן ו ח רם ו ו. רהמתם		16
ר יפתם ו . ו קדמנתר. ו. ארן ו דרי וחמי		17
ו עתתר ו דת ו הו..ן ו בת		18
ן ו חרפן ו ולדת ו..נן ו		19
ל ו תח. רבת ו ואמלא ו י		20
עדהמו ו עתתר ו ופיהמ		21
ואתתהו ו קלכהל ו ב		22
המו ו חשדם ו ול ו תברווב ע ו עתת		23
מו ו וש. אהמו ו ר ו בעל ו תנין		24

Versus 1. תנ[ין] | ב[על] | [עתתר] «ʿAthtar], do[minus] (montis) Than[aini» a versu 24 mutuati, huic deo præsidi dedicationem fieri comperimus.

Versus 2. בתחרב «in bello», deficiente contextu; cf. חרבהמו = حَرَبَهُم in tit. Massiliensis 1 v. 20 (H. Derenbourg, *Les monuments sabéens.... de Marseille*, p. 7) ן]תחרבת, ut legimus, in v. 20; תחרבן «oppugnatio» in tituli 290 v. 6; חרבן in tituli Halevyani 598 v. 4; מחרבן

«propugnaculum» in tit. 106 v. 3. Nescimus an segregandum sit תחרבת in titulo O. M. 76 nobis suspecto, ubi hoc vocabulo munus, fortasse prædaticium (حريمة), designatur. Dedicatio fit ob victorias Hamdânensium et Ḥimyaritarum, Sabæos ope ʿAthtari Thanainensis cædentium.

Versus 3. פקחי; cf. הקוח in tit. 40 v. 2; הקח vel קח in Glaser 285, v. 4 (H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, p. 8); הקחו in tit. Massiliensis v v. 2 (H. Derenbourg, *Les monuments sabéens..... de Marseille*, p. 13); מקח in tit. 28 v. 2; forsan obscurum פקחי in titulo Minæorum Hal. 252, v. 11. Duale est perfecti, sicut הטלי in tit. 287 v. 3. Vertimus : «(Quoad ..... et .....), ambo area subdiali muniverunt». J. H. Mordtmann radicem פקח potius agnoscere sibi videtur, cujus hæc exempla, explanationem adhuc desiderantia, nobis proponit : Hal. 154, v. 16; 661, v. 1; O. M., olim 23, nunc 3 *a*; O. M. 65, v. 2, collato Hal. 603, v. 2; Glaser 554, v. 29 (Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 8 et 15).

Versus 4. Nomen proprium in ת[עת desinens præsentimus.

Versus 5. רם[סע proponimus, collatis tit. 287 v. 8 et 13. — Sequitur שריח Širyaḥ, sicut in titulo Maʿîni Hal. 207. — Series nominum propriorum nomine inaudito לב[ב]תא[ר continuatur.

Versus 20. אאלנהמו | ברין. Locutio אלנם | ברי frequens, cf. tit. 72, v. 2; 84, v. 9; 104, v. 6, etc., dum infinitivum ברין cum *nûno* nusquam adhuc repertum; pluralis אאלנם exstat in Os. 31 = B. M. 32, v. 4; in nostris titulis 151, v. 2; 155, v. 4; 326, v. 3; 348, v. 10; etc. In Maʿînensibus titulis Halevyanis 353, v. 8; 465, v. 3; 504, v. 3, vocabulum אאלן in absimili contextu occurrit.

His præmissis verte, si lubet :

1 *Ya]rîm A[i]man et Bârig Yuharḥib, [filii ambo Auslâti Rafšân*
2 *Ha]mdânensis, principes tribus Samaʿitarum, tertiæ partis Ḥâšidi, [consecraverunt*
3 *patro]no suo Taʾlabo Riyâmo, domino Turʿati, has sex statuas*
4 *die quo servavit ipsos patronus ipsorum Taʾlab Riyâm, dominus Turʿa-*
5 *ti, pacificatione. Et junctionem consociationemque effecit Yarîm Aiman Hamdânensis*

6 *inter reges Sabæ et Raidâni et Ḥaḍramauti et Ḳatabâni*
7 *exercitusque eorum et tribus eorum in bello quod ortum erat et exstiterat in tota*
8 *regione atque inter omnes reges et exercitus. Et satisfecit Yarîm A-*
9 *iman Hamdânensis dominis suis, regibus Sabæ et Raidâ-*
10 *nensium, ceterisquê regibus ad hanc pacem. Effecitque pacem et societa-*
11 *tem Yarîm inter reges et exercitus secundum votum, beneficium et auxi-*
12 *lium concessa a patrono suo Ta'labo Riyâmo. Et præbuerunt Yarîm Aiman*
13 *et Bârig Yuharḥib, filii ambo Auslâti Rafšân Hamdânensis,*
14 *testimonium fidei vi et potentiæ patroni sui Ta'labi Riyâmi,*
15 *domini Turʿati, propterea quod servavit ipsos hac pace anno*
16 *Thaubâni, filii Saʿdi, filii Yuhasḥimi, et quod concessit ipsis*
17 *omnia vota quæ ut explerentur petierunt ab eo. Et utinam*
18 *pergat indulgere ipsis in omnibus votis ad se et concedat ip-*
19 *sis favorem et gratiam principum ipsorum, regum Sabæ, et per-*
20 *gat Ta'lab perfectas facere potestates ipsorum et auctoritates ipso-*
21 *rum; et frangat et deprimat et comprimat Ta'lab Riyâm,*
22 *dominus Turʿati, omnes adversarios ipsorum et hostes ipsorum! Nomine Ta'labi*
23 *Riyâmi.*

CAPUT VI.

INSCRIPTIONES ḤIMYARITICÆ ET SABÆÆ INCERTI LOCI, IN QUIBUS MENTIO FACTA EST DEI PECULIARITER HAMDÂNENSIS TA'LABI.

ARTICULUS I.

TA'LAB.

Quum deus Ta'lab peculiariter Hamdânensis sit, colligimus hic omnes inscriptiones incerti loci, in quibus ejus mentio facta est, primo editis titulis in quibus Ta'lab sine epitheto occurrit, sive nullum cognomen additum sit, sive epitheton e truncato titulo evanuerit. Duos titulos integros, scilicet 307 et 309, qui ambo de personis Ta'labo consecratis agunt, et titulorum fragmenta 161, 210, 215, 236 jam edidimus.

316

Halévy, 72.

Titulus ab Halevyo Širâʿi inventus et exscriptus. Širâʿ, oppidulum in regione Arḥabo dicta situm, Ṣanʿâ'o itinere medii diei orientem versus distat; vide Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 69. Inscriptio unius versus ab Halevyo, *ibid.*, p. 111, edita est :

ב[עתתר | דסדר | בתאלב *Bû]ʿathtar Sadrensis. Nomine Ta'labi.*

עתתר; pro 𐩣𐩢 legendum 𐩨. Addimus ב ante עתתר ita ut בעתתר nomen auctoris tituli sit; vide tit. 282 v. 6-7. — סדר nomen loci; cf. ذو سدر apud Yâḳûtum, *Muʿdjam*, III, p. 58. Arabicum سَدْر herbam «lotus» appellatam designat. — Mordtmannum, in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 25, secuti, בתאלב pro חתאלב legimus et ideo titulum huc inserimus.

317

Halévy, 84 et 64.

Titulus, eodem loco quo titulus 316 repertus, quinque versibus constat, sine dubio a sinistro latere abruptis. Hæc præbet Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 114, et hebraicis litteris transcribimus :



1 עמשׁפקקול | סמעי | בני
2 יום | הקנהדולז
3 בכרבאל | דׄקדׄשׁעב
4 קחׄתו | בׄתדׄאלדׄ | ו
5 תׄללב | אחׄו

Versus 1. עמשׁפק; vide tit. 37, v. 4 et 5; 131, v. 2; 139. — בני | סמעי | קול. Eadem vocabula in tit. 163 inscripta sunt. Ante קול linea separationis abest, sive in titulo ipso, sive in apographo Halevyano omissa. De tribu סמעי vide tit. 37, v. 1 et 3; 181, v. 3; 305; 315, v. 2. בני jam non «ædificavit» interpretamur, sed | בן, appositionem vocis עמשׁפק, legimus et vertimus «filius». — Nonnullis interpositis, in fine addimus ח, initium nominis proprii חיום, quod non semel, præsertim in titulo Halevyano 69, itidem Širâʿi invento, occurrit.

Versus 2-4. הקנהדולז, quum omnino non explicandum sit, emendamus, legentes הקני | אלמ[קה et addentes נפסהו | ובנה, deinde in v. 3 legimus : ו | כרבאל | וקני | קה | וב | תאלב | ו[ב | ..... | שעבהו, et in v. 4 ... | באלמ. Mordtmann, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXII, p. 205, comparatis Miles v et Hal. 154, v. 4, legit in v. 2 : יום | הקדמהו.

Versus 3. כרבאל jam supra, in tit. 1, v. 5; 37, v. 7; 126, v. 2; 234*a*, v. 1-2 occurrit.

Versus 4. קחׄתו. Si אל[מקה | וב | תאלב legis, conferre licet tit. 324, ubi ambo dii simul invocantur. — בתדׄאלדׄ. Mordtmann, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX (1876), p. 25, in notula, בתאלב legendum esse censet; idcirco hunc titulum in seriem Ta'labi titulorum induximus, meliora desperantes.

Versus 5. תׄללב emendamus, יללם legentes, quod nomen etiam supra, in tit. 62 agnovimus, tituli Ḥiṣn Ghurâbensis v. 3 in memoriam revocantes; cf. etiam ילל | שׁהר in H. Derenbourg, *Nouveaux textes yéménites inédits*, III, v. 2, et nomen arcis ילל in tit. Hal. 520 v. 14 (ubi emendandum לל | י in ילל |). Itidem in tit. Halevyano 64, etiam Širâʿi reperto, ויללם | אשׁוע pro עקגלם | אשׁוע legimus; ac eodem et ipso titulo, qui partem nostri tituli iterare videtur, freti, in locum obscuri אחׄו cognomen אשׁוע substituimus.

Legimus et vertimus quantum legere et vertere valemus :

1 עמשׁפק | קול | סמעי | בן | [.... | בן | ח
2 יום | הקני | אלמ[קה | נפסהו | ובנה
3 ו | כרבאל | וקני | שׁעב[הו | ..... | באלמ
4 קה | וב | תאלב | ו[ב | ..... | וב
5 יללם | אשׁו[ע | וב

ʿAmšafaḳ, princeps Samaʿitarum, filius . . . . . i, filii [Ḥaiwi, consecravit Îlma[ḳḳâho semetipsum et filium suum Karîb'îl et bona tribus [suæ . . . . i. Nomine Îlmaḳḳâhi et nomine Ta'labi, et [nomine . . . . . i et nomine Yalîli Ašwa[ʿ et nomine . . . . .

318

Glaser, 1379.

Hujus tituli aliquot versus edidit et vertit Glaser in *Altjemenische Nachrichten*, I, 1906, p. 53-54, quos exscribimus, quum cetera nos deficiant, restituimusque versus primi partem, germanica Glaseri translatione freti.

Hæc leguntur :

[ᎾᏍᎩᏁᏄᎿ ᎠᏂᏗᏕᏫ ᎾᎾᏀᏉᎩ ᎾᎾᏀᏉᎩ ᎾᎾᏀᏉᎩ ᎾᎾᏀᏉᎩ ᎾᎾᏀᏉᎩ] 1

ᏂᏕᏥ ᏥᏕ ᏂᏕᏫ ᏀᎾᏥᏕᎩᏫ ᎾᏥᏫ ᏀᏂᏍ ᏀᏂᏍᏫ 2

. . . . . ᎾᏫᏍᏥ ᏂᏥ ᏀᏂᏍ ᏀᏂᏍᏫᏍ [ᎾᏍᎩ 3

ᏍᏫᏫᏫᏉ ᏀᏂᏍᏁ ᏂᏕᏥ ᏂᏕ ᏗᏥ 4

. 5

. . . . . ᏂᏂᏫᏫᏫᏁ ᏀᏂᏍᏁ ᏍᏫᏫᏫᏫ ᏂᏕᏥ ᏥᏕ ᏂᏕ 6

Quæ hebraicis litteris :

[. . . . . ו . . . . . הקניי תאלב חדרהמי] 1

בערן בן עסי והעסין ואל אס סאל 2

המי] בחדרן בן כל סמעי 3

. . . . . כד אל סאל חדרן תעדתם 4

. 5

אל אס סאל ועטם חדרן לתאלב 6

Versus 1. הקניי dualis, ut supra, in tit. 314 v. 5. — חדרהמי (cf. v. 3, 4, 6) «cameram amborum». Vocabulum חדר etiam in tit. 361 v. 5 et Gl. 1221 v. 1 (Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 51) reperitur. Mordtmann comparat hebraicum חֶדֶר, arabicum خِدْر, æthiopica ḫadara et ማኀደር mâḫadar, conjicitque quoddam ædificium designari. Phœnice חדר cameram sepulcralem significat; vide *C. I. S.*, pars prima, 124, v. 1. Glaser vertit «(rupestris) sedes», at in litteris die 8° maii 1907 scriptis «rupestre sepulchrum».

Versus 2. ערן «ʿErrên»; vide supra, p. 263, et tit. 256 v. 4. Glaser : rupes. — והעסין | עסי | בן. Glaser inter בן et ון dubitans hæret, utrumque pro nomine proprio habens, et vertit והעסין | עסי | «(quam) fecit et facere jussit». Sed pronomen relativum nisi post nomen in statu constructo adhibitum non deficere solet, itaque בן pro pronomine «quicumque» habemus. עסי in prima forma frequens; vide tit. 20 v. 2; 37 v. 4, 5, 9; העסין autem in quarta forma adhuc inauditum. — | אס | ואל סאל. Hic et in v. 6, אל pronomen relativum existimamus, sicut in tit. 99 v. 9; 282 v. 6; 284 v. 6, sed in v. 4 negationem. Glaser de negativo אל in *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, 1905, c. 497-501 et 577, disseruit et in *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 49-54, numerosos titulos apud se servatos collegit, in quibus locutionem אל | סאל vel אס | סאל | אל interpretatur «ne quis noceat» aut «ne quis vindicet», aut «ne quis habeat». Secundam verbi סאל interpretationem accipimus. Auctores enim tituli monent ne quis ipsos in sepulcro sollicitet. Quod si quis faciet, ipse non habeat quietis locum; cf. obsecrationes Ešmunʿazari regis, in *C. I. S.*, pars prima, 3, et supra, titulos 20 et 21.

Versus 3. המי a Glasero suppletur. — סמעי tribus, de qua vide supra, tit. 315 v. 2 et 317 v. 1.

Versus 4. כד forsan «sic» vertendum, arabice كَذَا, dum לכד in Halevy 44, v. 9; Glaser 529, v. 3, apud Glaserum, *o. c.*, I, p. 50, «ut» significat. — אל negativum; vide v. 2. — תעדתם. Verbum תעד «restauravit» in tit. 168, suadente Hommelo, legimus. Nominis exempla collegerunt D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 64-65, et Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 52 in notula; cf. H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions*, p. 6, et *Premier supplément aux inscriptions... du Louvre*, p. 9. D. H. Müller ubique de opere ædificationis agi censet; Glaser in nostro titulo et quibusdam aliis «destructio» vertit, assyriaco *sâdu* «delere, decidere» collato. Contextum solum respicientes, provocamus ad vertendum «mancipium, possessio».

Versus 6. סאל | אס | אל; vide v. 2. — ועטם utrum verbi עטם perfectum an verbi ועט infinitivum sit dubitat Glaser. Priorem explicationem anteponimus. — | חדרן לתאלב «cameram (consecratam) Taʾlabo».

Vertimus quantum valemus :

1 [. . . . . *et*. . . . . *consecraverunt ambo Ta'labo cameram utriusque*]
2 *ʿErrêni. Quicumque faciet et facere jubebit et omnis homo qui vindicabit*
3 *ab ambobus cameram, ex omnibus Samaʿitis*. . . . . .
4 . . . . . *sic ne vindicet cameram in possessionem*
5 . . . . . .
6 *Omnis homo qui vindicaverit et vi arripuerit cameram Ta'labo* (*consecratam*). . . .

319

Halévy, 89.

Titulus ex iis quos Halévy in lapidibus rudissimis deletarum domorum invenit secundum viam quæ Al-Madîdo Dabûʿatam in regione Nihm dicta ducit. Al-Madîd unius diei itinere Ṣanʿâ'o orientem versus abest; vide Halévy, *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 17 et 70. Inscriptio tenet quatuor versus, quorum ultimus fine caret.

Quæ edidit Halévy, *ibid.*, p. 115, transcribimus hebraice, emendatis emendandis, et vertimus :

1	אבשמר ו בן	*Abšamar, filius*
2	חסרם ו מרתד	*Khasri. Dedicatio*
3	תא[ל]ב ו עדי	*Ta'[la]bo intra*
4	קד[מן]	*Ḳadu[mânum.*

Versus 1. אבשמר nomen proprium tantum in O. M. 32, nunc 55, v. 3, repertum, quocum conferre licet שמר in tit. 46 v. 6; 76 v. 1, etc.; necnon שמרם apud H. Derenbourg, in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, 315, v. 1.

Versus 2. חסרם inauditum. Mordtmann, *Wiener Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes*, X, 1896, p. 151, dubitans emendat in יסרם. — מרתד, quum בן non antecedat neque conjunctione *wâw* cum חסרם connectatur, pro appellativo, non proprio nomine viri vel tribus habendum; vide quæ supra, occasione tit. 69, v. 5, adnotavimus et titulum Luparensem 14 *d*, v. 2, apud J. et H. Derenbourg, *Nouvelles études*, p. 19; *Répertoire d'épigraphie sémitique*, 643, v. 2; cf. Mordtmann, *o. c.*

Versus 4. עד initium vocis קדמן esse putamus, tit. 342 *a*, v. 3-4, et *b*, v. 4, recordati. Mordtmann, *o. c.*, legit יעד, conferens tit. Gl. 302 (supra, 37) v. 2.

320

Halévy, 403.

In loco quem As-Sûd appellat (apud Glaserum As-Saudâ) invenit hunc titulum et exscripsit Halévy. Qui nos docet ibi olim oppidum pollens fuisse, in quo artes operosæ colebantur, præsertim metallorum labores, quorum scoriæ in terra combusta sparsæ permanserunt. Sed igne deletum est oppidum, et sæcula reliquias exiguas mœnium et fragmenta stelarum haud numerosa tantum servaverunt. Titulus est lapidi inscriptus postea inverso et undique mutilato; quare fit ut vix intelligi possit. Quanquam plerique tituli in loco As-Sûd reperti ad Minæorum dialectum pertinent,

nostrum titulum a Sabæis scriptum et illuc serius allatum esse non solum dialecti habitu, sed etiam dei Ta'labi mentione certa constat.

Halévy in suo *Rapport sur une mission archéologique dans le Yémen*, p. 180, hæc edidit :

1 ה | ול | יהב | עד | מ
2 עשבן | שובן | ותורן | וורותן
3 וארבע | בן | חבתהתן | בת | אה
4 לם | וכון | פרע | רבע
5 ורן | ול | יבהת
6 אלב | מגתי

𐩱 | 𐩺 | 𐩹𐩰 | 𐩹 | 𐩹
𐩹𐩳𐩺𐩺 | 𐩹𐩳𐩰 | 𐩹𐩲𐩺 | 𐩹𐩲𐩳𐩰
𐩹𐩵 | 𐩹𐩲 | 𐩹𐩳𐩹𐩹𐩹 | 𐩹𐩲 | 𐩺𐩲𐩳𐩰
𐩺𐩲 | 𐩺𐩲 | 𐩹𐩺𐩰 | 𐩱𐩹
𐩹𐩲𐩹𐩹 | 𐩹𐩰 | 𐩹𐩳𐩰
𐩹𐩲𐩵𐩹 | 𐩹𐩵𐩵𐩵

Versus 1. Littera ה fortasse suffixum pronomen tertiæ personæ femininæ. — יהב | ול; vide verbum והב in tit. 35 v. 3 et confer tit. Halevyanos 259, v. 3; 344, v. 1; 387, v. 3; 447, v. 2 et 3. — עד præpositio præter minæos titulos in tit. Hal. 154 v. 8 et Fresnel XI v. 3 et 5 reperta. Attamen non omnino abest quin, littera *yâ* post עד omissa, עדי legendum sit. — Cujus vocis littera מ initium sit, ignoramus.

Versus 2. עשבן. In tit. Halevyani 344 v. 5 reperitur עשבהו, quod Grimme, *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, IX, 1906, c. 328, «locavit eum» vertit, conferens æthiopicum ዐሰበ *'assaba*, et itidem Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, 1906, p. 33 et 37; עשבת in Academiæ tit. 11, v. 10, apud J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, I, p. 64. Comparamus hebraicum עֵשֶׂב et arabicum عُشْب «herba», non ignorantes litteram ש plerumque cum hebraica ס et arabica س congruere. — שובן, in Gl. 282 = B. M. 90, v. 2, occurrens, forsan cum arabico شَوْب «mel» conferendum, conjunctione *wâw* initio addita. — תורן «taurus»; vide tit. 26, v. 6; 80, v. 9; 81, v. 3; etc. — וורותן emendandum esse videtur, sive וערותן legendum sit et cum arabico عَرْوَة «pretiosa res» comparandum, sive וורעתן, quo verbum הורעו «terruerunt» aut «intervenerunt» aut «impediverunt» in Academiæ tit. 14 (infra, tit. 353), v. 16, in memoriam revocatur, sive ורתתן «heres femina» sicut in tit. 95 v. 2.

Versus 3. כן | ארבע; utrum «quatuor ex» an «fruges incolarum» (cf. v. 4) vertendum sit, dubitamus. Si posteriori opinioni assentiris, חבתהתן pro nomine proprio habebis, quocum D. H. Müller, *Epigraphische Denkmäler aus Arabien*, XX, v. 1, חבתן comparat; cf. nomen loci לאחבכן in tit. 240 v. 8; si autem priorem probas, tunc compara יחבן | פל supra, in tit. 291 v. 5; אחבכהו in tit. Hal. 154 v. 11; מחבכוו in tit. Hal. 189; חבבת in tit. Hal. 190 v. 1-2, quæ a radice חבב vel חבו deducenda sunt, sed nullo modo ad nostri loci explanationem adjuvant. Conferre malumus arabicum خبت «terra depressa». Littera ה, minæorum titulorum instar, tanquam vocalis hic et in אהלהתן apud Hal. 147, v. 5, adhiberi videtur. — Quid בת sonet nescimus, nisi præpositio בן «ex», arabice مِنْ, legenda sit; vide v. 5. — Litteræ אה facile complendæ sunt in אהל «gens»; cf. tit. Hal. 144, v. 2; 145, v. 2 etc. Sed quid sequatur ignoramus.

Versus 4. לם cujus vocis sit terminatio non decernendum. — פרע «optima pars»; vide supra, tit. 2 v. 13 et quæ illius tituli occasione adnotavimus. — רבע. Utrum hic, sicut רבען in tit. 95, v. 6; 282, v. 2, incolas designet an fruges veris dubitamus, vocis arabicæ رَبِيع «ver» memores, quocum tunc | פרע דהא in dicto tit. 2, v. 13, comparandum esset; cf. Glaser 529, v. 4, apud Glaserum, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 50-51.

Versus 5. ורן finis vocis תורן ut in v. 2, nisi nomen proprium sit ut in tit. 204 v. 4. — וליבהת. Mordtmann, *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXX, 1896, p. 689, arabicum يهب conferens, vertit «et utinam benigne accipiat». Quum autem בהתם in Hal. 362, v. 1; Gl. 509, v. 2; Gl. 531; Gl. 1547, v. 8; Gl. 1548-1549, v. 7, «magnus» significet, verbum בהת «magnum facere, augere» vertendum esse videtur; cf. Hal. 409, v. 4, et vide Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 49-50. — Post יבהת | ול addit Mordtmann, *l. c.*, שימהמו. Cui opinioni si assentiris, in fine versus ת |, initium nominis dei Ta'labi, adde.

Versus 6. מגתי. Mordtmann, *l. c.*, מגתם in Rehatšek VI, v. 13, «possessio, opes» explicat et nostri tituli מגתי invocat. Attamen pro מגתם legi posse מלתם judicat, comparatque arabicam vocem مَلْو; cf. Mordtmann und

Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 25. מלתם supra, in tit. 174 v. 1 et infra, in tit. 347 v. 6 reperitur, necnon מלתהמו in tit. 349 v. 4. An מגתי, pro quo fortasse legendum מו]מגתה, cum מנגית vel מנגת in tit. 308 v. 26 colligere liceat, littera *nûn* assimilata litteræ sequenti, dubitamus; cf. Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 9.

Vertimus igitur, quantum possumus, dubitanter :

1 . . . . *et utinam donet usque ad* . . .
2 *fruges et mel et taurum et* . . . . .
3 *et fruges incolarum vallium duarum e gen*[*te* . . .
4 . . . *et fuerunt optima veris* . . . . [*et ta-*
5 *urus. Et utinam augeat* . . . . [*patronus ipsorum Ta-*
6 *'lab liberationes* (?) [*ipsorum* . . . .

321

Glaser, 861; Berlin, 2675.

(Tab. XLI.)

Lapis, $0^m,22$ altus, $0^m,36$ latus, ab omnibus lateribus mutilus, a Glasero in regione Djauf appellata repertus, nunc in Museis Regiis Berolinensibus servatur. Titulus sex versus exhibet, a quatuordecim ad duodeviginti litteras tenentes, quum multa perierint quorum vix minima pars, comparatis inter se versibus, restitui potest.

De titulo egerunt : J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, 1893, p. 23-24. — M. Hartmann, *Zeitschrift für Assyriologie*, X, 1895, p. 136.

Hæc leguntur :

X I ⊐II∘II.⊐	ר . ו בעבר ו ת	1
ר I ∘ΨΛ∘Ψ I ΨΛ⊟X I ⊐	ל ו תצאן ו נפסהו ו ב	2
ΨIXΛΨ I ⊐⊐ I ⊓⊐ΛX I >⊓∘	עבר ו תאלב ו פל ו יאתין	3
∘ I ΨΨ⊐ I ∘Ψ⊐ I ΨΨΨΛ∘Ψ∘Ψ I Ψ	ן ו ד׳יקכנן ו להו ו חגן ו ו	4
I⊐⊐⊐Ψ I ∘⊐ΨΨ⊓∘⊐∘ I ΨΛ⊐Ψ	המדן ו ושעבהמו ו חשדם ו	5
∘ I ∘∘⊐XI I ∘ר	מו ו ו תרתו ו ו	6

Versus 1. Collato v. 3, legendum תאלב | בעבר |. Antecedunt vestigia litterarum, inter quas ר perspicitur. בעבר «versus, in gratiam alicujus»; cf. supra, quæ tit. 308 v. 10 occasione adnotavimus.

Versus 2. תצאן «vovere», infinitivum 8ᵉ formæ verbi וצא «egredi» (Mordtmann). תצא reperitur in Os. 29 = B. M. 6, v. 4; Hal. 353, v. 14, qui locus a Prætorio in *Zeitschrift d. deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXVI, 1872, p. 419, emendatur (תצא pro תכא), et Hal. 418, v. 7, ubi Mordtmann צא[ת pro לא legit. De verbo וצא vide supra, tit. 126 v. 4. Locis a Mordtmanno allatis adde וצא in Glaser 926, v. 4, apud Glaserum, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 98, et יצאנן in katabânensi titulo Gl. 1606, v. 18, *ibidem*, p. 164. — ב a Mordtmanno completur legente תאלב | עבר]ב et conferente v. 1 et 3; Hartmann animadvertit in titulis supra commemoratis verbum תצא voci באלן anteire; itaque restituit תאלב | אלן]ב.

Versus 3. תאלב עבר[ב; vide v. 1. — יאתין | פל legit Mordtmann, nullum commentarium addens. Hartmann censet titulum de ædificatione agere et vertit : «Utinam

(Impressum mense decembri anni 1907.)

veniat (Ta'lab) [et eligat sedem] quam locum quietis faciat.» Collatis tit. 282 v. 4 et 290 v. 5, subjectum verbi non deum, sed hominem esse, neque de æde constructa agi putamus.

Versus 4. Ante ליקכנן perspicimus *nûnum*, quod finis vocis מכנתן «peristylium» esse potest; cf. supra, tit. 310 v. 1, cujus occasione diximus pro ליקכנן hic esse legendum ליהכנן, dum Mordtmann litteram ק esse delendam existimat, errore lapicidæ scriptam. Mirum satis ambas lectiones, Mordtmannianam et nostram, in uno versu simul jam nunc reperiri, scilicet in Glaser 1548-1549, v. 5, ubi primum legitur [ל]יכנן, deinde יהכנן | ל...ו; vide Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 77. Hartmann vertit : «locum quietis facere»; Glaser : «protegere, arcere». — להו «sibi, pro se», id est pro tituli auctore. — וקה est complendum et תאלב addendum, tit. 2 v. 4 et 160 v. 4 instar.

Versus 5. Initio supplemus : | (vel חטי) רצו | סעדהמו | ול | אמראהמו | בני | ad modum tit. 2 v. 16-17 et 306 v. 6-7.

Versus 6. Quid litteras [ה]מו antecedat explicare nequimus. Post rimam circa trium litterarum, vestigia *alifi* dubitanter et *tâ'i* certe dispicimus; ergo אתרתו, perfectum 8æ formæ verbi ארת, legimus comparamusque ארתת in tit. Halevyanorum 147 v. 3, 152 v. 11 et 357 v. 8, quod Prætorius, *Beiträge*, III, 1874, p. 21, holocaustum interpretatur. Conferre malumus hebraicum אֶרֶשֶׁת et assyriacum *erišu* vertimusque «cupierunt».

Completis complendis, iterum transcribimus :

1 ר | בעבר | ת[אלב

2 ו]ל | תצאן | נפסהו | ב[עבר | תאלב

3 ב]עבר | תאלב | פל | יאתין

4 מכנת]ן | ליהכנן | להו | חגן | ו[קה | תאלב

5 ול | סעדהמו | רצו | אמראהמו | בני ו] המדן | ושעבהמו | חשדם |

6 ה]מו | אתרתו | ו

Vertimus quantum intelligimus :

1 .... *in gratiam Ta['labi....*
2 ... *ut devoveat semetipsum in [gratiam Ta'labi....*
3 ...*in gratiam Ta'labi. Et veniat.....*
4 ... *peristyliu]m quod eriget pro se, propterea quod e[xaudiit Ta'lab*
5 ... *et concedat ipsis favorem dominorum ipsorum, nepotum] Hamdâni, et tribus ipsorum Ḥâšidi*
6 .... *ipsorum....cupierunt(?).....*

322

O. M., 47.

(Tab. XXXIII.)

Titulus est in fragmento lapidis calcarii a dextera et sinistra abrupto, $0^m,16$ alto et $0^m,29$ lato. Inscriptio, in cavo sculpta, duos tantum versus præbet. In tabula nostra tricesima tertia monumenti imaginem luce solis expressam invenies.

De titulo egit : J. H. Mordtmann primo in *Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft*, XXXIII, 1879, p. 489, deinde in *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites.... Catalogue sommaire*, Constantinople, 1895, p. 37; turcice, 1897, p. 39.

Hæc leguntur :

בעל | ביתן | רי
ירתם | ושימה

Versus 1. Ante בעל, Mordtmannum secuti, litteram א supplemus. Quæ vox non deos hic designat ut supra, in tit. 179 v. 5 et 8; 189 v. 2; 228 v. 3; 276 v. 4, sed potius homines ut in tit. 86 v. 8; 172 v. 1; 202 v. 1; 304 v. 1. Nuper contendit Prætorius, *Zeitschrift d. d. morgenl. Gesellschaft*, LIX, 1905, p. 791-793, אבעל | ביתן voventes ipsos, auctores titulorum, esse, quam sententiam Glaser, *Orientalistische Litteratur-Zeitung*, IX, 1906, col. 127-129, et Winckler, *ibid.*, col. 144-148, repudiaverunt, ubique בעל | ביתן incolam oppidi vel arcis esse censentes. Vide nunc quæ H. Derenbourg, in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, 660, scripsit. — רי a Mordtmanno completur legente רימן; cf. Halévy 144, v. 2; 150, v. 2; 151, v. 3; 353, v. 4.

Versus 2. ירתם cum ירת, nomine castelli, supra, in tit. 6 v. 3, conferimus; vide quæ illic adnotavimus. — Post [מו]שימה addimus תאלב, quum plerumque Ta'lab epitheto «patronus» ornetur, raro שהרן | ודם, cf. tit. 30 v. 3; קהמם | חגרם, cf. tit. 49, 50, 51, etc., denique אלמקה, cf. tit. 73 v. 3.

Verte igitur, si lubet :

Dominis domus Rai[mân. . . .
Yardti, et patrono s[uo Ta'labo.

323

Glaser, 868; Berlin, 2682.

(Tab. XLI.)

Titulum, a Glasero in loco Al-Ḥukka dicto repertum, exhibet fragmentum stelæ e calceo lapide confectæ, marginibus in cavo sculptis et $0^m,04$ latis ornatæ. Spatium interius quadrato $0^m,40$ lato constat. Monumentum ipsum, $0^m,36$ altum et $0^m,48$ latum, a superiore et inferiore parte truncatum, a dextera et sinistra integrum. Imaginem ejus, solis luce expressam, in nostra tabula una et quadragesima invenies.

De titulo egit : J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, p. 29-30.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus, completis quæ complenda censuimus :

1 | עדרם | הגרן | עמ

2 [צר]ף | ברר | בן | ער | דקנם | והנשל | ערורם | [מס

3 קתם | בכל | אברת | בהמו | גז | ואתו | הא | תילן | ע

4 די | ארץ | מאדנם | וחמדו | שעבן | מקם | תאלב | ב

5 דת | מתע | מחרמתהמו | והגרהמו | בן | הות | תיל

6 ן | ול | וזא | תאלב | מתען | שעבהמו | וארצהמו

7 | בן | נכים | ובאסתם | ול | סעדהמו | רצי | אמר

8 אהמו | בני | בתע | וכון | הא | מתעתן | מתע | בן |

9 הות | תילן | בורח | קיט | דחרף | יסמעאל | בן | ש

Versus 1. עמ | הגרן | (vel ודרם) עדרם | legimus, ad litteras integras vel mutilas et spatia vacua respicientes. עדרם obscurum ut בעדר in tit. Hal. 509. Pro ודרם forsan legendum, sicut in tit. 74 v. 10; 174 v. 4; 333 v. 14, דרם | דרם, «quotannis». — עמ | הגרן; cujus urbis nomen sit complendum ignoramus.

Versus 2. ברר | צ[רף legit Mordtmann et vertit dubitanter argentum purum, conferens æthiopicum ብሩር *barîr* et hebraicam radicem ברר; lectionem Mordtmanni si probas, ברר potius pro verbo habendum, quocum צרף in statu constructo. De צרף vide tit. 308 v. 4. ברר in Gl. 1600 v. 4 apud Weber, *Mitteilungen der Vorderasiatischen Gesellschaft*, 1901, 1, p. 27, occurrit et opus ædificationis designat; confer etiam nomen בررם in tit. Glaseriani 554 v. 2, quod Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 14, «lapidum ordo» dubitanter vertit. — ער «urbs»; vide supra, tit. 52; 76, v. 5; 80, v. 9, etc. A Glasero ער pro monte vel rupe habetur; vide Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 15, n., et Nielsen, *Studier over oldarabiske Indskrifter*, p. 150-154. — דקנם. Mordtmann dubitat an דקנם verbum קנם, antecedente pronomine relativo, aut nomen proprium, aut nomen appellativum e radice דקן sit. Secundam interpretationem probat Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 150, n. 2. Mordtmann confert |ערן הרר|וקנם in titulo Minæorum Hal. 532, v. 2, et ذو قين Ḥâšidensium apud Al-Hamdânîum, *Djazîra*, p. 112. — והנשל vox inaudita, quam pro septima forma verbi שיל, arabice سيل «fluere», habemus, quum נשל nihil contextui aptum præbeat. — ערורם, itidem inauditum, subjectum verbi הנשל esse putamus, et, contextu freti, torrentem vel turbinem designare conjicimus.

Versus 3. קתם finis vocis מסקתם «irrigatio» esse videtur. מסקת pro מסקית invenitur in Gl. 1355 = Graffini 2, v. 2; vide Graffini, *Due breve nuove scrizioni*, in *Zeitschrift der d. morgenl. Gesellschaft*, LX, 1906, p. 665, et Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 254. — אברת, vide tit. 79 v. 7; 182 v. 2; 326 v. 2. Hic אברת campos, non prœlia designare videtur. — בהמו | גז «per quos transiit» (Mordtmann). Subjectum verbi ערורם. — ואתו «et venit», cf. infra, tit. 336 v. 12 et Fresnel 56, v. 2. — הא masculinum, in v. 8 femininum; cf. Hommel, *Süd-Ar. Chrestomathie*, p. 11. — תילן (cf. v. 5-6 et 9); Mordtmann, quem Hartmann, *Zeitschrift für Assyriologie*, X, p. 137, sequitur, arabicum سَيْلان «inundatio» confert, quod difficulter accipiendum. Vocem تَوْل «vertigo» aut «pulvis sparsa» aut «examen apium» comparare malumus et, si תילן pro turbine habemus, תיל a radice תול deducitur sicut arabice سَيِّد a سود, جَيِّد a جود, مَيِّت a موت, etc.

Versus 4. מאדנם; vide tit. 57 et cf. patronymicum מאדנין in tit. 287 v. 8, necnon exempla utrinque allata. — שעבן. Nomen tribus non additur; cf. tit. 74 v. 9.

Versus 5. מחרמתהמו; pluralis vocis notæ מחרם «sacrarium», reperitur in tituli Halevyani 542 v. 2. Vide D. H. Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 103.

Versus 7. Mirare lineam separationis initio versus, quod perrarum; cf. tit. 350 v. 4.

Versus 8. בני|בתע; vide supra tit. 2, v. 12; 130, v. 3; 154, v. 4; etc. — מתעתן nomen femininum e frequenti verbo מתע sumptum. — מתע verisimiliter status constructus ante præpositionem בן; de hac constructione egerunt D. H. Müller, in *Z. d. d. morgenl. Gesellschaft*,

XXX, 1876, p. 123; Fr. Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, p. 32; idem, *Süd-Ar. Chrest.*, p. 41.

Versus 9. קיט̇ ejusdem mensis nomen ac ד̇קיט̇ן in Gl. 618, v. 26-27, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 12, dum קיט̇ supra, in tit. 174 v. 3, æstatem significat. De hujus mensis scriptione ד̇קיצן vide Lidzbarski, *Ephemeris*, II, p. 96. — יסמעאל; vide supra, tit. 37 v. 1 et 120 v. 2. Eponymus ... ש | בן | יסמעאל adhuc ignotus.

His præmissis, verte, si lubet :

1 *. . . . . quotannis (?) urbs ʿAm . . . . . .*
2 *res pretiosa qua ædificatum est in urbe Dhû-Ḳîn, et defluxit torrens (?) [ad recep-*
3 *tacula in omnibus campis per quos transiit et venit hic turbo (?) us-*
4 *que ad terram Ma'dhin. Et laudaverunt tribules auctoritatem Ta'labi, propterea*
5 *quod liberavit sacrarium ipsorum et oppidum ipsorum ab illo turbi-*
6 *ne (?). Et utinam pergat Ta'lab liberare tribum ipsorum et terram ipsorum*
7 *ab omni noxa et malo, et concedat ipsis gratiam domi-*
8 *norum ipsorum, nepotum Bataʿi! Et fuit hæc liberatio liberatio ab*
9 *illo turbine (?) in mense Dhû-Ḳaiṭh anni Yasmaʿîli, filii Š. . . . .*

ARTICULUS II.

TA'LAB RIYÂM.

Colligimus hic omnes titulos in quibus «patronus» Ta'lab nomine templi Riyâmi solo ornatur, sive ab auctoribus titulorum nihil amplius nomini dei additum sit, sive epitheton e lapide læso casu quodam evanuerit. Supra, ejusmodi titulos, videlicet 3, 153, 174, 202, 223, 227, 228, 238, 244, 257, 269 (?), 277 (?), 290 (?), 293, 297, 298, 305, 309, 313, publici juris jam fecimus. Ceteros nobis notos nunc edimus.

324

O. M., 22, nunc 45.

(Tab. XXXIV.)

Titulum, in Museo Constantinopolitano Tšinilikiöšk dicto servatum, exhibet lapidis calcarii fragmentum, $0^{m},26$ altum, $1^{m},26$ latum, quod ab omnibus lateribus mutilatum videtur. Attamen dubitamus utrum lineæ fractæ a dextera vestigia litterarum an ornamentorum servaverint, ita ut monumentum a dextera integrum sit. Litteræ e lapide eminent. Ergo, Mordtmannum secuti, opinamur titulum de ædificio constructo agere. Duos versus præbet, in quibus quot litteræ olim fuerint nescimus. Monumentum in tabula tricesima quarta luce solis expressum invenies.

De titulo egerunt : Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 76-77. — (Mordtmann), *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites. . . . Catalogue sommaire*, Constantinople, p. 36; turcice, p. 45.

Hæc leguntur :

1 שׁ̣ער | ובנהמו | סח̇ימם | בנו |
2 עת̇תר ואלמקה | ושימהמו |

Versus 1. שער. Utrum nomen proprium integrum an finis nominis sit dubitamus; cognomen etiam esse potest; cf. tit. 24 v. 1. Littera ש ipsa non est omnino certa, quum linea fracta ornamentum esse possit. Mordtmann et Müller المشعار apud Al-Hamdânîum, *Al-Iklîl*, X, p. 17, conferunt; at hoc nomen ipsum, apud Sabæos משערן cum *nûnâtione* articuli definiti locum tenente, exstat in tituli Academiæ 14 (infra tit. 353) v. 2 et 4. Nomen autem שערם cum *mîmatione* in אותר | שערם, supra, tit. 308 v. 1 præbet. — סחימם, nomen tribus; vide supra, tit. 8, v. 3; 24, v. 3; 203, v. 1.

Versus 2. Mordtmann et Müller בעתתר legunt; at littera ב dubia. Post שימהמו vestigia litteræ *tâ* perspiciuntur, nec dubium quin רימם | תאלב sit legendum.

Vertimus igitur :

1 *Šaʿr, et eorum filii, Sukhaimenses, filii. . . . . Nomine*
2 *ʿAthtari et Îlmaḳḳâhi et patroni sui [Taʿlabi Riyâmi. . .*

325

O. M. 31, nunc 54.

(Tab. XXXIII.)

Titulus est in fragmento marmoris, $0^m,38$ alto et a superiore parte $0^m,60$, ab inferiore $0^m,80$ lato. Utrinque, a dextera et a sinistra, truncatus, supra et infra integer esse videtur. Novem versus tenet, quorum primus viginti tres litteras, ultimus quadraginta litteras præbet. Inter tertium et quartum, itemque inter sextum et septimum, exstat linea longa; unde judicare licet inscriptionem in tres partes divisam esse. Etiam post versum ultimum vestigia lineæ longæ supersunt. Litteræ e marmore eminent, quod in titulis ad architecturam pertinentibus frequentissimum. Titulum anno 669 Sabæorum, id est 554 æræ nostræ confectum esse versus 5 docet; itaque scriptura multum ab antiquis titulis abest. Notandæ formæ litterarum *alif*, *bâ*, *kâf* et *lâm*, quas vide in tabula nostra tricesima tertia imaginem monumenti luce solis expressam præbente.

De titulo egerunt : Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 87-92. — (Mordtmann), *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites. . . Catalogue sommaire*, Constantinople, p. 36; turcice, p. 42.

Hæc leguntur :



Quæ hebraicis litteris transcribimus :

1 רבם ו ורבעתם ו מול[נ]ם ו ופתחם

2 צלתהו ו דסן ו משודן ו עלין ו ווזאו ו עדבם

3 ולם ו לגירמו ו תפרעהו ו והועבו ו כל ו קה ו יר

4 דסן ו סכם ו ועדבהו ו בן ו מותרהו ו עדי ו תפרעהו ו ו

5 ם ו בחרפן ו דלתסעת ו וסתי ו וסת ו מאתם ו ווזאו

6 ו והנום ו ארבעת ו פלשתם ו עלום ו וארבעת ו מחולת

7 ן ו מותרהמו ו ושתאהו ו בן ו מותרהו ו והקשבו ו בה

8 [פ]להו ו ותלתת ו פלשתם ו עלוהו ו וקצעו ו חצמהו ו לב

9 ץ ו חנרם ו וותן ו עכם ו וכל ו קההו ו מנהמתם ו וגרבם ו חב

Versus 1. רבם complendum est initio littera נ, versu 9 collato. גרבם hic speciem lapidis designare videtur, sicut in Academiæ tituli 13 v. 2, apud J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 70, non arva, sicut in tit. 87, v. 9; 95, v. 4, etc. Mordtmann opinatur גרבם lapides quadratos esse; Glaser autem in suorum titulorum 554 v. 11 et 76; 618 v. 58 et 110 «lapides rubri» vertit et notat hos lapides etiamnunc in Yemeno *djurûb* appellari; vide Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 47. — רבעתם, quod nusquam alias repertum, genus lapidum, videlicet quadratos lapides, designare videtur. Loco lapidum quadratorum invenimus in Gl. 554, v. 11, lateres, apud Sabæos לבתם, post lapides rubros גרבם nominatos. — ופתחם | מול.ם. Nullo dubio legimus ל post *wâwum*, nam in littera *djîm* triangula pars minor est quam in hac littera. Deinde נ legendum, quanquam vestigia litteræ non dispicimus. מולגם et פתחם, duo genera lapidum quadratorum esse opinantur Mordtmann et Müller, conferentes hebraicum רְבָעִים שָׁקָף in I *Reges*, VII, 5, et vertunt «penetrante et curvo modo», arabice مولّجًا وفتيخا. פתחם licet etiam comparare cum hebraico פִּתֵּחַ «insculpsit».

Versus 2. צלתהו. Etiam in tit. O. M. 42 v. 1 reperitur vox צלת, nisi illic legas טלתהמו. Sæpius invenitur צלות, quod a צלת abesse non videtur, scilicet in Hal. 221, v. 2; 448, v. 3; 521, v. 1; Gl. 1081 = Vienne 3, v. 5; Gl. 554, v. 79, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 10; in titulo Luparensi 22, v. 4, apud H. Derenbourg, *Premier supplément aux monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, p. 13; Euting 5, v. 2; 6, v. 3; 15, v. 3; 22 A, v. 1; 24, v. 8; vide etiam Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, I, 1900, p. 185. D. H. Müller צלת et צלות idem quod טלתן in titulis Halevyanis 238, v. 2 et 5; 386, v. 3, et טלותן in Hal. 384, v. 4, esse contendit, quod Mordtmann repudiat. D. H. Müller vertit צלת «ædificium», Mordtmann in *Sabäische Denkmäler*, p. 88, «parentela», sed in *Beiträge zur Minäischen Epigraphik*, p. 14, Hommelum secutus, «capella», aramaico verbo צלי et arabico صَلَّى «adorare» collato. Cui interpretationi assentimur. Glaser צלות in sui tituli 554 v. 79 vertit «mediæ partes». — דסן. Vocem סן, quæ etiam in v. 4 et in Glaser 618, v. 25, occurrit, Mordtmann et Müller cum arabico سَنَّ «formare» comparant et vertunt «quod fecit». Conferunt quoque סנתן in Hal. 362, v. 4, quod vix probandum. Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 15, interpretatur דסן «prope», sicut in *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 183, ubi nostrum versum commemorat. Hanc interpretationem accipimus. — משודן. Vide supra, tit. 41 v. 2, cujus occasione diximus duos sensus vocabulo משוד inesse, scilicet princeps vel sacerdos, et sacellum vel templum. Glaser, in suo libro *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 98-104 et 142-191, fuse de משודן disseruit et numerosos titulos collegit in quibus istud vocabulum reperitur. Tres significationes distinguit, nempe primo cameram consilii (vel sacrorum faciendorum), secundo agrum, tertio magistratus, sive sacerdotes, sive consultores. Ad primam significationem pertinet משודן nostri tituli. — עלין a Mordtmanno et Muellero pro nomine proprio habetur, quod supra in tit. 308 v. 20, occurrit. Attamen adjectivum cum substantivo משודן conjunctum

esse videtur; cf. עלי «elatus» in tit. Academiæ 3 v. 1 apud J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 44. — עלב | ווזאו «continuaverunt reparationem»; cf. v. 5.

Versus 3. ולם, collato versu 6, complemus legentes ולם[מח]. Quum radix חול in semiticis linguis «circumire» significet, judicandum est מחולם locum circularem, ad solemnes pompas idoneum, esse. מחולם hic et in tituli Minæi Halevyani 238 v. 2, 4, 8 cum צלות vel טלת conjunctum, necnon in Hal. 353, v. 2, reperitur, nisi addas Fresnel 23, ubi nomen proprium esse videtur.— לגירמו. Mordtmanno et Muellero assentimur, qui post *wâwum* finalem errore lapicidæ lineam separationis inscriptam et ante *wâwum* transponendam esse censent. לגירם in לעירם mutandum (Mordtmann et Müller) non existimamus; vocabulum enim גירם «calx», arabice جير, in Glaseriani tituli 554 v. 25, 30 et 79 reperitur; vide Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 8 et 10. — תפרעהו, arabice تفريع, denominativum a فَرْع, suprema pars rei cujusque. Quæ interpretatio locutione תפרעהו | עדי | מותרהו | בן «a fundamento ejus usque ad fastigium ejus» in v. 4 et תפרעם | עדי | מותרם | בן in Glaser 1044, apud Glaserum, *Die Abessinier*, p. 59, confirmatur. — והועבו «et confecerunt», sicut arabicum أَوْعَبَ, etiam in Gl. 554, v. 30, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 8, vocem גירם eodem modo sequens, reperitur. — קה hic et in v. 9 aliquod ædificium esse Mordtmann et Müller censuerunt. Glaser quidem in suo libro *Zwei Inschriften*, p. 44, vertit בקה in Gl. 618, v. 19, «imperio», sed in *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 9, tituli Hal. 446 v. 1 emendans et explicans, בקה legit et «aula» vel «turris» interpretatur. Cf. etiam verbum תקהו in O. M. 17, nunc 53, v. 4, quod etiam ad architecturam pertinere videtur. — יר initium nominis proprii esse potest, quo ædificium appellabatur. Complura locorum nomina litteris יר incipientia nota sunt, scilicet ירת in tit. 6 v. 3 et 322 v. 2; ירקב in tit. 43 v. 4; ירש in tit. 259 v. 3; 264.

Versus 4. לסן; vide v. 2. — סכם utrum nomen proprium an appellativum sit, dubium. Mordtmann et Müller in secundam interpretationem inclinant et סכם cum arabica voce سِكّ «puteum angustum ab imo usque ad marginem» vel «ædificium perpendiculare» colligunt. Nos priorem anteponimus, etenim לסן supra, in v. 2, nomini definito anteit. — מותרהמו a radice ותר «fundare», de qua vide supra, tit. 17 v. 2. Vox מותר etiam in Glaser 554, v. 21, 27, 31, 63, occurrit simili contextu, e. g. בן | מותרהמו | . . . עדי | אראסהמו «a fundamento eorum usque ad capita eorum». — תפרעהו; vide v. 3.

Versus 5. Littera ם nomen mensis terminatur. De cognitis mensium nominibus, vide F. K. Ginzel, *Handbuch der mathematischen und technischen Chronologie*, I (Leipzig, 1906), p. 240. — | מאתם | וסתי | וסתי | דלתסעת. De æra Sabæorum supra, p. 18, disseruimus. Halevyi et Felli opinionem, qui eam ab anno 115 ante nostram æram cœpisse censuerunt, sanxit Glaser, *Skizze der Geschichte Arabiens*, p. 3; cf. Glaser, *Die Abessinier*, p. 29. Quum de annis solaribus agatur, 669 in anno 554 æræ nostræ est collocandus. — De numeris סתי et סתי vide quæ supra, occasione tituli 315 v. 3, adnotavimus.

Versus 6. הנום cum loci nomine هِنْوَم apud Al-Hamdânîum, *Djazîrat al-ʿArab*, et Našwânum, in *ḳaṣîda* ḥimyaritica, necnon هَنُوم apud Al-Bakrîum, *Muʿdjam*, p. 123, et هنّوم, *ibid.*, p. 290, Mordtmann et Müller dubitantes comparant. Nomini loci הנום alterum anteibat, quod nunc evanuit. — פלשתם hic et in v. 8 obscurum. Verbum פלשו infra, in tit. 334 v. 11 reperitur, quod «expellere» significare videtur. Non omnino abest quin cum hebraico פֶּלֶס «libra» comparandum sit et mensuræ genus designet. Mordtmann et Müller dubitantes «columnæ æneæ» vertunt. — עלום non adjectivum, sicut עלין (supra, v. 2), sed substantivum, sicut in v. 8, hic adverbialiter adhibitum, arabice عُلُوًّا «in altitudine». עלו in locutione præpositiva בנעלו invenitur in Gl. 1606, v. 12 et 20; vide Glaserum, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 164 et 165. — מחולת, cf. v. 3.

Versus 7. Supplendum ב ante *nûnum*. — מותרהמו; vide v. 4. — ושתאהו «et incepit eum». De verbo שתא vide quæ occasione tit. 308 v. 19 (cf. tit. 315 v. 7) scripsimus. — והקשבו «et instauraverunt»; vide tit. 158 v. 2 et 308 v. 4. — בה fortasse initium vocis בהגרן.

Versus 8. להו; Mordtmann hærens legit כלהו; sed vestigium litteræ ante להו non כ in mentem revocat, sed potius פ. Itaque פלהו[ם legere audemus, vocabulo עלוהו oppositum, et in Gl. 554, v. 23, 64, 72-73 etiam occurrens; vide Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 8 et 10. — פלשתם; vide v. 6. — וקצעו verbum inauditum. Mordtmann et Müller hebraica קָצַע, מִקְצוֹעַ conferunt et vertunt «excidere, angulos frangere». — חצמהו; vide supra, tit. 290 v. 5 et 292 v. 4. Mordtmannum et Muellerum sequentes, חצם «fractura» vertimus. — לב forsan לב[ית] «ad domum».

Versus 9. Mordtmann et Müller suspicantur litteram ץ finem verbi מחץ esse et vertunt «cædere jussit». — ותן. Utrum ותן hic verbum «delineare» significans sit an

substantivum «idolum» sonans dubitant Mordtmann et Müller; priorem interpretationem probamus. De nomine ותן vide supra, tit. 204, v. 2; verbum perfectum quintæ formæ תותן in Hal. 349, v. 2. — עכם obscurum. Nomine proprio ʿAkk ibn ʿAdnân appellatur tribus Yemenensis; vide Ibn Doraid, *Ištiḳâḳ*, p. 287. Sed in nostro titulo עכם potius materiam ad ædificia pertinentem, sicut חגרם, designare videtur. — קההו; vide קה in v. 3. — מנהמתם reperitur etiam in Academiæ, nunc in Museo Luparensi, titulis 13, v. 2, et 14, v. 17, apud J. et H. Derenbourg, *Études sur l'épigraphie du Yémen*, 1, p. 70 et 77; cf. נהמת in Gl. 618, v. 59, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 34. Glaser, *ibid.*, p. 47, asserit etiamnunc in Yemeno lapides rudes albos appellari *ḥadjar manhûm*. Mordtmann et Müller, versum in Al-Hamdânîi *Al-Iklîl*, apud Muellerum, *Burgen und Schlösser*, 1, p. 55, v. 2 : اعلاه مبهمة رُخَام غالٍ واسفله خروب commemorant, in quo منهمة pro مبهمة et جروب pro خروب legunt. Conferunt etiam arabica التُّهام et التُّهامىّ «faber» et «lignarius». Nomen tandem regionis Nihm (supra, tit. 319) etiam huc pertinet. — גרבם; vide v. 1. — חב cujus vocis sit initium ignoramus. Forsan nomen auctoris tituli præbet; confer titulorum 6 et 46 finem; tunc חבם, nomine אבחבם in tit. 46 v. 6 comparato, legere liceret.

His præmissis, quæ trunca intelligimus sic vertimus :

1 .... *lapides rubros et quadratos penetrante modo et curvo (?)....*
2 .... *sacellum prope templum superius. Et perrexerunt repa[rare....*
3 .... *cir]culum ad calcem et fastigium ejus. Et perfecerunt totam turrem (?) Yar....*
4 .... *prope Sakamum. Et reparavit eam a fundamento usque ad fastigium et....*
5 .... *anno* DCLXIX. *Et perrexerunt [reparare]....*
6 .... *et Hinwami quatuor columnas (?) in altitudine et quatuor circulo[s....*
7 .... *a fundamento ejus. Et inceperunt eam a fundamento et instauraverunt....*
8 .... *in i]mo et tres columnæ altitudo ejus; et cæderunt fracturam ejus ad....*
9 .... *et cædere] jussit lapides et delineavit saxa et totam ejus turrem (?) lapidibus albis et rubris. Ḥub[b (?).*

326

Glaser, 826; Berlin, 2698.

(Tab. XXXIII.)

Titulum exhibet lapis calcarius, $0^{m},31$ altus, 1 m. longus, in superiore Djaufo repertus. Summa pars est abscissa, ita ut plures versus omnino evanuerint. In versu nunc primo, multæ litteræ truncatæ sunt et aliquot deficiunt. A sinistra una littera vel duabus versus reliquus quisque caret. Servata facile leguntur. Titulum, cujus versus præter ultimum circa quinque et septuaginta litteras tenent, e monumento ipso luce solis expressum in tabula tricesima tertia invenies.

De titulo egerunt : J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, 1893, p. 11-13. — M. Hartmann, *Zeitschrift für Assyriologie*, X, 1895, p. 161-163.

(Impressum mense decembri anni 1907.)

Hæc præbet titulus :

1 [illegible]

2 [illegible]

3 [illegible]

4 [illegible]

5 [illegible]

6 [illegible]

Quæ hebraicis litteris transcribimus, completis quæ complenda censuimus :

[.....|והתֹבו | ברג | יהרחב | ועלהן | נהפן |
תאמנם | לחֹיל | ומקם | שׁימהמו | תאל]

1 ב | רימם [| בדֹת | ה]ושׁעהמו | בסתעדֹבן | [עדֹב | אהל | ה]מית | שׁעבינהן | גשׁמם |
ושׁדדם | ובדֹת | תאול | ברג | [ו]אח...

2 ואפרסהמו | ושׁעבהמו | בופים | בן | הות | ברתֹן | ולדֹת | יזאן | תאלב | סעד | עבדיהו |
ברג | ועלהן | בני | המדן [| ו

3 שׁעבהמו | חשׁדם | בנעמתם | וופים | ועזתם | וכהלתם | ומנלת | צדקם | וברי | אאדֹנם |
ומקימתם | ולתֹבר | [וו

4 צֹע | וצֹרען | כל | צֹרהמו | ושׁנאהמו | ול | סעדהמו | רצֹו | מראהמו | כרבאל | ותר | יהנעם |
מלך | סבא | ול | סעדה[מו

5 אתֹמר | ואפקל | צדקם | בן | כל | ארצֹהמו | ואסררהמו | ול | חֹרינהמו | בן | נצֹע |
ושׁצי | שׁנאם | בשׁימהמו | ת[א

6 לב | רימם

Versus 1. Initio tituli exstabant nomina voventium, scilicet Bârigi et ʿAlhâni, qui, regnante Sabæ Karîb'îlo (v. 4), tunc temporis nondum reges Sabæ, exercitibus præerant. Sequebantur utriusque cognomina et stirpium mentio, deinde nomen dei Ta'labi Riyâmi, necnon rei consecratæ designatio et consecrationis causarum, scilicet victoriarum concessarum, enumeratio. Rem consecratam, צלמן | דֹן aut משׁגדן | דֹן, protinus verbis רימם | תאל]ב anteire, ut Mordtmann conjicit, vix credendum, votum enim in titulis dei nomini raro anteit. Itaque titulum 315, v. 12-15 conferentes, supplemus | ברג | והתֹבו] יהרחב | ועלהן | נהפן | תאמנם | לחֹיל | ומקם | שׁימהמו |

ריטם | ב[תאל. — Inter | ריטם et ושעהמו addendum כלת|ה|. — בסתעלבן legendum esse, servatis vestigiis litterarum, jure censet Mordtmann; sed sensus decimæ formæ verbi עלב obscurus. In titulis nusquam præter nostrum et præter tit. Prideaux XIV b, v. 5, nunc in Museo Britannico, reperitur, ubi וליסתעלבהו legitur; vide *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, p. 73-75, n° 646. Mordtmanno vox illa primo «desistere», deinde «finire, perficere» significare videtur, sed rima inter בסתעלבן et מית impedit quominus objectum verbi cognoscamus et significationem verbi ipsius inde ducamus. Hartmann vertit «restituere» (ut sæpe עלב). Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 96, interpretatur יסתעלבהו in Prideaux, XIV *b*, «puniant eum», quemadmodum nomen עלב in sui tituli Ḳatabânici 1606 v. 20 (*op. cit.*, p. 172) et pluralem אעלב in ejusdem tituli v. 12 (*op. cit.*, p. 171) «pœna, pœnæ» vertit. Hac interpretatione usi, vertimus hic בסתעלבן «puniendo», quum pœnam reparationem esse cogitemus, qui sensus inesse radici עלב videtur. — מית in mentem revocat pronomen demonstrativum duale סמית a Glasero in sui tituli 1606 v. 10 (*op. cit.*, p. 162) agnotum, itidem nomine duali sequente; sed, quum noster titulus sabæus sit, legendum המית, quod cum vestigio litteræ ante מית congruit (etiam supra, initio tit. 314 v. 6 המית esse supplendum nunc suspicamur). Tunc statuenda ante litteram *hâ* separationis linea, præcedente voce אהל, quam perspicere nos putamus, et ante quam spatium trium litterarum omni vestigio caret; forsan est supplendum עלב, cum verbo סתעלב congruens. Hartmann conjicit ומחמית | ארץ, quod spatio et vestigiis litterarum non convenit. — שעבינהן. De hac dualis terminatione vide D. H. Müller, *Siegfried Langer's Reiseberichte*, p. 11. Mordtmann confert לבאינהן in Gl. 865 (supra, tit. 312), v. 5; sed an illa vox dualis sit dubitamus et comparare malumus שעבינהין supra, in tit. 40 v. 1, et [מחרמינה]ין, *ibid.*, v. 5. Hommel, quum vocis שעבינהין in *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 42, mentionem faceret, de forma שעבינהן tacuit, et in לבאינהן, quod, Mordtmanni indicem secutus, גבאינהן legit, *yâ'um* pro patronymici signo habuit. — גשמם. Mordtmann confert جُشَم in genealogia tribus Ḥâšidi; vide Wüstenfeld, *Register*, p. 217. — שדדם. Nostris diebus, auctore Mordtmanno, Banû Šaddâd sunt tribus Khaulânensis septentrionem orientalem versus a Ṣanʿâ'o; vide *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XVII, 1863, p. 217, et *Journal asiatique*, IVe série, V, 1845, p. 243. Confer etiam שדדין «Šaddâdensis» in tit. 194 v. 1. — תאול «impetum fecit»; vide tit. 95 v. 1, 289 v. 14, 334 v. 19 et 22.— ברג idem ac יהרחב | ברג, de quo vide tit. 305; 313, v. 7; 315, v. 1. — ...אח. Tribum quamdam hic nominatam fuisse suspicamur, sed quæ fuerit decernere non valemus; Mordtmann et Hartmann legunt אחצן, nomen proprium hominis, sicut supra, in tit. 262 v. 5 et 6, quod autem, palæographice non rejiciendum, contextui prorsus repugnat.

Versus 2. אפרסהמו «equi eorum», hoc est «equites eorum». Singularis פרסן supra, in tit. 306 v. 4-5 occurrit, pluralis in tit. 350 v. 11 et in Gl. 346, v. 3, apud H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions, The Glaser Collection*, XXXVIII, p. 25. De equi statua inscriptione ornata, quæ in Museo Constantinopolitano exstat, vide supra, tit. 306 v. 4-5 atque Mordtmann, *Catalogue*, p. 57. — בופים «in salute» hoc est «salve» verbum תאול comitatur, sicut in tit. 289 v. 15 et 334 v. 19 et 22. — ברתן «prœlium»; vide pluralem אברת supra, in tit. 79 v. 7 et 182 v. 2. — ברג; vide v. 1. — עלהן; cf. supra, tit. 2, v. 11; 305; 308, v. 12; 312, v. 1; infra, tit. 334 v. 2, ubi cognomen נהפן nomini עלהן additum.

Versus 3. עזתם «gloria», arabice عِزَّة, nusquam alias reperitur; at conferendum est nomen viri עזז, arabice عزيز, in Os. 32 = B. M. 30, v. 1; nomen mulieris עזתן in Museo artium historico Vindobonæ, 51; nomen deæ עזין = العُزَّى, in titulo Luparensi nuper ab H. Derenbourg edito, v. 4, 7 et 8 (*Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, p. 56-59, n° 626; cf. n° 625), necnon nomen regis אלעז infra, in tit. 334 v. 4 et 5. — כהלתם, itidem inauditum; sed confer æthiopicum ከሀለ *kehela* «potuit, valuit» et aramaicum כְּהֵל «potens» (Mordtmann), necnon nomina propria sabæa כהלם in O. M. 35, nunc 69, v. 1, et כהלן in tituli Halevyani 571 v. 2. — מנלת «bona». Pro מנלת persuasum habet Lambert, tit. Prideaux IV (infra 335) v. 4 fretus, legendum esse מנגת «salutes»; cf. מנגית vel מנגת in tit. 308 v. 26. — אאלנם; de plurali hujus vocis vide supra, tit. 315 v. 20. — מקימת, pluralis nominis מקם, cf. supra, tit. 40 v. 6; infra, tit. 332 v. 3; etc. — Supplendum in fine versus וו, initium vocis וצע. Tria verba synonyma תבר, וצע et צרע eodem modo in tit. 2 v. 17-18 et 318 v. 21 conjuncta.

Versus 4. יהנעם | ותר | כרבאל; vide supra, tit. 1 v. 5, ubi Karîb'îl iisdem cognominibus appellatur, dum in tit. 37 v. 7 et 126 v. 2 cognomine caret. De illo rege vide Glaser, *Die Abessinier*, p. 37-38, 63-64 et 71.

Versus 5. אסרחמו «campi eorum»; vide supra, tit. 74, v. 6; 174, v. 4. — הרינהמו | ול, vide tit. 28, v. 10; 332, v. 6; 334, v. 28; 351, v. 7-8. — ושצי | נצע; vide supra, tit. 27 v. 6 et confer quæ occasione tit. 87 v. 10 adnotavimus.

Verte igitur, si lubet :

[. . . . . *et præbuerunt Bârig Yuharḥib et ʿAlhân Nahfân testimonium fidei vi et potentiæ patroni sui Taʾla-*]

1 *bi Riyâmi, propterea quod liberavit eos puniendo homines illarum duarum tribuum Gušami et Šaddâdi, et quia impetum fecit Bârig cum Ḥ. . . . ensibus*

2 *et equitibus ipsorum et tribu ipsorum salve in hoc prælio. Et utinam pergat Taʾlab largiri servis duobus suis Bârigo et ʿAlhâno, nepotibus Hamdâni,* [*et*

3 *tribui ipsorum Ḥâšido felicitatem et protectionem et gloriam et facultatem et bona legitima et plenitudinem potentiarum et auctoritatum, et frangat* [*et de-*

4 *mittat et comprimat omnem hostem et inimicum ipsorum, et largiatur ipsis favorem domini ipsorum Karîbʾîli Watar Yuhanʿim, regis Sabæ, et largiatur ip*[*sis*

5 *fructus eximios et messes eximias in tota terra ipsorum et omnibus campis ipsorum; et servet ipsos a contumelia et noxa inimici! Nomine patroni ipsorum Ta*[ʾ-

6 *labi Riyâmi.*

327

Glaser, 860; Berlin, 2674.

(Tab. XXXIV.)

Titulus est in fragmento lapidis calcarii, $0^{m},21$ alto, $0^{m},26$ lato, Ṣanʿâʾi reperto. A superiore parte mutilatus, ab inferiore est integer, dum a dextera et sinistra perpaucæ litteræ deficiunt. Finem inscriptionis votivæ monumentum præbet. Quisque versus circa quindecim litteris constat. Animadverte punctum in circulo litteræ *ʿain;* quod punctum etiam in omnibus circulis litterarum tituli Prideaux IV (infra, tit. 335) invenies. Tituli imaginem e monumento ipso luce solis expressam tabula nostra tricesima quarta exhibet.

De titulo egit : J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer,* p. 22-23.

Hæc pauca leguntur, quæ hebraicis litteris, suppletis supplendis, transcribimus :

הו ו ול ו סעדהמו ו נעמ[ת	1	.𐩱𐩺𐩹 ו 𐩺𐩱𐩹𐩺𐩺 ו 𐩹𐩺 ו 𐩺𐩹
ם ו] ווּפים ו וגיבהמו ו בן	2	𐩹𐩺 ו 𐩺𐩱𐩺𐩹𐩹𐩺 ו 𐩱𐩹𐩺𐩺..
נצע ו ושצי ו שנאם ו [ו	3	.ו 𐩱𐩺𐩹𐩹 ו 𐩹𐩺𐩹𐩺 ו 𐩺𐩱𐩹
מהבאסם ו בתאלב ו רים	4	𐩱𐩹𐩹 ו 𐩱𐩺𐩺𐩱𐩺𐩺 ו 𐩱𐩺𐩺𐩱𐩺𐩹𐩱

Versus 2. גיבהמו præpositione ל in סעדהמו | ול regitur. De voce גיב «defendere» vide supra, tit. 86, v. 8-9, et 174, v. 4, in cujus v. 5 vocabula sequentia ומהבאסם | שנאם | ושצי | נצע etiam reperiuntur.

Versus 3. Post | שנאם adde litteram ו.

Versus 4. רים pro usitato ריסם ut in tit. Prideaux IV (infra, 335) v. 6; cf. cognomen hominis רים frequens in tit. Hal. 221, v. 3; 424, etc.

Verte igitur :

1 *ipsius; et utinam largiatur ipsis felici[ta-*
2 *tem] et protectionem, et defendat ipsos a*
3 *contumelia et noxa cujusque inimici [et*
4 *cujusque malum afferentis! Nomine Ta'labi Riyâmi.*

328

Glaser, 879; Berlin, 2690.

(Tab. XXXIV.)

Fragmentum lapidis calcarii in loco Al-Ḥuḳḳa dicto repertum, 0^m, 18 altum, 0^m, 44 latum, ab imo et a dextera integrum, finem inscriptionis votivæ, sicut titulus antecedens, præbet. Si, Mordtmannum secuti, litteram ultimam versus primi *yâ'um* pro initio nominis regii ירם|אימן et litteram primam versus secundi *nûnum* pro fine ejus haberemus, tunc nobis judicandum esset quemque versum, præter ultimum, circa viginti et sex litteras tenuisse. Sed plura inter litteras *yâ'um* et *nûnum* inscripta fuisse censemus, nam suppleri potest ן[נהפ|עלהן|בן|אימן|רם]י, collatis tit. 308 v. 1 et 2, vel ן[רפש|אוסלת|בן|אימן|רם]י, haud secus ac in tit. 315 v. 1, 12 et 13. Itidem, post ותבר in fine versus 2, complemus : [וצרען|כל|צרהמו|ושנאהמו], ut supra, in tit. 326 v. 4.

De titulo egit : J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, p. 36.

Hæc pauca legimus :

1 ١ | ◦ᎾᎸᏂᏄᎾ | ◦ᏗᏄ | ◦ᎸᏋ◦Ꮒ | ١.
2 ᏄᏁᏩ◦ | ◦ᏗᏩ◦ | ١◦ | ᏂᏁᏂ | ᏂᏁᎾ | Ꮈ
3 ᎾᎾᎿᏄ | ᏁᏁᏂᏭᏁ | ◦ᎾᎸᏂ

Quæ hebraicis litteris transcribimus, suppletis supplendis :

1 ו]ל ו סעדהו | רצו | מראהמו | י]רם | אימן | בן | עלהן | נהפ
2 ן | מלך | סבא | ול | וצע | ותבר [ו וצרען | כל | צרהמו | ושנ
3 אהמו | בתאלב | רימם

Versus 1. ירם|אימן; de regibus hoc nomine appellatis vide supra, tit. 305; 308, v. 1-2; 315, v. 1 et 12.

Vertimus igitur :

1 *Et]utinam largiatur ipsis favorem domini ipsorum Ya[rîmi Aiman, filii 'Alhâni Nahfâ-*
2 *ni, regis Sabæ; et utinam demittat et frangat [et comprimat omnem hostem ipsorum et inimi-*
3 *cum ipsorum! Nomine Ta'labi Riyâmi.*

329

Glaser, 1146; Vienne, 19.

(Tab. XXXIV.)

Titulus est fragmento lapidis calcarii, o^m^, 25 alto, o^m^, 45 lato, ab omnibus lateribus truncato, inscriptus; itaque versuum et litterarum numerus incertus. Imaginem tituli e monumento ipso sumptam et solis luce expressam nostra tabula tricesima quarta exhibet.

De titulo egerunt : D. H. Müller, *Südarabische Alterthümer im Kunsthistorischen Hofmuseum*, 1899, p. 41-42. — Hommel, *Aufsätze und Abhandlungen*, I, 1900, p. 143.

Hæc legimus et hebraicis litteris transcribimus, complentes litteras quarum vestigia supersunt :



1 ....אזאד | ויחמאל | אדרח |
2 בן | כל | נכל | סלף | ואנמר | ופנו | בע
3 ..שימהו | תאלב | רימם | ושמסהמו | בע
4 ....סלפן | ואנמרן | ופנון |..

Versus 1. אזאד nomen sicut supra, in tit. 319 v. 1, vel cognomen. — יחמאל. Sic legit recte Hommel. De hoc hominis nomine confer titulos Halevyanos Minæorum 187, v. 1; 190, v. 7; 234, v. 7, necnon Os. 36 = B. M. 37, v. 4, et Louvre 21, v. 2 et 4, apud H. Derenbourg, *Premier supplément*, p. 12, et *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, p. 77, n° 649. Müller legit לגמאל, nomen hominis inauditum, quod explicat «dirigit deus», conferens arabica اللجّام apud Adh-Dhahabîum, *Muštabih*, p. 452, ابن اللجام, *ibid.*, n. 4, لُجَيْم apud Ibn Doraid, *Ištiḳâḳ*, p. 207, et Wüstenfeld, *Register*, p. 276. — אדרח cognomen, de quo vide supra, tit. 50, v. 1; 54; 55; 66, v. 1.

Versus 2. Ante litteram *nûn* vestigium litteræ apparet, quam Müller pro *alifo* habet, nos potius pro *bâ'o*, et præpositionem בן agnoscimus. — נכל nostra sententia infinitivum; cf. supra, tit. 28 v. 2 et quæ occasione verbi הנכלו in tit. 230 v. 2 adnotavimus, necnon H. Derenbourg, *Premier supplément*, p. 16, et *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, p. 81, n° 654, denique O. M. 51 (*Zeitschrift d. deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXXIX, 1885, p. 227), v. 4. — סלף | ואנמר | ופנו in v. 4 iterantur in statu emphatico סלפן | ואנמרן | ופנון, unde concludendum hæc tria vocabula nomina appellativa esse, in statu constructo cum voce ...בע conjuncta, quibus, ut Müller recte opinatur, constructiones designantur. סלף jam occurrit in titulo Halevyano 465, v. 1, ubi de ædificatione agitur, et conferendum est cum מסלף, quod supra, in tit. 1 v. 4 et 67 v. 14 «terra complanata» vertimus. Hommel : «(aquæ) fluxus». — אנמר idem esse ac נמרין in Glaser 554, v. 19, 20, 62, 75, 78, et נמרי in Gl. 618, v. 114, apud Glaserum, *Zwei Inschriften über den Dammbruch von Mârib*, p. 8, 10 et 36, veri simile videtur. Glaser dubitat utrum נמרין emissarium, vernaculo sermone *écluse*, an turrem designet. נמרן «pardi (نمر) instar violentus» apud H. Derenbourg, *Les Monuments sabéens et ḥimyarites de la Bibliothèque Nationale*, 2, v. 6, cum nominibus propriis נמרם in tit. 230 v. 1 et אנמרם in tit. 78 v. 1, necnon 82, v. 1, 6, 9 et 12; 317 v. 4 comparare licet. Hommel dubitanter : «artificiosi fontes». — פנו. In titulis Halevyanis 154, v. 12; 163, 1 et 2; 359, v. 5, reperitur פנון, et supra, in tit. 1, v. 4; 26, v. 2; 37, v. 5, פנות, quod «aream» vertimus. Hommel interpretatur : «fontis area». — בע. Fortasse complendum בע[לו et cum בעלו in Glaser 618, v. 69, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 34, et תבעל, *ibid.*, v. 102, conferendum. Glaser vertit ערן | בעלו : «fundum rupis denudaverunt».

Versus 3. שימהו. Mirare pronomen suffixum singulare, cum duo auctores tituli in v. 1 nominantur, et in שמסהמו suffixum plurale. — שמסהמו etiam supra, in tit. 293 v. 2, תאלב | רימם sequitur, ut deæ post deos commemorari solent. Epitheton בעלת additur nomini שמס, præter tit. 293, in tit. 11, v. 1; 43, v. 2-3; 132, v. 3, dum שמס sine epitheto in tit. 40, v. 6; 41, v. 4; 46, v. 5, etc., sive in singulari, sive in plurali, occurrit.

Versus 4. Jure agnovit Müller in vestigiis litterarum vocabula סלפן | ואנמרן | ופנון, quæ in v. 2. Sitne deinde הֿו aut עהֿ aut עי aut וי legendum, non decernimus.

His præmissis, quantum possumus, vertimus :

1 . . . *Az'ad et Yaḥmî'îl Adhraḥ* . . . . .
2 . . . *in omni constructione terræ complanatæ et emissarii* (?) *et areæ, quam funda*[*verunt* . . .
3 . . . *consecraverunt*] *patrono suo Ta'labo Riyâmo et Soli suæ, domi*[*næ* . . .
4 . . . *terram complanatam, emissarium* (?) *et aream* . .

330

Louvre, 1538.

(Tab. XXXIV.)

Titulum exhibet lapis calcarius 0^m, 265 altus, 0^m, 43 latus, 0^m, 105 profundus, supra, infra et a dextera integer, a sinistra mutilus, qui in Museo Luparensi servatur. Quatuor versus præbet, quorum quisque quindecim vel sedecim litteras tenet, fine versuum abscisso. Tituli imaginem e monumento ipso luce solis expressam in tabula nostra tricesima quarta invenies.

De titulo egerunt : H. Derenbourg, *Premier supplément aux monuments sabéens et ḥimyarites du Louvre*, 1905, p. 20-21. — M. Hartmann, *Zeitschrift für Assyriologie*, XXI, 1907-1908, p. 5-8.

Hæc facile leguntur :

1	נעמוד | ונעמגד | ובנ	ᐊᑎᐧ | ᐧᐊᐧᐧᐧ | ᐧᐊᐧᐧᐧ
2	בנאל | יהצבה | אמת |	ᐧᐧᐧᐧᐧ | ᐧᐧᐧᐧᐧᐧ | ᐧᐧᐧᐧᐧ
3	רתהן | תעל | ורתדי | מ	ᐧᐧᐧᐧᐧ | ᐧᐧᐧᐧ | ᐧᐧᐧᐧᐧ | ᐧ
4	תאלב | רימם | ואבעל |	ᐧᐧᐧᐧᐧ | ᐧᐧᐧᐧᐧ | ᐧᐧᐧᐧᐧ |

Versus 1. נעמוד et נעמגד feminas esse appositum אמת «ancillæ» et suffixum feminini pluralis הן in [ח]רתהן nos docent; נעמגד, non נעמיד etiam supra, in tit. 21 v. 1 legendum esse nunc censemus sicut נדנעם, non ידנעם, in tit. Acad. 9, nunc in Museo Luparensi, v. 1, apud J. et H. Derenbourg, *Études*, I, p. 59; cf. אבנעם in tit. 194 v. 1 et hebraica נַעֲמָה et נָעֳמִי. Nomen dei גד apud Sabæos rarissimum, apud Aramæos et Cananæos frequens; vide Lidzbarski, *Nord-Semitische Epigraphik*, *s. v.* — ובנ. Littera *nûn* plane certa, forsan initium nominis בנעם, quod, decurtatum e אבנעם, cum nominibus antecedentibus voce נעם formatis congrueret. — In fine versus בנת supplemus, tres mulieres commemoratas pro filiis viri בנאל in v. 2 habentes.

Versus 2. בנאל jam reperitur in tituli ʿObne v. 2; vide H. von Maltzan, *Adolf von Wrede's Reise in Hadhramaut*, p. 71. Confer etiam hebraicum בְּנָיָהוּ vel בְּנָיָה, i. e. Deus ædificavit. — יהצבה; vide supra, tit. 153 v. 2 et 224 v. 3. — אמת pluralis; nomen numinis a tituli auctoribus culti deficit. — In fine versus בניי, femininum plurale, verbi רתדי in v. 3 instar formatum, supplemus vel עסאי, quum ambo verba in tit. Burchardt 4, ab Hartmanno citati, v. 1 et 2 occurrant, et litteram ח, initium vocis חרתהן, addimus.

Versus 2-3. [ח]רתהן. Vide tit. 179 v. 6; 334 v. 7, 12 et 16; Marseille 10 v. 2. Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 9, חרת irrigationis canalem esse contendit; itidem Hartmann, qui Burchardt 4, v. 2, et Flemming 1, v. 2, invocat, quum in priore חרתהו | למסקת | אנחלהו, in altero חרתן | רוים | לאנחלהמי legatur. — תעל inauditum, quod cum arabico غلّة «fruges, proventus» comparare licet vel potius cum hebraico תְּעָלָה «aquæductus», a radice עול «sugere». Nomina propria feminina locorum תפץ in tit. 1 v. 4, תרש, 224 v. 2, etc., conferenda. — רתדי tertia persona feminini pluralis, non masculini dualis, suffixo הן in [ח]רתהן collato; terminatio igitur sabæa *ay* aramaicæ *â* respondet, haud secus ac arabicæ in duali. — De verbo רתד «committere» vide tit. 8 v. 3;

17 v. 4; 20 v. 4; 29 v. 3-4; etc. — מ. Hartmannum secuti, מ[בנין complemus, quum de opere in v. 2-3 commemorato agi veri simile sit.

Versus 4. Post | ואבעל supplendum ביתהן; vide *Répertoire d'épigraphie sémitique*, II, p. 88-90, n° 660, et confer tit. 322 v. 1.

Iterum transcribimus, completis quæ complere valuimus :

1 נעמוד | ונעמגד | ובנ[עם | בנת
2 בנאל | יהצבח | אמת[ו .... | בניי | ח
3 רתהן | תעל | ורתדי | מ[בנין |
4 תאלב | רימם | ואבעל | [ביתהן

Et vertimus :

1 *Naʿamwadd et Naʿamgad et Bûna[ʿam, filiæ*
2 *Ben'îli Yuhaṣbiḥ, servæ [. . . i, construxerunt sep-*
3 *tum suum Taghûlum et commiserunt con[structionem*
4 *Ta'labo Riyâmo et diis præsidibus [domus suæ.*

331

Glaser, 889; Berlin, 2701.

(Tab. XLI.)

Titulum exhibet fragmentum lapidis calcarii, $0^m,35$ altum et $0^m,95$ latum. Supra et infra integrum est, a dextera et sinistra truncatum. Duos versus tantum præbet inscriptio, cujus litteræ e lapide eminent, unde judicandum est titulum ad ædificationem pertinere; quod mentione deorum peculiarium confirmatur, etenim שמסהמו et מנצחהמו in titulis de constructione agentibus plerumque reperiuntur. Tituli imaginem e monumento ipso luce solis expressam in tabula nostra quadragesima prima invenies.

De titulo egit : J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, p. 40.

Hæc pauca leguntur :

1 הכרב | בנו | יהרם | אדם | בנ
2 אלב | רימם | ושמסהמו | ומ

Versus 1. Mordtmann complet הכרב in סמהכרב; cf. tit. 73 v. 10. Alia nomina antecedebant quæ nunc evanuerunt. — יהרם; vide supra, tit. 205 v. 2; 287 v. 4-5. — Inter בנ et אלב[ת supplere potes : | המדן | י | בראו | והותרן | והשקרן | הנרהמו | . . . . . | במקם | שימהמו |,

collatis titulis 29, 47 et ceteris jam editis, necnon Gl. 1230-1233, in Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 147-151.

Versus 2. ומ; lege ומ[נצחהמו, sicut in tit. 47 v. 2; cf. tit. 40 v. 5; 41 v. 3.

Iterum transcribimus, completis quæ complere valuimus :

1 .....וסמ]הכרב ׀בנו ׀ יהרם ׀ אדם ׀ בנ[י ׀ המדן ׀ בראו ׀ והותׄרן ׀ והשׄקרן

2 הנרהמו׀.....׀ במקם ׀ שׄימהמו ׀ ת]אלב ׀ רימם ׀ ושׄמסהמו ׀ ומ[נצׄחהמו

Et vertimus :

1 .....*et Sama]hkarîb, filii Yahari, vassali nepot[um Hamdâni, condiderunt et fundaverunt et texerunt*

2 *urbem suam..... auctoritate patroni sui Ta]'labi Riyâmi et Solis suæ et dei [sui puteis aquam suppeditantis.*

ARTICULUS III.

TA'LAB RIYÂM, DOMINUS TUR'ATI.

De urbe Tur'ato, ubi sacrarium Ta'labi Riyâmi, vide quæ tit. 2 v. 3 occasione scripsimus et confer titulos jam editos 284, 300, 306, 308, 310, 312.

332

Glaser, 869; Berlin, 2683.

(Tab. XLI.)

Titulum, Itwati repertum, exhibet lapis calcarius, $0^{m},26$ altus, $0^{m},36$ latus, quem Mordtmann opinatur a dextera integrum et a ceteris lateribus mutilum esse, dum contra a dextera mutilus, supra, infra et a sinistra integer esse nobis videtur. Septem igitur, non octo versus, titulus præbebat et præbet, quos nunc initia deficiunt. Lapidem latissimum fuisse et quemque versum olim circa septuaginta litteras tenuisse existimamus.

De titulo egit : J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, p. 30.

Hæc leguntur :

1 ...די ׀ תרעת ׀ ארבעתן ׀ אצלמן..

2 כל ׀ סבאת ׀ סבאו ׀ בקהת ׀ אמראהמו

3 ושׄע ׀ עבדיהו ׀ לחיעתׄת ׀ וינעם ׀ במקימ

4 עב ׀ חמירם ׀ וחצרמות ׀ בארץׄ ׀ שׄעבן ׀

5 דק ׀ והופין ׀׀ אדמהו ׀׀ לחיעתׄת ׀ וינעם

6 חׄרינהמו ׀ בן ׀ באסתם ׀ ונצׄע ׀ ושׄצי

7 .שׄמס ׀ אאבוהמו ׀ בני ׀ דׄהרם

Versus 1. Collatis v. 3 et 5, supplendum | לחיעתׄת | בן | ... | וינעם | בן | ... | ובנהמי | הקניו | שׄימהמו | תאלב | רימם | ע]די. — תׄרעת | עדי etiam in tit. Rehatšek VII (infra 336) v. 4 reperitur; cf. supra, tit. 3 v. 5-7 : | תאלב

(Impressum mense decembri anni 1907.)

אהגרן | מטור | עדי | רימם, et in tit. 37 v. 1 : | תאלב | עדי | טבין. — ארבעתן | אצלמן. Quatuor statuas consecrat etiam auctor tituli Miles 6, apud Muellerum, *Zeitschrift der deutschen morgenl. Gesellschaft*, XXX, p. 679 (infra, 360), et Academiæ tituli 11, nunc in Museo Luparensi, apud J. et H. Derenbourg, *Études*, 1, p. 64. Statuas aureas fuisse ut in Academiæ titulo veri simile; cf. triginta statuas aureas in tit. 308, v. 3 et duas in tit. Massiliensis 1, v. 9, apud H. Derenbourg, *Les monuments sabéens . . . de Marseille*, p. 6-9 (*Répertoire d'épigraphie sémitique*, 184).

Versus 2. Ante כל supplere potes. . . . . | בדת | חמדם | בן | הופיהמו | ובדת . . . . . — סבאת, pluralis vocis סבא, reperitur etiam infra, in tit. 343 v. 14, 353 v. 4 et 15, et restitutum est supra in tit. 155 v. 1. — קהת «obedientia»; vide supra, tit. 189, v. 3, et 308 *bis* sub fine. — אמראהמו. Dominos consecrantium fuisse reges Sabæ opinatur Mordtmann.

Versus 3. לחיעתת; vide supra tit. 2, v. 2; 42, v. 1, etc. — ינעם *Yunʿim;* vide supra, tit. 28, v. 3, et 54. Forma est decurtata e cognomine יהנעם supra, in tit. 1 v. 5; 46 v. 5, etc.

Versus 3-4. מקימ]ת pluralis vocis מקם, de quo vide supra, tit. 40 v. 6; 326 v. 3. — עב lege אש]עב «tribus». De bello a tribubus Ḥimyari et Ḥaḍramauti in terra tribus inimicæ gesto agi veri simile, cujus nomen desideratur.

Versus 5. Ante צ]דק supple : | תאלב | יזאן | ולדת. Verba צדק et הופי etiam supra, in tit. 72 v. 2 conjuncta.

Versus 6. Ante רינהמו vestigia litteræ ח nos perspicere putamus. Verbum חרי «defendere», quod supra, in tit. 27 v. 5 et 28 v. 10 restituimus, occurrit in tit. 95 v. 6, 102 v. 9, etc. — ושצי | ונצע | באסתם ; cf. | נצע | ומהבאסם | שנאם | ושצי in tit. 174 v. 5 et 327 v. 3-4.

Versus 7. Initio versus supple שנאם et ante שמס adde וא | תרעת | עדי | רימם | בתאלב. — אאבוהמו | אשמס; cf. אשמסהמו in tit. 40 v. 5. Mordtmann recte comparat אבס | עתתר «Athtar patris sui» in titulo Ḥaḍramautensi Os. 29 = B. M. 6, v. 5; cf. quæ occcasione tit. 11 v. 1 adnotavimus. אאבוהמו; vide tit. 294 v. 1. — דהרם nomen tribus ignotum, nisi e ד et הרם, oppidi nomine in tit. Hal. 359 v. 2, compositum sit. Post דהרם lineam separationis non dispicimus.

His præmissis, legimus :

1 לחיעתת | בן | . . . . | וינעם | בן | . . . . . | ובנהמי | הקניו | שימהמו | תאלב | רימם | ע]די | תרעת | ארבעתן | אצלמן[ו]ד

2 דחבן | חמדם | בדת | . . . . . | ובדת | הופיהמו | בן |]כל | סבאת | סבאו | בקהת | אמראהמו

3 . . . . . | וחמדם | בדת | ה]ושע | עבדיהו | לחיעתת | וינעם | במקים

4 ת | . . . . . | אש]עב | חמירם | וחצרמות | בארץ | שעבן |

5 . . . . . | ולדת | יזאן | תאלב | צ]דק | והופין | אדמהמו | לחיעתת | וינעם

6 ובנהמי | . . . . . | ול |]חרינהמו | בן | באסתם | ונצע | ושצי

7 שנאם | . . . . . | בתאלב | רימם | עדי | תרעת | וא]שמס | אאבוהמו | בני | דהרם

Verte, si lubet :

1 *Leḥîʿathat, filius . . . . i, et Yunʿim, filius . . . i, et filii utriusque consecraverunt patrono suo Ta'labo Riyâmo in]tra Turʿatum has quatuor statuas [au-*

2 *reas, propterea quod. . . . . ., et quia protexit eos in] omnibus bellis quæ gesserunt obedientia dominorum suorum,*

3 *. . . . . ., et propterea quod li]beravit ambos servos suos Leḥîʿathat et Yunʿim potes-*

4 *tatibus. . . . . tri]bus Ḥimyari et Ḥaḍramauti in regione tribus*

5 *. . . . . Et pergat Ta'lab ad]juvare et protegere clientes suos Leḥîʿathat et Yunʿim*

6 *et filios utriusque. . . . . et de]fendat eos a malo, injuria et noxa*

7 *inimici. . . . Nomine Ta'labi Riyâmi intra Turʿatum, et] Sol[um] patrum ipsorum, filiorum Dhû-Harimi.*

333

O. M., 8, nunc 25.

(Tab. XXXIV.)

Statuæ basis marmorea, $0^m,64$ alta, $0^m,22$ lata, tres et viginti versus circa sex et viginti litterarum exhibet. E tenui et gracili scriptura concludunt Mordtmann et Müller titulum tempore recenti inscriptum esse. Ab omnibus lateribus titulus est ita læsus, ut a sinistra aliquot litteræ, a dextera plures evanuerint, et ut in versibus primo et ultimo fere omnes litteræ fractæ sint. Attamen nullus versus nos deficit et quæ desideramus plerumque facile restitui possunt. Monumenti imaginem, solis luce expressam, in tabula nostra tricesima quarta invenies.

De titulo egerunt : Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 32-34. — (Mordtmann), *Musée impérial ottoman. Antiquités himyarites.... Catalogue sommaire*, p. 27; turcice, p. 21-22.

Hæc leguntur :



1
2
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

Quæ hebraicis litteris:

1 .....הבם | והופעתת | יתבר
2 .....בנו | עננן | הקניו | שימה
3 ....אלב | רימם | בעל | תרעת | דן | צל
4 ....מדם | בדת | חמר | תאלב | ע..
5 .....תדם | .....קם | דהרצוהו | ל.
6 .....הר | תאלב | ותבשר.
7 .....תאלב | כיחמרנהמ
8 .....ם | ואפקל | צ.....
9 .....מתהמו | הנאם | דיהרצ.
10 .....מרנהמו | תאלב | פרע | דתא | ו
11 .....די | ארצהמו | ומשימתהמו | ות
12 ..ב | פוקה | אדמהו | בני | עננן | ב.
13 .אלהו | כל | ידבחננהו | תורם | ..
14 .....אן | דרם | דרם | בחרפם | ותאל.
15 ...ן | שפת | ותבשרן | עבדהו | מרתדם
16 ...ת | צדקם | דיהרצונהמו | ול | ס..
17 .....אלב | רימם | בעל | תרעת | נע.....
18 ....| צדקם | ורצו | וחטי | אמ.....
19 אמלך | סבא | ורצו | וחטי | מרא.....
20 רג | יהרחב | ואחיהו | עלהן | בן | ה..
21 ן | ושעבהמו | חשדם | ול | חרינהמו | ת.
22 .ב | רימם | בן | נצע | ושצי | שנאם | .
23 . . . . . ימם | בעל | . . .ת

Versus 1. הבם complet Mordtmann legens | מרתדם הבם[מנ, collatis v. 5 et 15. מרתדם, nomen hominis, non tribus, reperitur in titulo 3 Bibliothecæ Maximæ Parisiensis, v. 1; vide H. Derenbourg, *Les monuments sabéens de la Bibliothèque Nationale*, p. 15, et confer nomen quinquagesimi regis apud Adolf von Wrede, *Reise in Hadhramaut*, p. 306, et Dhû-Marâthid apud A. von Kremer, *Südarabische Sage*, p. 95-96; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 6. De מנהבם vide supra, tit. 294 v. 1. — הופעתת; vide tit. 1 v. 2; 37 v. 4, etc. — יתבר, quod supra, in tit. 262 v. 1 conjecimus, occurrit etiam in O. M. 7 (infra, tit. 349), v. 1, et in secundi a Mordtmanno, *Zeitschrift der d. morgenl. Gesellschaft*, XXX, 1876, p. 24, editi tituli v. 2. — In fine versus erat forsan linea separationis, sed nihil amplius.

Versus 2. Mordtmann et Müller dubitant utrum nomen tertii hominis consecrantis inscriptum fuerit an vox וכנהמו. Secunda opinio nobis placet, nam nomen sine cognomine hic haud veri simile est, nec spatii vacui satis est nomini simul et cognomini. — עננן nomen tribus potius quam hominis esse agnoverunt Mordtmann et Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 30; vide etiam supra, tit. 85 v. 2, et infra, 349 v. 1.

Versus 3. Litteræ suppletæ מו non in fine versus antecedentis collocandæ, in quo nullum spatium superest, dum initio versus 3 locus quatuor litterarum vacat. — Post litteras צל in fine versus nihil addendum.

Versus 4. חמר; vide tit. 2 v. 6; 152 v. 2; etc.

Versus 5. Inter מר[תדם et קם est rima quam Mordtmann et Müller, צד | מהרנת vel צד | מנגת legentes (potius מנלת), implent. Mordtmann in Catalogo Constantinopolitano מקח «area subdialis» conjicit, quod in tit. 28 v. 2

a nobis legitur et cum צדקם in tit. Prideaux v v. 1 conjungitur; cf. מקיחת|צדקם in tit. 137 v. 1. Quod accipimus, quum spatium vacuum exiguum sit. — להרצוהו; cf. infra, v. 9. להרצוהמו in tit. 353 v. 16 et in Prideaux xv, v. 4, occurrit, dum in Rehatšek vi, v. 6, להרציהמו cum *yâ'o* pro *wâwo* legitur, et להרצהו sine *wâwo* nec *yâ'o* apud H. Derenbourg, *Nouveaux textes yéménites*, i (*Répertoire d'épigraphie sémitique*, 310), v. 4. הרצו, quarta forma verbi רצו, significat «satisfacere, largiri alicui quod animo ejus satisfacit»; cf. arabicum أَرْضَى. — ל pro initio vocis לופיהמו habent Mordtmann et Müller; לופיהו in contextum magis quadrare opinamur.

Versus 6. Post rimam circa quindecim litterarum perspicue ר legitur, quod Mordtmann et Müller finem verbi חמר esse putant; nos ante ר litteram ה dispicimus; itaque dubitantes complemus הר[ש | וכלת. De שהר «patefecit» cf. supra, tit. 290 v. 6. — ותבשר; adde ן, collato v. 15. תבשר cum arabico بَشَّر et hebraico בָּשַׂר «nuntium bonum attulit» comparandum.

Versus 7. Ante תאלב conjicimus במסאל | ענגן | בני, colligentes supra, in tit. 88 v. 5 : כיפען | במסאלהו. De conjunctione כ vide Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 50.

Versus 8-9. Mordtmann et Müller supplent | אתמרם הנא[ם (cf. tit. 67 v. 16), deinde legunt : | צ[דקם | ואפקל | עדי | ארצהמו | ומשי[מתהמו | הנאם | לכרם; attamen animadvertunt לכרם | הנאם cum contextu non congruere. Itaque proponit Müller מתהמו[ועל pro מתהמו[ומשי; quod non probamus, etenim pluralis עלמת adhuc non repertum, nec indeterminatum הנאם post substantivum suffixo pronominali determinatum adhiberi potest. Ceterum constat לכרם adjectivo הנאם semper anteire. Re vera, si monumentum intuearis, agnosces לכרם non inscriptum esse, et vestigia litterarum ל sequentium potius יהרצ oculis præbere. Facile igitur leges ליהרצ[ונהמו; cf. v. 5 et 16. Quod ad הנאם pertinet, cum צדקם conjungi potest, sicut in tit. 352 v. 10, nisi adverbium «excellenter» potius sit.

Versus 12. Vestigia litterarum אל ante ב manserunt. — בני ענגן; vide v. 2.

Versus 12-13. אלהו[מס]ב. De verbo סאל disseruit nuper Glaser in *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 49-76, et de מסאל peculiariter, p. 58-68. Glaser censet מסאל curam, non preces significare. — לכ = כל = لَكِ reperitur etiam in tit. O. M. 13, nunc 21, v. 2; Fresnel 40 = Vienne 17, v. 4; Fresnel 56, v. 2; Halévy 51, v. 9, 10, 15, 16. Vide Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 50. — יולבחנגהו. Verbum cum suffixo deum cui sacrum fit designante reperitur etiam in tit. Rehatšek vii, v. 10. De annuo sacrificio confer tit. Prideaux x, v. 7-8 : | יולבחן | ול | בחרפן | דרם | ותנן, ubi forsan תורן pro ותנן legendum; de tauro voto vide supra, tit. 26, v. 6; 80, v. 9; 81, v. 2; 320, v. 2 et 5.

Versus 14. אן complet Mordtmann in Catalogo בדת[אן; cui non assentimur, quum לתא in omnibus exemplis (cf. v. 10) *nûnatione* careat. Legimus ב[ודת | למדר[אן; cf. Glaser 618, v. 45-46, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 33 et 46, et Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 58. — בחרפם | דרם | דרם; vide supra, tit. 74 v. 10; 174 v. 4.

Versus 15. Mordtmann et Müller initio versus יואן supplent. — שפת «donare»; vide tit. 19 v. 9; 27 v. 2; etc. — ותבשרן; cf. v. 6.

Versus 16. Ante ת addunt Mordtmann et Müller מהרג, sicut in v. 5, verum מגל (vel מגג) rimam explet. — ליהרצונהמו; cf. ליהרצונהמו | צדקם | מגלת supra, in tit. 155 v. 4 et in Prideaux xvi, v. 2. — Deinde legendum est ול | ס[עד, quocum quod e litteris superest congruit.

Versus 18. Versus voce מגלת incipit (Mordtmann et Müller) et voce אמ[ראהמו desinit.

Versus 19. Mordtmann et Müller in *Sabäische Denkmäler* legerunt מלך, Mordtmann autem in Catalogo suo recte אמלך, quum pedes litteræ ת appareant.

Versus 19-21. Mordtmann in Catalogo jure restituit רג[ב]המו[מרא; etenim non solum littera ג perspicua, sed etiam vestigia litteræ ר initio v. 20, non in fine v. 19, supersunt. — יהרחב | ברג; vide supra, tit. 305; 313, v. 7; 315, v. 1. — עלהן; vide tit. 2, v. 11; 89, v. 1; 233; 305; 307, v. 1; 312, v. 1. — בני. Adde המדן, cujus pes litteræ ע superiorque pars litteræ ל etiamnunc apparent. — | ול | חרינהמו; cf. tit. 95, v. 6; 332, v. 6, et alios titulos similes.

His præmissis, sic titulum restituere potes :

1 מרתדם | מנ]הבם | והופעתת | יתבר

2 ובנהמו | ו]בנו | ענגן | הקניו | שימה

3 מו | ת]אלב | רימם | בעל | תרעת | דן | צל

4 מן ו ח]מדם ו בלת ו חמר ו תאלב ו ע[בד
5 הו ו מר]תדם ו [מקח ו צד]קם ו דהרצוהו ו ל[ו
6 פיהו ו ובלת ו ש]הר ו תאלב ו ותבשר[ן
7 בני ו ענגן ו במסאל ו] תאלב ו כיתמרנהמ
8 ו ו אתמר ו צדק]ם ו ואפקל ו צ[דקם ו עדי
9 ארצהמו ו ומשי]מתהמו ו הנאם ו דיהרצ[ו
10 נהמו ו וכיה]מרנהמו ו תאלב ו פרע ו דתא ו ו
11 חרף ו ע]רי ו ארצהמו ו ומשימתהמו ו ות
12 אל]ב ו פוקה ו אדמהו ו בני ו ענגן ו ב[מ
13 ס]אלהו ו כל ו ידבחנגהו ו תורם ו בור
14 ח ו דמדר]אן ו דרם ו דרם ו בחרפם ו ותאל[ב
15 יזא]ן ו שפת ו ותבשרן ו עבדהו ו מרתדם
16 מגל]ת ו צדקם ו דיהרצונהמו ו ול ו ס[עד
17 המו ו ת]אלב ו רימם ו בעל ו תרעת ו נע[מתם ו ו
18 מגל]ת ו צדקם ו ורצו ו וחטי ו אמ[ראהמו
19 אמלך ו סבא ו ורצו ו וחטי ו מרא[המו ו ב
20 רג ו יהרחב ו ואחיהו ו עלהן ו בני ו ה[מד
21 ן ו ושעבהמו ו חשדם ו ול ו חרינהמו ו ת[א
22 ל]ב ו רימם ו בן ו נצע ו ושצי ו שנאם ו [ב
23 תאלב ו ר]ימם ו בעל ו [תרע]ת

Verte igitur, si lubet :

1 *Marthad Mun]hib et Hauf'athat Yathbar*
2 *et filii eorum,] nepotes 'Anani, consecraverunt patrono*
3 *suo Ta]'labo Riyâmo, domino Tur'ati, hanc sta-*
4 *tuam, prop]terea quod largitus est Ta'lab ser[vo*
5 *suo Mar]thado [aream subdialem exi]miam qua favit ei, ut [pro-*
6 *tegeret ipsum, et quia pate]fecit Ta'lab et bene denuntiavit*
7 *nepotibus 'Anani, ob preces ad] Ta'labum ut largiretur ip-*
8 *sis fructus eximios et messes eximias intra*
9 *terram ipsorum et agros ipsorum excellenter, quibus favebit*
10 *ipsis, et ut lar]giretur ipsis Ta'lab optima veris et*
11 *autumni in]tra terram ipsorum et agros ipsorum. Et quoad Ta-*
12 *'la]bum, exaudivit clientes suos, nepotes 'Anani, in [pre-*
13 *cibus ad se, dummodo sacrificarent deo taurum men-*
14 *se Dhû-madhra' quotannis. Et Ta'la[b*

15 *pergat donare et bene denuntiare servo suo Marthado*
16 *bon]a legitima, quibus favebit ipsis. Et con[cedat*
17 *ipsis Ta]'lab Riyâm, dominus Turʿati, felicitatem et*
18 *bon]a legitima et favorem et gratiam dominorum ipsorum,*
19 *regum Sabæ, et favorem et gratiam domini [ipsorum Bâ-*
20 *rigi Yuharḥib et fratris ejus ʿAlhâni, nepotum Ha[mdâ-*
21 *ni, et tribus ipsorum Ḥâšidi. Et utinam defendat ipsos Ta['-*
22 *l]ab Riyâm a contumelia et noxa hostis! [Nomine*
23 *Ta'labi Ri]yâmi, domini [Turʿa]ti.*

334

Glaser, 825; Berlin, 2672.

(Tab. XXXV.)

Titulum exhibet lapis calcarius in superiore Djaufo repertus, $0^{m},34$ altus et $0^{m},32$ latus, cujus summa pars abrupta est. Etiam a dextera et a sinistra aliquot litteræ evanuerunt. Titulus nunc præbet viginti et novem versus circiter triginta trium litterarum. Paucis annis post titulum 308 hunc titulum inscriptum esse veri simile, quum in illo Šaʿr Autar, perinde ac pater ejus ʿAlhân Nahfân, tantummodo rex Sabæ, in hoc titulo rex Sabæ et Raidâni appelletur. Šaʿr Autar Îlʿazzum, regem Ḥaḍramauti, vicit, et Saʿd Aḥras, filius Ghaḍbi, præfectus exercituum regis Sabæ et Raidâni, cum ducentis militibus e tribu Ḥumlâno tribum Radmânum, quæ in regionem Sabæorum irruperat, profligavit. Tituli imaginem e monumento ipso sumptam et luce solis expressam in nostra tabula tricesima quinta invenies.

De titulo egerunt : J. H. Mordtmann, *Himjarische Inschriften und Alterthümer*, 1893, p. 1-11. — E. Glaser, *Die Abessinier in Arabien und Afrika*, 1895, p. 109-110. — M. Hartmann, *Zeitschrift für Assyriologie*, X, 1895, p. 152-161. — H. Winckler, *Die sabäischen Inschriften der Zeit Alhan Nahfan's*, 1897, p. 17-20.

Hæc leguntur :





Quæ hebraicis litteris transcribimus, completis litteris quarum vestigia supersunt :

1 מו | שערם | אותר | מלך | סבא | ודרידן | בן | ע.....
2 הפן | מלך | סבא | וחמדם | בדת | הושע | מראהמו | ש...
3 אותר | וחמסיהו | סבא | וחמירם | בכן | תקד..
4 בעם | אלעז | מלך | ח.....מ...תהו | חצרמ..
5 ..בר | אלעז | וכל | מצירתה..בחלף | דת | ע.
6 בם | וסעדם | בן | עצבם | פוקההו | מראהו | ש..
7 ם | אותר | לנטר | בחרת | מלכן | וחמסנהן | ו...
8 .ו | תתי | מאתן | אסדם | בן | שעבן | חמלן | ו...
9 . | הירתן | שעבן | רדמן | בהות | יומן | דתק....
10 תקדם | בעמהמו | סעדם | אחרס | בן | עצבם | .....
11 .ד | בעמהו | בן | שעבן | חמלן | ופלשו | שעבן | רדמ
12 ..בן | חרתן | סחתם | ומתברם | וחרת | מראהמ..
13 ..רם | אותר | ...סיהו | וופית | ושת.ח..ו
14 חמדם | בדת | מתע | תאלב | רימם | עבדהו | סעד

15 ם | אחרס | בן | ע̇צ̇בם | בן | ת̇תי | זח̇נתן | ד̇זח̇ן
16 ... | תקדם | בעם | שעבן | רדמן | בחרתן | ווזאו
17 ... | ושׁוען | מראהמו | שׁערם | אותר | עדי | הגרנ.
18 ...ות | וצוארן | וחמד | סעדם | בן | ע̇צ̇בם | ח̇ל | .
19 מקם | תאלב | רימם | בעל | תרעת | בד̇ת | תאול | .
20 .אהמו | שׁערם | אותר | וח̇מסיהו | בופים | בן | כ.
21 הית | סבאתן | וחמדם | בד̇ת | הושׁע | תאלב | .
22 ...ו | סעדם | בתאולן | בופים | ואחללם | ו..
23 .ם | וע̇נמם | ד̇הרצ̇והמו | ולד̇ת | סעדהו | תא.
24 ב | בכלן | וד̇נבן | ד̇ח̇טלם | ולסעדהו | תא..
25 חט̇י | ורצ̇ו | מראהמו | שׁערם | אותר | מלך | סבא..
26 .רידן | ואמראהמו | בני | המדן | ושׁעבהמו | חשׁד.
27 ....דהמו | תאלב | רימם | פרע | דת̇א | וח̇ר. | ב.
28 . . . . . צ̇המו | ומשׁימתהמו | ולח̇רינהמו . . .
29 . . . . צ̇ע | ושׁצי | שׁנאם | ב ת א ל ב ר י מ ם

Versus 1 et 2. Hæc probabilia supplemus initio tituli: (1) סעדם | אחרס | בן | ע̇צ̇בם | ובנהו | ..... (2) .... | הקניו | שׁימהמו תאלב | (3) רימם | בעל תרעת | ד̇ן | צלמן | חמדם | בד̇ת | (4) הופיהמו | בן | כל | סבאת | סבאו | לשׁוען | מראה; cf. tit. 2. Non dubium quin auctor tituli sit Saʿd Aḥras, filius Ghaḍbi, quum in inscriptis de eo præcipue agatur. — שׁערם | אותר; vide tit. 308 v. 1. — מלך | סבא | ו̇דרידן. Omnium litterarum vestigia apparent. — .....ע. Lege ע[להן | נ]הפן et confer tit. 308 v. 1. Mordtmann notat Šaʿrum Autar regem Sabæ et Raidâni nominari, dum pater ejus dignitate regis Sabæ tantum ornatur; itaque opinatur nomen dignitatis patris nonnunquam decurtari. ʿAlhân autem nusquam rex Sabæ et Raidâni appellatur. Itidem Îlšarḥ Yaḥḍub fraterque ejus Ya'zil Bayyin in Os. 35 = B. M. 33 reges Sabæ et Raidâni nominantur, pater autem eorum rex Sabæ; vide J. et H. Derenbourg, *Études*, I, p. 31-33; Glaser, *Die Abessinier*, p. 35; atque supra, tit. 241, p. 269; 314, v. 4-5, p. 341.

Versus 3. וח̇מסיהו «et ambo exercitus ejus»; vide quæ tit. 155 v. 3 occasione adnotavimus et cf. tit. 347 v. 4. — חמירם; cf. tit. 140 v. 4; 155 v. 2; 314 v. 17. — תקדם | בעם; vide supra, tit. 79 v. 9 necnon v. 4 tituli I, nunc in Museo Luparensi, apud H. Derenbourg, *Nouveaux textes yéménites inédits*, in *Revue d'assyriologie et d'archéologie orientale*, V, IV, 1902, p. 118-120 (separatim excusum, p. 6-8), iterum in *Répertoire d'épigraphie sémitique*, I, V, 1903, p. 256-257, n° 310, demum «*Engager la lutte avec un ennemi*» *en sabéen* in *Revue d'assyriologie*, VI, IV, 1907, p. 126-127. Ceteros locos colligentes in quibus hæc conjuncta occurrunt (cf. v. 9, 10, 16), judicamus verbo תקדם significari «in aciem progredi», deinde «dimicare», sequente בעם «adversus».

Versus 4. אלעז; vide quæ occasione nominis לעזם in tit. 40 v. 5 scripsimus. Titulis olim commemoratis adde titulum in Museo Britannico servatum, quem Halévy, *Revue sémitique*, 1906, p. 374, publici juris fecit. Glaser, *Die Abessinier*, p. 33, asserit Îlʿazzum filium Yadaʿ'abi Ghailân fuisse, et post Yedîʿa'îlum Bayyin, regem Ḥaḍramauti, forsan fratrem natu majorem, regnavisse. — Inter ח et תהו est rima, in qua vestigium solius *mîmi* apparet. ח est initium nominis חצ̇רמות in fine versus iterum occurrentis. Deinde supplet Mordtmann ומצר, conferens מ[ציר]תהו in v. 5, sed מצרתהו legens ob spatium brevius. Nos tamen מצירתהו legimus, quum vix credibile sit in utroque versu duas pluralis formas simul

(Impressum mense decembri anni 1907.)

adhiberi. De מצר, cujus plurales מצר et מצירת sunt, vide nostrum ad tit. 308 v. 12 commentarium. — ת̇צרמ[ות. Nomen terræ, incolarum nominis instar adhibitum, appositio est voci מצירתהו.

Versus 5. בר finem vocis ות̇בר «et fregit» vel וכבר «et superavit» esse opinatur Mordtmann, שערם pro subjecto et אלעז pro objecto habens. Hartmann legit וע[כר vertitque «et transiit Îl'azz». Nos priorem Mordtmanni interpretationem, quam Winckler accepit, probamus, quanquam Mordtmann nunc in secundam inclinat, sed ות̇בר pro passivo habemus. — . . . ע̇ | ת̇. Mordtmann post ת̇ nihil legere potuit. Hartmann provocat ad legendum ת̇|ערמן (cf. supra, in tit. 155 v. 2). At post lineam separationis sane perspicua est littera ע̇. Glaser, *Die Abessinier*, p. 109, legit ע̇.שם | ת̇, de littera ש dubitans. Nos in versu sequente agnoscimus litteram ב ante *mîmum*. Idcirco impellimur ad legendum ע̇[ר]בם | ת̇, conferentes ע̇רבן supra, in tit. 149 v. 3; vide quæ illa occasione adnotavimus.

Versus 6. סעדם infra in v. 10 et 15 cognomine אחרס ornatur. De nomine סעדם cf. supra, tit. 193 et ceteros ejus occasione commemoratos. — ע̇צבם gentis nomen; vide supra, tit. 286 v. 3; 287 v. 3. — וקההו «exaudivit eum, accepit eum in munus»; comparare licet nomen קהתם «obedientia» supra, in tit. 189 v. 1, Gl. 872 v. 5 (vide adnotationem nostram ad tit. 308 v. 25); tit. 332 v. 2.

Versus 7. נט̇ר «tueri»; cf. נט̇רהו in tit. Academiæ 14 (infra 353) v. 5 et נט̇רהמו in tit. Glaseriani 618 v. 101, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 36. — בחרת a Mordtmanno et Hartmanno pro præpositione ב et substantivo חרת habetur, infra in v. 12 et 16 occurrente; quod accipimus, quamvis mirati verbum נט̇ר præpositioni ב anteire. — ח̇מסנהן; vide v. 3.

Versus 7-8. ו. . . . ו. Mordtmann supplet ו[תקדמ]ו, et versus 9 occasione dicit Ḥumlânenses et Radmânenses simul in terram Sabæorum incurrisse. Hartmann, versus 10 et 11 regionemque a Ḥumlânensibus habitatam respiciens, Ḥumlânenses socios, non hostes Sabæorum fuisse judicat, opinaturque legendum esse ו[בעמה]ו «et cum eo». Malumus verbum supplere, forsan ו[קדמה]ו «et præfecit eum». — ת̇תי pro ת̇נתי reperitur etiam in tit. Halevyanis 63, v. 6; 667, v. 2, et Glaseriano 554, v. 34, 38, 39, 46, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 8, 9, 11. — מאתן dualis est; vide Hommel, *Süd-Arabische Chrestomathie*, p. 42 et 47. — חמלן; vide supra, tit. 155 v. 5, et auctoribus laudatis adde Hartmannum, qui in *Zeitschrift für Assyriologie*, X, p. 157, de sede hujus tribus disseruit.

Versus 8-9. ו. . . . ו. Mordtmann et ceteri «ingressi sunt» vertunt, quum postea חירתן legant et idem ac חרתן valere credant. Sed nos potius הירתן legimus et הור «aquæ receptaculum» comparamus; de quo vide tit. 40 v. 2; cf. etiam tit. Gl. 554, v. 17 et 19, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 8. Idcirco verbum ו[בני]ו «et ædificaverant» aut ו[עסי]ו «et confecerant» aut aliquid simile conjicimus. Subjectum verbi רדמן | שעבן. — רדמן; vide tit. 140 v. 4; 182 v. 2; 220 v. 3. — . . . . . ת̇תק. Mordtmannum et Wincklerum (apud quos spuria ת̇תקדמן et ת̇תקדמי emendanda) secuti, complemus ת̇תק[דמו | ו] «quo dimicaverunt (Radmânenses) et».

Versus 10. אחרס = أَحْرَس «vetus, venerandus».

Versus 10-11. ו. . . . . ד. Quum littera ד in versu 11 sit perspicua, suspicatur Hartmann supplendum esse אסד | ומאתן, in statu constructo cum בעמהו conjunctum; sed tot litteras rima non teneret. Winckler conjicit ותאיד «et concurrit», quo Glaser, *Die Abessinier*, p. 103, in tit. sui 138, apud nos 155, v. 2, litteras תא complet, initium, ni fallimur, vocabuli תא[לב. Potius ad supplendum ד[ו̇ור | כל]ו «et quicumque descendit» provocamus, litteris רד initio v. 11 collocatis; cf. Glaser 282, v. 3 et 5 (min.), in H. Derenbourg, *Yemen Inscriptions, The Glaser Collection*, p. 2-4; 554, v. 28 et 76, in Glaser, *Zwei Inschriften*, p. 33 et 34. — ופלשו | שעבן | רדמן. Mordtmann, comparans æthiopicum ፈለሰ *falasa* «migrare, egredi», vertit: «et fugit tribus Radmân». Nos malumus interpretari sensu transitivo formæ secundæ æthiopicæ: «et expulerunt (Sa'd et Ḥumlânenses) tribum Radmânum». Radix verbi פלש etiam in nomine פלשתם «columnæ (?)» supra in tit. 325 v. 6 et 8 exstat.

Versus 12. חרתן (vide supra, tit. 330 v. 3) septum, inde castra, designat. — ומת̇ברם | סחתם «destructum et fractum», arabice مَحِيتًا ومَكْسُورًا (Mordtmann). Verbum סחת reperitur in Gl. 618, v. 20-21, apud Glaserum, *Zwei Inschriften*, p. 32, cum hebraico שְׁחֵת comparandum.

Versus 13. סיחו[ח̇מ; cf. v. 3. — ווסיפת. Mordtmann conjunctionem *wâwum* hic pro *fâ'o* (cf. v. 6) adhiberi censet. Cui assentimur. — ושתרחת «se extendit, se explicavit»; cf. arabicum شَرَحَ. Nomina propria a radice שרח ducta sunt frequentia: שרחם, אלשרח, שרחאל, etc. Vox שרחת «explicatio, commentarius» in tit. Halevyani 51 (Gl. 904) v. 17 reperitur, ubi legendum | סטר[ה]מי ושרחתהמי; vide Glaser, *Altjemenische Nachrichten*, I, p. 71 in notula. Mordtmann confert æthiopica ሠርሐ *sareḥa* «secundavit» et ተሠርሐ *tasareḥa* «prosperum successum habuit», quæ cum sensu sabaicæ vocis congruunt.

Versus 15. בן | תֿתי | זחֿנתן | דֿזחֿן «a vulneribus duobus quibus vulneratus est»; de זחֿן vide supra, tit. 82 v. 7; Mordtmann und Müller, *Sabäische Denkmäler*, p. 37. תֿתי; vide v. 8.

Versus 16. Initio versus supple בכן «quum» (Mordtmann). — בחרתן; vide v. 7 et 12. — ווזאו «et perrexerunt», scilicet Saʿd et gentiles ejus. Perfectum verbi וזא etiam supra, in tit. 287 v. 11 et in tit. Glaseriani 618 v. 103-104 reperitur.

Versus 17. Initio versus supplemus נטֿר «tueri» (cf. v. 7), quod cum verbo sequente שׁוע et vestigiis litteræ ultimæ congruit. — שׁוען; vide tit. 2 v. 11; 79 v. 7; 95 v. 1.

Versus 17-18. הגרנ[הן] complemus, quum duo oppida nominentur. — ות.. ab Hartmanno completur legente שׁבות, cujus nomen in tit. Os. 29 = B. M. 6 v. 6 commemoratur; vide etiam Glaser, *Die Abessinier*, p. 15 et 19. Glaser, *ibid.*, p. 109-110, מות legere mavult, qui locus, Ṣawwârensium (cf. צוארן) sedes, prope Yarîmum situs erat. — צוארן. Mordtmann confert آل الصَّوّار apud Kremer, *Südarabische Sage*, p. 57, 58, 59; Hartmann «Soûr» in *Carte du Ḥadhramout*, apud Van den Berg, *Le Ḥadhramout* (Batavia, 1886).

Versus 19. תאול «impetum fecit»; vide supra, tit. 95 v. 1; 289 v. 14; 326 v. 1.

Versus 20. בופים «in salute»; cf. v. 22 et tit. 326 v. 2.

Versus 22. בתאולן | בופים; cf. v. 19-20. — ואחללם; vide supra, tit. 79 v. 6.

Versus 22-23. Post | ואחללם, Mordtmannum secuti, ו[סבי]ם supplemus; cf. tit. 79 v. 6 et 140 v. 5, 8. — עֿנמם «præda» reperitur in tit. 353 v. 16 et in tit. Massiliensis, I, v. 26 et 28 (H. Derenbourg, *Les monuments de Marseille*, p. 7; *Répertoire d'épigraphie sémitique*, 184); cf. עֿנמנהמו «præda donare eos» in tit. 349 v. 6. — דֿהרצֿוהמו; cf. tit. 333 v. 5.

Versus 24. בכלן | ודֿנבן | דֿחֿטלם. Collato tit. O. M. 9 (infra 350), v. 13-14, ubi leguntur | דֿבהו | התֿקף | אבכרב | יהסכר | דֿרעם | דֿחֿטלם, Mordtmann vertit: «quod Deus ei concessit, ut hominem loquacem superaret et ad talos persequeretur», vel «quod Deus ei concessit, ut feras auribus caperet et cauda apprehenderet» et ad secundam versionem inclinat. Nobis utraque difficulter accipienda. Verbi בכל quarta forma reperitur in tit. Hal. 51 v. 11; nomen appellativum in tit. Hal. 569 v. 2, ubi בכלה, necnon בכלן in tit. Euting xxv v. 2, sed vox בכל, in omnibus illis locis obscura, hic arabicis بَكْلٌ «præda» et تَبَكَّلَ «prædari, vincere, subigere» illustratur. דֿנבן a Mordtmanno recte cum arabico ذَنَّب «cauda prehendere» et hebraico זֵנֵב «extremum agmen cædere» in *Deuteronomio*, xxv, 18; *Josue*, x, 19, confertur. דֿחֿטלם hic, ut in O. M. 9 (infra 350) v. 14, pro nomine proprio habet Hartmann, Abû Zaid, *Kitâb an-nawâdir*, p. 184, conferens; quod probamus. Vertimus igitur: «Et utinam concedat ei ut prædetur et a tergo feriat Dhû-Khaṭlenses.» Compara etiam cognomen poetæ celeberrimi Al-Akhṭal.

Versus 27. Initio versus comple ולסע]דהמו, collatis tit. 2 v. 12-14.

Versus 29. בתאלברימם. Animadverte lineam separationis omissam et litteras ultimas majore spatio quam solent divisas. Winckler supplet litteram ם a Mordtmanno neglectam, quæ autem omnino perspicua.

His præmissis, iterum transcribimus:

[סעדם | אחרס | בן | עֿצֿבם | ובנהו | .....]

[..... | הקניו | שׁימהמו | תאלב |]

[רימם | בעל | תרעת | דֿן | צלמן | חמדם | בדֿת |]

[הופיהמו | בן | כל | סבאת | סבאו | לשׁוען | מראה]

1 מו | שׁערם | אותר | מלך | סבא | ודֿרידן | בן | [עלהן | נ

2 הפן | מלך | סבא | וחמדם | בדֿת | הושׁע | מראהמו | שׁ[ערם

3 אותר | וחֿמסיהו | סבא | וחמירם | בכן | תקד[מו

4 בעם | אלעז | מלך | ח[צֿרמות | ו]מ[ציר]תהו | חצֿרמ[ות

5 ות]בר ׀ אלעז ׀ וכל ׀ מצירתה[ו ו] בחלף ׀ דת ׀ ע[ר
6 בם ׀ וסעדם ׀ בן ׀ עצבם ׀ פוקההו ׀ מראהו ׀ ש[ער
7 ם ׀ אותר ׀ לנטר ׀ בחרת ׀ מלכן ׀ וחמסנהן ׀ ו[קדמ
8 ה]ו ׀ תתי ׀ מאתן ׀ אסדם ׀ בן ׀ שעבן ׀ חמלן ׀ ו[עסי
9 ו] ׀ הירתן ׀ שעבן ׀ רדמן ׀ בחות ׀ יומן ׀ דתק[דמו ׀ ד
10 תקדם ׀ בעמהמו ׀ סעדם ׀ אחרס ׀ בן ׀ עצבם ׀ [וכל ׀ דו
11 ר]ד ׀ בעמהו ׀ בן ׀ שעבן ׀ חמלן ׀ ופלשו ׀ שעבן ׀ רדמ
12 ן] ׀ בן ׀ חרתן ׀ סחתם ׀ ומתברם ׀ וחרת ׀ מראהמ[ו ׀
13 שע]רם ׀ אותר ׀ [וחמ]סיהו ׀ וופית ׀ ושת[ר]ח[ת ׀] ו
14 חמדם ׀ בדת ׀ מתע ׀ תאלב ׀ רימם ׀ עבדהו ׀ סעד
15 ם ׀ אחרס ׀ בן ׀ עצבם ׀ בן ׀ תתי ׀ זחנתן ׀ דזחן
16 בכן] ׀ תקדם ׀ בעם ׀ שעבן ׀ רדמן ׀ בחרתן ׀ ווזאו
17 נטר] ׀ ושוען ׀ מראהמו ׀ שערם ׀ אותר ׀ עדי ׀ הגרנ[ה
18 ן ׀ מ]ות ׀ וצוארן ׀ וחמד ׀ סעדם ׀ בן ׀ עצבם ׀ חל ׀ [ו
19 מקם ׀ תאלב ׀ רימם ׀ בעל ׀ תרעת ׀ בדת ׀ תאול ׀ [מ
20 ר]אהמו ׀ שערם ׀ אותר ׀ וחמסיהו ׀ בופים ׀ בן ׀ כ[ל
21 הית ׀ סבאתן ׀ וחמדם ׀ בדת ׀ הושע ׀ תאלב ׀ [ע
22 בדה]ו ׀ סעדם ׀ בתאולן ׀ בופים ׀ ואחללם ׀ ו[סב
23 י]ם ׀ ועמם ׀ דהרצוהמו ׀ ולדת ׀ סעדהו ׀ תא[ל
24 ב ׀ בבלן ׀ ודנבן ׀ דחטלם ׀ ולסעדהו ׀ תא[לב
25 חטי ׀ ורצו ׀ מראהמו ׀ שערם ׀ אותר ׀ מלך ׀ סבא[׀ וד
26 רידן ׀ ואמראהמו ׀ בני ׀ המדן ׀ ושעבהמו ׀ חשד[ם
27 ולסע]דהמו ׀ תאלב ׀ רימם ׀ פרע ׀ דתא ׀ וחר[ף] ׀ ב[ן
28 כל ׀ אר]צהמו ׀ ומשימתהמו ׀ ולחרינהמו [ו בן
29 כל ׀ נ]צע ׀ ושצי ׀ שנאם ׀ ב ת א ל ב ר י מ ם

Et vertimus :

[*Saʿd Aḥras, filius Ghaḍbi, et filii ejus* . . . . . .]
[. . . . . *consecraverunt patrono suo Ta'labo*]
[*Riyâmo, domino Turʿati, hanc statuam, propterea quod*
[*protexit ipsos in omnibus expeditionibus quas susceperunt ad auxiliandum principi su-*

1 *o Šaʿro Autar, regi Sabæ et Raidâni, filio [ʿAlhâni Na-*
2 *hfâni, regis Sabæ, et propterea quod liberavit principem ipsorum Ša[ʿrum*
3 *Autar et exercitus ambos ejus, Sabæos et Ḥimyaritas, quando prælium i[nierunt*
4 *cum Îlʿazzo, rege Ḥa[ḍramauti, et] arcium de[fen]soribus ejus, Ḥaḍrama[utensibus;*
5 *et fra]ctus est Îlʿazz et arcium defensores ejus in provincia Dhât-Ghu[râ-*
6 *bo. — Et, quoad Saʿdum, filium Ghaḍbi, acceperat eum dominus ejus Ša[ʿr*
7 *Autar tuendis locis munitis regis et ambobus exercitibus, et [præfecerat*
8 *eum] ducentis bellatoribus e tribu Ḥumlâno. Et [confecera-*
9 *nt] homines tribus Radmân aquæ receptaculum eo die quo prælium i[nierunt, et*
10 *prælium iniit cum iis Saʿd Aḥras, filius Ghaḍbi, [et quicunque descen-*
11 *d]it cum eo e tribu Ḥumlâno. Et expulerunt tribum Radmâ-*
12 *num] e castris, destructam et fractam. Et, quoad castra domini su[i*
13 *Šaʿ]ri Autar et amborum [exer]cituum, protecta fuerunt et se exp[li]ca[verunt.] — Et*
14 *propterea quod servavit Taʾlab Riyâm servum suum Saʿdu-*
15 *m Aḥras, filium Ghaḍbi, a duobus vulneribus quibus vulneratus est,*
16 *quando] prælium iniit cum tribu Radmâno in castris, et (quando) perrexerunt*
17 *tueri] et auxilio juvare dominum suum Šaʿrum Autar intra ambo oppid-*
18 *a Ma]vatum et Ṣawwârum. Et gratias egit Saʿd, filius Ghaḍbi, potestati [et*
19 *auctoritati Taʾlabi Riyâmi, domini Turʿati, quod impetum fecit [do-*
20 *mi]nus ipsorum Šaʿr Autar cum utroque suo exercitu salve in om[nibus*
21 *illis bellis; et propterea quod auxit Taʾlab [se-*
22 *rvum su]um Saʿdum impetu in salute et facultatibus et [capti-*
